

1. 3. 29

L. A. FLORI

RERVM ROMANARVM

EPITOME

L. ANNÆI

FLORI

EPITOME

RERVM ROMANARVM

ITEM

L. AMPELII

LIBER MEMORIALIS

EX RECENSIONE

C. A. DVKERI

A

NIC. EL. LEMAIRE

NVPER ILLVSTRATA



TAVRINI
EDENT. JOS. POMBA ET SOC.
M.DCCC. XXXIX.

TYPOGRAPHVS TAVRINENSIS

L. S.

Quartus hic annus est, ex quo postremo Ciceronis volumine typis meis mandato, editioni Scriptorum Latinorum, qui circa aetatem Augusteam floruissent, finem imposui. Nunc a multis rogatus, qui universa romanae sapientiae monumenta in unum corpus vellent congesta, hortante praesertim civium meorum

humanitate, qui tam impense ausis meis faverunt, sequioris aevi Scriptores evulgare constitui. Neque inutilem operam me facturum existimavi, si postquam aurea illa exemplaria studiosis proposuissem, in reliquis etiam edendis industriam meam exercerem. Quamquam enim nativus ille lepos et illa sermonis castitas in his desiderantur, quae in prioribus elucent; multa tamen in iisdem occurrunt probanda atque etiam admiranda; multa acute et commode dicta; multa demum, quae grandibus imaginibus atque altitudine sententiarum sic illustrantur, ut quacumque aetate magno cum fructu vel ab iis legerentur, qui diu et multum iam essent in aureis scriptoribus versati.

Ad hoc vitia ipsa, quibus interdum laborant, non sine quadam voluptate notantur, quod in iis senescentis imperii vestigia veluti agnoscimus, et quod suppeditant nobis ubi iudicium utrinque exerceamus.

Sed omnium primum L. Annaeum Florum tibi exhibeo, candide Lector, qui historiam romanam ab Vrbe condita ad Augustum Imperatorem quatuor libris ita complexus est, ut res gestas a principe terrarum populo in brevi quasi tabella conspicias. De germano huiusce scriptoris nomine quum varie admodum disputatum sit a Iusto Lipsio, a Pontano, Vossio, Dukero, Fabricio aliisque, quorum testimonia et iudicia hoc volumen exornant, nihil attinet dicere. Domo autem Hispa-

num fuisse fere inter omnes convenit. Et sane Hispanum arguunt inflatum dicendi genus, et acumina illa quibus identidem narrationem suam sic inspersit, ut Graevius vir eruditissimus affirmare non dubiverit, Florum in historico opere, poetico aestu abreptum quandoque delirasse. Quae quamquam acerbius scripta videntur, non tamen sine causa. Illud enim verissime dictum est a Tiraboschio V. Cl., romanam eloquentiam ab hispanis primum scriptoribus vitiatam fuisse. Inter illos autem Martialis praesertim, Seneca, Lucanus et Florus hic noster sunt recensendi, quos, ut ait Quintilianus, velles suo ingenio dixisse, alieno iudicio. Quod postea in Italia renovatum est saeculo XVII,

quum post diuturnam Hispanorum dominationem tumor quidam verborum, atque inanis sententiarum strepitus literas nostras inficerent. Ad interiores autem Floriani operis partes quod spectat, nonnulla etiam a criticis passim reprehenduntur; praesertim vero quod Noster temporum et locorum notationem negligentius est persecutus, neque facta dictis exaequavit. Namque nimius interdum in Romanorum virtute extollenda, hostium gloriam et res gestas satis amplas et magnificas obscurat. Verum haec vitia praeterquamquod aliqua ex parte librariorum properantiae et indocto cuidam interpolatori sunt tribuenda, ut Fr. Nic. Titzius arbitratur, magnis etiam sunt emendata virtuti-

bus. Quum enim complura eleganter, composite atque ingeniose in hac epitome sint conscripta; tum prudentissimus historicus dicendus est Noster quum seditionum aut immutatae reipublicae causas aperit. Praeterea vir plane singularis cuilibet videbitur consideranti quam sollerter minutissima quaeque aspernatus, eaque tantum notando, quae memoria praesertim digna viderentur, ieiunitatem pariter atque obscuritatem effugerit in opere tam compendioso, quod ad septingentos et amplius annos pertinet. Quibus si addas gratam rerum et verborum varietatem, uberem ac propemodum iuvenilem copiam, igniculos quosdam sententiarum, quibus narratio interdum

exhilaratur; complura denique suaviter ac poetico prope dixerim penicillo exornata; non indignus profecto videbitur Florus, ut eorum manibus teratur, qui magnas rerum romanarum conversiones sub uno veluti adspectu positas ament contemplari.

Itaque L. Annaeum Florum habes, candide Lector, absolutissimo verborum indice locupletatum, et Freinshemianis excerptionibus chronologicis, ex Dukeri et Lemairii recensione, quorum doctrina et diligentia post Vineti, Iusti Lipsii, Gruteri, Salmasii et Freinshemii labores maximus huic Scriptori splendor accessit. Dukerus enim Variorum notas collectas atque emendatas suis etiam auxit; ver-

borum autem contextum ita castigavit, ut multas editiones et codices manu exaratos inter se conferendo, nativa ab insititiis secerneret, et genuinam Flori lectionem inveniret. Qua quidem in re hoc maxime laudandum se praebuit, quod a quorundam criticorum licentia discedens, nihil plane immutavit, nisi quum optimorum codicum auctoritate niteretur; ne videlicet alienis superinductis scriptorem foedius commacularet. Hunc secutus est Lutetiae Parisiorum anno huius saeculi XXVII N. E. Lemairius V. Cl; qui Dukeriana eruditione usus insignem, ut ipse ait, etiam ex Titziana et Neebodiana recensione fructum excerpsit in verbo-

rum textu passim explanando aut refingendo. Floro Lucium Ampelium comitem adiunxi cum Freinshemii notulis et Salmasii praefatione. Haec omnia vero promissi memor maiori quo fieri potuit artis lenocinio descripsi; et diligentia praesertim P. A. Barossi, viri de Classicorum Latinorum editione optime meriti, factum est ut quam emendatissima tibi exhibeantur. Vale.

Dabam Augustae Taurinorum prid. kal. decembres anno MDCCCXXXIX.

DE FLORO

TESTIMONIA ET IVDICIA

LATINE ET GALLICE SCRIPTA.

TESTIMONIA VETERVM SCRIPTORVM ET COMMENTATORVM

LATINO SERMONE CONSCRIPTA.

AVGVSTINVS,

DE CIVITATE DEI, LIB. III, CAP. XIX.

Secundo autem bello Punico nimis longum est commemorare clades duorum populorum, tam longe secum lateque pugnantium, ita ut, his quoque fatentibus qui non tam narrare bella Romana, quam Romanum imperium laudare, instituerunt, similior victo fuerit ille qui vicit. *Vid. Florum*, II, 6, 1.

G. I. VOSSIVS,

DE HISTORICIS LATINIS, LIB. I.

Extremis Traiani temporibus floruit L. Annaeus Florus, qui rerum Romanarum quatuor perscripsit libros. De aetate, quod dixi, satis apparet ex praefatione operis, quum ait: « A Caesare « Augusto in saeculum nostrum sunt non multo minus anni du« centi, quibus inertia Caesarum quasi consenuit atque decoxit; « nisi quod sub Traiano movet lacertos, et, praeter spem omnium, « senectus imperii, quasi reddita iuventute, revirescit ». Viri eruditi quidam, eosque inter I. Camers, malunt *movit* pro *movet*. Nec

diffiteor sic esse in quibusdam MSS. Sed rectum esse *movet*, ostendit, tum quod antecedit, *in saeculum nostrum*, tum quod sequitur, *revirescit*. Sed, inquiunt, Florus ab Augusto esse ad sua tempora ait annos prope 200. Ab Augusti autem principatu, usque ad Traiani imperium, sunt anni tantum 124, sive, si putes ad excessum Traiani, anni erunt 145. Sed iam dudum mihi haec meditata. Verum legendum puto apud Florum, anni 150. Nam quisquis MSS. Flori Codd. versavit, scit quantopere in annis variet prologus iste. Nec tamen solius Traiani aevo arbitror vixisse, sed etiam Hadriani. Plane enim idem videtur, cuius hosce in Hadrianum versiculos, et in quem versus Hadriani Spartianus refert, c. 16.

Iulius Florus scribebat ad Hadrianum :

Ego nolo Caesar esse,
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas.

Respondit Floro Hadrianus,

Ego nolo Florus esse,
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas,
Culices pati rotundos

Quemque *Annaeum Florum* Charisius vocat, et ex cuius ad divum Hadrianum epistola gemino in loco citat illa verba, *poëmatis delector*. Sane quod poëmatis delectari se ait, id non abhorret ab huius compendii scriptore, quando stylus eius est in historia declamatorius, ac poëtico propior, adeo ut etiam hemistichia Virgilii profundat. Et tamen ea potissima est Flori nostri laus, quod scriptor est elegans et disertus, et, si paucula exceperis, quae frigidius dicta videntur, vere floridus. Sed latae est culpae reus, quod in temporum ratione usque adeo negligens sit, ita ut non possit non saepius hallucinari, qui hunc ducem sequi velit. Valde autem falluntur, qui eum putant in historia sua epitomen nobis Livii dare voluisse: siquidem crebro a Livio recedit. Nec facile dixerim, idemne, an alius sit, qui singulorum fere Livii librorum argumenta reliquit, quae hodie exstant, etiam librorum, qui deperierunt.

Sed, ecce, de nomine etiam scriptoris litem movent viri eruditi. Scrupulum iis iniicit, quod Lactant. Institut. Divin. lib. VII *Senecam* appellet. Siquidem, inquiunt, antiquiorem hoc historico ha-

bemus neminem, qui populum Romanum diviserit per quatuor aetates. At Senecam eius rei auctorem laudat is, quem diximus, Lactantius, his verbis: « Non inscite Seneca Romanae urbis tempora distribuit in aetates. Primam enim dixit infantiam sub rege Romulo fuisse; a quo et genita, et quasi educata sit Roma: deinde pueritiam sub caeteris regibus; a quibus et aucta sit, et disciplinis pluribus, institutisque formata: at vero, Tarquinio regnante, quum iam quasi adulta esse coepisset, servitium non tulisse; et reiecto superbae dominationis iugo, maluisse legibus obtemperare, quam regibus: quumque esset adolescentia eius fine Punici belli terminata, tum demum, confirmatis viribus, coepisse iuvenescere. Sublata enim Carthagine, quae tam diu aemula imperii Romani fuit, manus suas in totum orbem terra marique porrexit: donec regibus cunctis et nationibus subiugatis, quum iam bellorum materia deficeret, viribus suis male uteretur, quibus se ipsa confecit. Haec fuit prima eius senectus, quum bellis lacerata civilibus, atque intestino malo pressa, rursus ad regimen singularis imperii recidit, quasi ad alteram infantiam revoluta. Amissa enim libertate, quam Bruto duce et auctore defenderat, ita consenuit, tamquam sustentare se ipsa non valeret, nisi adminiculo regentium sustentaretur ». Hactenus Lactantius. Ea autem exscripsisse aiunt ex prologo Flori, ubi haec legas: « Si quis ergo populum Romanum, quasi hominem consideret, totamque eius aetatem percenseat, ut coeperit, utque adoleverit, ut quasi ad quemdam iuventae florem pervenerit, ut postea velut consenuerit, quatuor gradus processusque eius inveniet. Prima aetas sub regibus fuit prope per 250 annos, quibus circum ipsam matrem suam cum finitimis luctatus est. Haec erit eius infantia. Sequens a Bruto Collatinoque consulibus, in Appium Claudium Quinctumque Fulvium consules, 200 annos habet, quibus Italiam subegit. Hoc fuit tempus viris armisque incitatissimum. Ideo quis adolescentiam dixerit. Dehinc ad Caesarem Augustum 250 anni, quibus totum orbem pacavit. Hic iam ipsa inventa imperii, et quasi quaedam robusta maturitas. A Caesare Augusto in saeculum nostrum, sunt non multo minus anni 200, quibus inertia Caesarum quasi consenuit, atque decoxit; nisi quod sub Traiano principe movet lacertos, et praeter spem omnium senectus imperii, quasi reddita iuventute, revirescit ». Haec Florus. Vtrumque autem locum integre adscripsimus, ut omnes videant, quam infirmo tibicine nitantur, qui ex Lactantio colligunt, scriptorem compendii illius,

non Florum, sed Senecam, dici oportere. Aiunt, divisionem eam, cuius Lactantius Senecam laudat auctorem, apud Florum in prologo legi. In quo manifestus eorum est error: nam Seneca adolescentiam extendit usque ad finem ultimi belli Punici: Florus dumtaxat ad primum bellum Punicum. Ad haec, Seneca incipit senectam a bello civili Pompeiano; Florus autem a principatu Augusti. Vnde colligo, Florum quidem imitatum fuisse Senecam; aliter tamen, quam Senecam, divisisse. Atque eo magis arrisit Floro similitudo ea, quia non totam alteri deberet; sed esset, quod sibi vindicaret. Sane toto ad eam opere respicit: nempe suum cuique pulchrum, quod dici solet. Nec propterea negavero, Florum hunc fuisse ex Senecarum familia. *Seneca* enim vocatur in plerisque veteribus libris. Ad haec *Senecae* sunt ex *Annaea* gente. At Florus, ut in plerisque libris *Iulius*, ita *Annaeus* in vett. vocatur libris, etiam antiqua ac *Principe*, quam habeo, editione. Ad haec Hispanum fuisse, unde Senecae domo erant, verisimile facit luculenta eius terrae laudatio, quae est lib. II, cap. 17, et lib. III, cap. 22. Dictio quoque hanc domum sapit: nam ea eloquentiae et poëseos laude inclyta fuit. At dictio historici huius, uti ante dictum, est diserta, et poëticae propior. Immo opus ipsum vix aliud, quam declamatio est. Fortasse igitur *Senecae* etiam nomen fuit. Sed, ut hoc demus, non eo consequitur, haud aliter quam *Senecam* vocari oportere. Nec enim facile adeo fides est deroganda multo maximae parti librorum, et quidem melioris notae, ubi *Florus* vocatur. Et quid prohibet, quo minus, ut L. Annaei Senecae philosophi frater, non tantum *L. Annaeus Novatus* dicebatur, sed etiam *Iunius Gallio* (quod nomen habuit postquam a Iunio Gallione erat adoptatus); ita historicum hunc credamus, adoptione nomen mutasse, atque inde esse, quod idem dictus sit *L. Annaeus Seneca*, et *L. Annaeus Florus*, vel, ut in nonnullis libris legere est, *Iulius Florus*? Quod si est, fortasse etiam historici huius sit *Octavia* Senecae tributa: nam L. Senecae philosophi non esse satis apertum est.

Alius vero ab hoc est *Iulius Florus*, vir itidem disertus, qui sub Tiberio vixit. De hoc ita M. Seneca Controv. XXV: « Ipse audivi » Florum quemdam, auditorem Latronis dicentem, non apud La« tronem: neque enim illi mos erat quemcumque audire decla« mantem: declamabat ipse tantum, et aiebat, se non esse magi« strum, sed exemplum. Nec ulli alii contigisse scio, quam apud « Graecos, Nicetae; apud Romanos, Latroni; ut discipuli non au« diri desiderarent, sed contenti essent audire ». Paullo post excerptum ex Flori declamatione ponit. De eodem, ut puto, simul-

que fratris filio, sic Fabius, lib. X: « Qua de re memini narrasse » mihi Iulium Secundum, illum aequalem meum, atque, ut notum » est, familiariter amatum, mirae facundiae virum, infinitae tamen curae, quid esset sibi a patrono dictum. Is fuit Iulius Florus, in eloquentia Galliarum (quoniam ibi demum exercuit eam) » princeps, alioqui inter paucos disertus, et dignus illa propinquitate. Is, quum Secundum, scholae adhuc operam dantem, tristem forte vidisset, interrogavit, quae caussa frontis tam adductae? nec dissimulavit adolescens, tertium iam diem esse, ex quo » omni labore materiae ad scribendum destinatae non inveniret » exordium: quo sibi non praesens tantum dolor, sed etiam desperatio in posterum fieret. Tum Florus arridens: Numquid tu, inquit, melius dicere vis, quam potes? etc. » Nec absurda sit coniectura, si quis opinetur, historicum eum, de quo fuse diximus (modo is *Iulius Florus* recte in libris quibusdam vocatur), ex eadem stirpe, immo fortasse filium fuisse, aut nepotem Iulii Flori, viri huius diserti, de quo M. Seneca et Quinctilianus loquuntur.

IVSTVS LIPSIVS,

IN ELECTIS, LIB. II, CAP. V.

Lucius Annaeus Florus (ita enim indigitare cum priscis libris malim, quam *Iulium*: quoniam Hispana fuisse origine colligo, et, ni fallor, ex ipsa Senecarum gente), is, inquam, Florus compendium non tam Livii, a quo saepe dissentit, quam rerum Romanarum, scripsit; si quid mei iudicii est, composite, diserte, eleganter. Subtilitas quidem et brevitas in eo saepe mira; et sententiarum quaedam gemmulae cum iudicio insertae et veritate.

I. I. PONTANVS,

IN ORATIONE ISAGOGICA AD FLORVM.

L. Annaeum Florum Volaterranus *Iulium Florum Secundum* maluit nominare, quod existimaret hunc esse eum Secundum, cuius amice meminit Fabius Quinctilianus, qui et familiariter a se amatum eum addit, virum ut mirae facundiae, ita infinitae curae. *Iulii* cognomen a patruo Iulio Floro retinuisse idem coniicit: cuius quoque Quinctilianus mentionem facit, inter paucos disertum eum fuisse indicans, utpote in eloquentia, quam in Galliis sub extremum

exercuit, Galliarum principem. Quam de Floro opinionem, si Traiani aevum, quo claruit et Quinctilianus et Florus noster, respicimus, non abs re coniecisse Volaterranus censeri potest; nisi quod duo obstare videantur: prius est ipse Quinctilianus, qui non ut historicum aut inter historicos, sed ut oratorem et inter eloquentiae laude florentes, utrumque, et Iulium Secundum, et patruum eius Florum concelebrat: alterum est codicum veterum scriptura, in quibus non *Iulius*, sed *L. Annaeus Florus* constanter indigitatur. Vnde colligendum doctiores voluerunt ex Hispania oriundum fuisse, et fortasse ex ipsa Annaeorum, id est, Senecarum gente. Quidquid horum sit, quod nos in medio relinquemus, illud interim ratum esto, egregium opus esse hos eius quatuor rei Romanae libros. Quos qui compendium Livii aut breviarium faciunt, vel eo, praeter caetera, redargui existimo, qnod in iis a Livio saepenumero abeat ac variet sententia. Potius totius imperii florentis tabulam appellabimus, quum praesertim ipse in prologo suo fateatur se ad exemplum eorum, qui terrarum situs pingunt, in brevi quasi tabella universam imperii imaginem ac magnitudinem ob oculos posuisse.

CL. SALMASIVS,

IN PROLOGO AD FLORVM.

Super auctore huius elegantissimae Epitomae nihil nobis compertum est, quod viri docti non norint, atque ipsi pridem observarint; nec tam necesse est nos eum ignorare, quam bonis coniecturis, per quas si non verum elicere, falsa tamen refutare possimus, inniti. Et ut verum fateamur, facilius possumus invenire cuius non sit, quam cuius sit hoc opus: si hoc invenire est, semper quaerendo laborare. In quibusdam veteribus et manu exaratis libris quaedam leguntur sub prologi titulo, de *Lucio Annaeo Seneca*, et *Lucio Annaeo Mela*, quae inepta et aliena esse facile omnes, qui legerunt, vident: quae qualia sint ut sciamus, ita prologus incipit: « Anno « tertiodecimo Olympiadis Lucius Annaeus Melas frater Senecae « et Gallionis bona Lucani poëtae filii sui a Nerone promeruit ». Haec verbatim descripta ex Hieronymo, et turpissimo mendo deformata. Legendum : « Anno tertio undecimae Olympiadis supra « ducentesimam ». Hic autem Iunius Gallio in vetustissimo codice Eusebii Palatinae Bibliothecae vocatur *Iunius Annaeus Gallio*. Sed ut ad rem redeamus, huius compendii non posse auctorem dici *L. Annaeum Senecam*, aut *L. Anneum Melam*, omnino clarum est. Ve-

teres quidam libri, ut illius indicio cognoscimus, qui prologum sive argumentum concinnavit, nomen Flori adscriptum non habebant: sed in iis *Lucii Annaei* erat tantum mentio. Ergo quisnam, inquit, horum libri huius auctor sit, Lucius Annaeus Seneca, an Lucius Annaeus Mela, incertum facit communitas nominum *Lucii* et *Annaei*; nam Flori non est ibi mentio. Quum in huiusmodi codices incidisset Lactantius Firmianus, et *Lucium* tantum *Annaeum* legisset, statim Senecam cogitavit, quod notiorem eo Lucium Annaeum alium non haberet, et ita imprudens nomen auctoris, quem citabat, male concepit vir doctissimus et disertissimus. Illi enim mea quidem sententia non leviter errant, qui non hunc auctorem nostrum, sed Senecam primum in iis scriptis, quae ad nos non pervenerint, hanc Romanae urbis temporum in aetates distributionem instituisse contendunt; neque alium in Lactantio debere intelligi, quam Senecam ipsum philosophum. Sic sane sibi persuasum habeant, dum aliis ne persuadeant: ita enim ipsa paene verba Flori producit ille sanctus scriptor, ut, qui non huius sed alterius cuiusdam auctoris ab eo verba produci existimet, meras nugas agat. Sed per nos licet, illi iudicio suo fruantur. Non hodie autem atque heri hos titulos, in quibus Flori nomen exstat, exemplaribus a librariis fuisse inditos, vere mihi persuadeo: licet aliter sentire videam viros non mediocriter eruditos, qui recentes esse καὶ οὐ παλαιᾶς χειρὸς existimant. Sed unde ineptus illius prologi auctor, qui legitur in quibusdam vetustis exemplaribus, Flori nomen accepisset, si non ita ut in vetustissimis, qui hodie exstent codicibus, Flori nomen adscriptum reperisset in illius aevi vetustis libris? Qui quum dicat, « Nam Flori non est ibi mentio » codicem aliquem antiquum et optimae notae ab eo designari puto. Nazarianus liber, manuscriptorum omnium quibus usi sumus antiquissimus, ut quem ante octingentos annos scriptum esse manifesta sit fides, quique bonitate superat agmen illud codicum quibus adiutus est in huius ἐγχειριδίου recensione optimus et doctissimus Vinetus, *Lucii Annaei Flori* in titulo praefert. Non alius potest esse Florus, quam ille qui Traiani et Hadriani temporibus floruit, qui in epistola ad Hadrianum, cuius epistolae ter aut quater mentionem apud Charisium reperies, scribit se poëmatis delectari. Character autem istius historici compendii plane poëticus est, et hominis in poëtis non infeliciter versati, quamvis hoc parum probet, si non alia accederent. Et mirum grammaticis tam invisum fuisse hoc opus, ut nusquam aliquid ex eo ad testimonium citent, quum et Solinum saepius, qui longe post tempora Annaei Flori vixit, ut alibi pluribus ostendemus, et alios

non vetustiores aut meliores Solino scriptis suis, ut locupletes et idoneos testes advocent.

I. G. GRAEVIVS,

IN PRAEFATIONE AD FLORVM.

L. Annaei Flori Epitome, quo posterioribus temporibus, quum pro hominum illorum socordia praestantium scriptorum volumina grandiora sorderent, plurium describebatur et terebatur manibus, tanto flagitiosius fuit corrupta, et foedioribus inquinata maculis. In illis expungendis, et pristina sanitate redintegranda, quum post tantam et tam longam noctem pulcherrimarum artium lux exoriretur, multum studii operaeque posuerunt, qui ingenio et doctrina prae caeteris, suo quisque saeculo, floruerunt, Elias Vinetus, Iustus Lipsius, Ioannes Gruterus, Claudius Salmasius, Ioannes Freinshemius, Adamus Rupertus, et nuperius Anna, Tanaquilli Fabri filia. Hoc tamèn Augiae stabulum non sic potuerunt purgare, quin multa relinquerentur posterorum industriae ac solertiae. Nec nihil ad cumulandos hos naevos ipsa scribendi ratio, quam secutus est Florus, contulit. Nam quum ablatus depravata declamatorum aetatis suae dicendi consuetudine, multum descivisset a nativa illa et infucata castitate et candore sermonis Latini, qui in Tulliani et Augustei saeculi scriptoribus effulget, et cincinnis ac calamistris declamatoriis, concisis et abruptis sententiis, nec non acuminum argutiis suam saepe caecasset orationem, rudes barbarorum saeculorum homines, quao non capiebant, interpolaruut crebrius et audacius, quod et Valerii Maximi fatum fuit, qui laborat quoque et sui et sequentium saeculorum vitiis. Diffiteri nemo potest, qui quidem in idoneorum Latinae linguae auctorum, qui nondum a declamatoribus erant corrupti, lectione versatus est, et veram dicendi viam tenet, multa in Floro passim occurrere, quae minime ferent aures teretes et religiosae; et tam in sententiis, quam in verbis esse multa κακόζηλα, insana, μειρακιώδη. Reprehenditur a Marco Seneca, philosophi patre, musa rhetor, quod de siphonibus et sparsione dixerit: « Caelo repluunt imbres odoratos »; et de subitis mortibus: « Quidquid avium volitat, quidquid piscium na- « tat, quidquid ferarum discurrit, nostris sepellitur ventribus. « Quaere nunc cur subito moriamur: mortibus vivimus». Castigatur a Dionysio Longinus Gorgias, quod vultures dixerit *viva sepulchra*. Num saniora sunt quae Florus, lib. I, cap. 13, de Gallis, qui

Romam incenderant, scribit, illos subito Camillum a tergo aggressum adeo cecidisse, « ut omnia incendiorum vestigia Gallici sanguinis inundatione deleret? » Nec melioris notae sunt quae libro II, cap. 17, de Decimo Bruto prodidit: « Peragratoque victor « Oceani litore, non prius signa convertit, quam cadentem in maria solem, obrutumque aquis ignem non sine quodam sacrilegii « metu et horrore deprehendit »; quod dudum merito divini Scaligeri obelis est confossum. Et lib. IV, 11, de ingentibus navibus Antonii: «Non sine gemitu maris, et labore ventorum ferebantur». Nec non lib. II, 6, quum dixisset commissam aciem secutum ingentem tremorem terrae, putidissima sunt quae addit: « Nisi illum « horrorem soli equitum virorumque discursus, et mota vehemen- « tius arma fecerunt ». Haec non modo *extra sanitatem*, sed *extra naturam* sunt, ut verbis utar Senecae. Romanorum scilicet, non orbis terrarum, sed universi dominorum, magnitudini omnia cedebant. Omnia illi poterant: dimicantes terram movent, navigantes gemitum mari exprimunt, ventis laborem afferunt et molestias in propellendis eorum navibus; sed ipsi quoque Oceano leges parendi dixerunt, qui illis invitis non audet irasci. Quid enim aliud sibi volunt illa libri III, cap 10: « Cum maiore quam prius praeda « revectus est, ipso quoque Oceano tranquillo magis et propitio, « quasi imparem se fateretur ». Quippe ni? quum coactus fuerit ad illorum nutum se componere, non secus ac regulus quidam stipendiarius. Nam quum in Ponto Euxino, quem, tamquam maris Mediterranei partem, ex Oceano terras irrumpere veteres, quamvis falso, credebant, lacerata esset Mithridatis classis, subiicit libro III, 5: « Plane quasi Lucullus quodam cum fluctibus procellisque com- « mercio, debellandum tradidisse regem ventis videretur». In poëta hoc esset tolerabile, et vix quidem: nam et haec hyperbole modum excedit. Vere enim monet Quinctilianus in Instit. Orat.: « Quam- « vis omnis hyperbole ultra fidem, non tamen esse debet ultra mo- « dum: nec ulla magis via in κακοζηλίαν itur ». Sane haec omnia ventosa sunt et enormia, qualia illa Cestii, quae Seneca ridet Suasor. 1: « Fremit Oceanus, quasi indignaretur, quod terras relinquimus ». Putide nonnumquam eruditionem ostentat, et non suo loco. Liber I, 17, quum dixisset Fabium Maximum captis superioribus iugis in subiectos suo iure detonuisse, subnectit: « Ea namque spe- « cies fuit istius belli, quasi in terrigenas e caelo ac nubibus tela « mitterentur » ne scilicet praetermitteret occasionem gigantomachiam inculcandi. Belle sane et tempestive! quasi omnes qui e loco

superiore pugnant sint Ioves, et hostes in humiliore solo sint gigantes. Sic lib. II, cap. 2, de Calpurnio Flamma, qui ab hostibus insessum collem occupaverat, et iam diu sustinuerat impetum hostium, donec omnis transiisset exercitus, subtexit ineptissime: « Sic « pulcherrimo exitu Thermopylarum et Leonidae famam adaequa- « vit, hoc illustrior Noster, quod expeditioni tantae superfuit, licet « nihil scripserit sanguine ». Papae quantum est doctum esse, et ut alii id sciant testatum facere! Vnde nobis enim potuisset constare Florum legisse Graecorum historias, et illas tamquam ungues suos tenuisse, nisi tam reconditam doctrinam hic venditasset nobis? Sed haec ostentatio vide quo evaserit. Non solum importune hic inculcatus fuit Leonidas, et stulte cum illo confertur Calpurnius Flamma, sed pueriliter hallucinatur, quum Leonidae tribuit, quae dicitur Othryades, tropaeum suo sanguine scribens, fecisse, quem errorem iam alii notaverunt. Non minus insanit importuna commemoratione portus marmorei, et fontis Arethusae in obsidione Syracusarum: « Longe illi triplex murus, totidem arces, portus ille marmoreus, et fons celebratus Arethusae ». Quid iste fons faciebat ad tutelam urbis? Quin non longe post insani montes ad Sardos vindicandos, quos inepte ingessit, ut recte notavit Salmasius? Exagitatur a Plutarcho Hegesias in Alexandri Magni vita, quod, quum narrasset eadem nocte natum Alexandrum, et Ephesiae Dianae templum deflagrasse, subiecerit, minime id esse mirandum, quod Diana, quum in partu voluisset Olympiadi adesse, abfuerit domo. Tantum in hoc dicto frigus esse praedicat Plutarchus, ut extinguere posset ipsum incendium illud, quod templum delevit, quamvis non ignorem id laudari a disertissimo Romuli nepotum, adscribique Timaeo. Sed iudicium Plutarchi hic merito probatur. Verum non minus frigida est sententia Flori, lib. II, cap. 8, quum inter prodigia retulisset Cumanum Apollinem sudasse, acutissime, si diis placet, adiicit: « Sed hic faventis Asiae suae numinis timor erat ». Murrhedii stuporem accusat Seneca, quod in declamatione de Pompilio ferente, cum capite Ciceronis amputatam manum dixerit: « Quanto aliter reus Ciceronis tenebat manum! » Aeque stupidum est istud Flori in libro I, 10, de Bruto exspirante in Aruntis, quem occiderat, corpore, « plane, inquit, quasi adulterum ad inferos sequeretur ». Non minus hebet acumen, lib. II, cap. 12, de duobus iuvenibus, qui ferebantur ad Iuturnae lacum nunciasse victoriam de Perseo, illo die quo parta erat, quos vulgus crediderit fuisse Pollucem et Castorem, quod gemini fuissent; quod sanguine made-

rent, bello interfuisse. Si hic desiisset, non ineptiisset. Sed cum prioribus adnectit, « a Macedonia venire, quod adhuc anhelarent » nihil potuit dicere insulsius. Quis ex alius anhelitu coniiciat, ex quo loco veniat? Colligas ex anhelitu itinere celeriter esse defunctum anhelantem, sed non unde veniat. Quid? diine viae laboribus fatigantur et exhauriuntur, ut anhelent? Praeter haec in verbis et dictione quam multa maculosa, et quae non solum ab emendate loquentium consuetudine sunt aliena, sed et ab omnibus, quos non sinistra in lucem edidit natura, exsibilantur. In libro I, cap. 14, ait Decium Murem, quum se devovisset diis Manibus, in confertissima hostium tela se iaculatum esse, « ut novum ad victoriam iter sanguinis sui semita aperiret ». Quid est *semita iter aperire?* Sed longe corruptius est *sanguinis semita iter aperire*. Homo non ineptus, si hac ei utendum esset sententia, diceret, *ut ad victoriam sanguine suo viam aperiret*. Tam venustum tamen Nostro visum est hoc μειρακιῶδες, ut paene repeteret lib. III, 18: « Ipse Iulius Caesar « quum in urbem cruentus referretur, miserabili funere per me- « diam etiam urbem viam fecit »; ut ibi legendum ostendimus. Sed quae ad hunc locum notavimus, si tanti sunt, possunt videri. At quale hoc lib. II, cap. 5, Gallis « quasi cote quadam populus Romanus ferrum suae virtutis acuebat »? Esset tolerandum si scripsisset Gallorum bellis perpetuis, tamquam cote quadam, Romanorum virtutem acui. Nam ex Graecis haec hausit, in quorum memoriis traditur, Lacedaemonas hostilem urbem vocasse *cotem iuventutis*. Sed *virtutis ferrum acuere* non sani esse hominis non sanus iuret Orestes. Eiusdem census est *fretum adolescentiae*, capite ultimo huius libri: « Talis domi ac foris, talis pace belloque populus Ro- « manus fretum illud adolescentiae, id est, secundam imperii ae- « tem, habuit ». Nimirum quia tum fervida Romanorum virtus erat, et quia freta fervent, credidit sibi licere istam aetatem fervidam dicere *fretum adolescentiae*. Sed haec audacia translationum in rhetorum scholis, et ab hominibus non putidis, non damnatur modo, sed eius auctores tamquam fatui et nullius iudicii homines irridentur. Non possum praeterire γοργεῖον illud, et plus quam παιδαριῶδες, lib. II, cap. 6. Dicturus erat in Hispania ex Sagunti incendio et excidio secundum bellum Punicum ortum esse. Vide quam absurdus fuerit in hac sententia non ornanda, sed deformanda: « Vbi semel, inquit, se in Hispania movit illa gravis et lu- « ctuosa Punici belli vis atque tempestas, destinatumque Romanis « iam diu fulmen Saguntino igne conflavit, statim quodam impetu « rapta, medias perfregit Alpes, et in Italiam ab illis fabulosae

« altitudinis nivibus, velut coelo missa, descendit ». Proh quantus ineptiarum cumulus! Haec omnem fidem superant:

> Ὅταν τι τούτων τῶν σοφισμάτων ἴδω,
> Πλεῖν ἢ 'νιαυτῷ πρεσβύτερος ἀπέρχομαι.

Num tempestas, ut alia praetermittam, conflat fulmina, ad instar Vulcani, quem in Aetna, tamquam officina sua, poëtae fingunt fulmina cudere Iovi? Quanto modestior et castigatior Iustinus, qui et ipse de bello, tamquam tempestate, locutus simili usus est allegoria, lib. XXIX: «Videre se consurgentem in Italia nubem illam « trucis et cruenti belli: videre tonantem ac fulminantem ab oc- « casu procellam, quam in quascumque terrarum partes victoriae « tempestas detulerit, magno cruoris imbre omnia foedaturam ». Hoc est humane loqui, etsi duriusculum sit *victoriae tempestas*: illud est nubes et inania captare, et magno conatu magnas nugas agere. Qualis παρένθυρσος, lib. III, 5, de Lucullo, aut ut alii rectius, Luculli milite: « qui (horribile dictu!) per medias hostium naves « utre suspensus, et pedibus iter adgubernans, videntibus procul, « quasi marina pistrix, evaserat ». Vides quantos in simpulo fluctus moveat, et quasi res esset supra humanae potentiae fidem terribilis, temeraria, a nemine visa et tentata, utribus flumina, et longiores maris tractus tranare, exclamet, *horribile dictu!* quum ars ista in bellis fuisset cognita priusquam Theognis nasceretur. Iam illud de Mario, lib. III, 21: « Carcer, catenae, fuga, exsilium horrificaverant dignitatem Marii ». Et de Caesare, lib. IV, 2: « Quasi de industria prospera eius adversis radiarentur » quam audax, quam μετέωρον! Pro hoc dixissent saniores, prospera adversis illustrarentur: pro illo, carcer auxerat dignitatem Marii, aut, Marium venerabiliorem reddiderat. Nimirum quia horrore sacro perfundi dicuntur, qui loca divina et augusta ingrediuntur, ipsisque lucis et templis poëtae assignant horrorem, Noster existimavit se magna cum venustate et elegantia novam posse voci *horrificare* significationem imponere, pro tam augustum et verendum reddere, ut eius nominis maiestas omnibus sacrum incutiat horrorem. Sed quae haec est protervia? Virgilius Aeneid. IV canit, vatum praedicta *horribili monitu horrificare*, hoc est, terribilibus rebus, quas futuras nunciabant, horrorem et metum hominibus afferre. Sed Noster noluit via vulgata et trita incedere. Nova, mira, inaudita fuerunt consectanda. Nam novitatis studium harum inanissimarum argutiarum unica est caussa, ut pulchre docet Longinus, in aureo li-

bello περὶ Ὕψους: Ἅπαντα ταῦτα μέντοι τὰ οὕτως ἄσεμνα διὰ μίαν ἐμφύεται τοῖς λόγοις αἰτίαν, διὰ τὸ περὶ τὰς νοήσεις καινόσπουδον, περὶ ὃ δὴ μάλιστα κορυβαντιῶσιν οἱ νῦν. « Haec omnia dignitati et gravitati contraria « unam ob caussam inseruntur orationibus, nempe ob novitatis « in exprimendis sententiis et conceptibus studium, circa quod « maxime hoc aevo scriptores insaniunt ». Addit deinde quae res bonorum caussa sit, ab eadem etiam his adversa proficisci. Nam cupiditatem nova dicendi maxime ingenia praeclara inflammare ad eximium aliquid, et quod supra vulgi captum sit, nihilque plebeium prae se ferat, moliendum: sed qui iudicio non valeant, nec se componant ad optimorum imitationem, facile in haec vitia incidere, in quibus sibi delicias faciant, quaeque specie ingenii et novitatis blandiantur. Ideo κακοζηλίαν vitiorum omnium maximum in oratore esse recte praecipit optimus dicendi magister Quinctilianus, VIII, 3: « κακόζηλον vocatur quidquid est ultra virtutem, quoties in- « genium iudicio caret, et specie boni fallitur: omnium in eloquen- « tia vitiorum pessimum. Nam caetera quum vitentur, hoc petitur ».

Muniendi autem sunt contra blandos istos errores adolescentes, in quorum manibus versatur Florus, et merito, quia meliorem non habent nondum imbuti rerum Romanarum cognitione, qui brevi compendio, tamquam in tabella quadam, ortum et processus Romanae reipublicae eis ostendat, praesertim quum vitia non una penset virtute. Providendum igitur ne arripiant corrupta, et his innutriti non modo numquam possint secernere a vitiosis sana, sed ne vitiosa sanis praeferant. In temporum quoque notatione, et locorum situ, et rerum gestarum narratione non semel impegit iste scriptor, et satis quidem graviter, ut, quum Capuam adnumerat urbibus Italiae maritimis; quum Falernum et Massicum montem tamquam duos diversos montes commemorat, quum unus idemque sit; et non pauca huius farinae alia, quae ab iis, qui hunc scriptorem interpretantur, sunt tironibus indicanda, ne falsa pro veris imbibant.

C. A. DVKERVS,

IN PRAEFATIONE AD FLORVM.

De Floro ipso nihil a me dici potest, quod non pridem a Vossio, Salmasio, aliisque, qui ex professo, et cum cura, quis ille fuerit inquisiverunt, dictum sit: nimirum e stylo, nomine gentis, et aetate, probabile videri, eumdem esse, quem *Florum*

poëtam Spartianus in Hadr. cap. 16, et *Annaeum Florum*, nonnulla ex illius epistolis ad Hadrianum proferens, vocat Charis. Instit. Grammat. 1, p. 58 et 115. Nam et hic Noster genere dicendi plane poëtico utitur, et in optimae notae libris manu exaratis *Annaeus* appellatur, et, Hadriano imperante, floruisse itidem videtur. Quamquam enim ea, quae in fine prooemii leguntur, hanc Epitomen Historiae Romanae ab eo sub Traiano potius, quam Hadriano, scriptam indicant, tamen facile credi potest, eum ad Hadrianum, Traiani successorem, vitam produxisse. . . . .

Sunt qui virtutes quasdam styli Floriani laudant, eum ad declamatorium scribendi genus referant, et putida affectatione, tumore poëtico, audacissimis translationibus, aliisque vitiis laborare ostendant. . . . Florus quoque in eo ipso, quod quasi ex oratore, historico, et poëta mixtus sit, maxime, et merito quidem, ab aliis reprehenditur. . . . . Nequo tamen, quum haec de Floro scribo, quemquam putare velim, me eum plane contemnendum, abiiciendum, et e manibus studiosae inventutis excutiendum existimare. Numquam in hac sententia fui. Non sequor Begeri et plerorumque aliorum morem, qui quum scriptorem aliquem in publicum emittunt, ut recto iudicio dignum, in quo interpretando ingenii doctrinaeque specimen ederent, elegisse videantur, omnia in illo mirantur, et sermonis elegantiam, ingenii acumen, et iudicii rectitudinem laudibus in caelum tollunt. Sed quum iudicia doctorum de Flori erroribus et vitiis styli probo, tamen non eo infieias, multa esse in illo, quod et iidem recte animadverterunt, laudabilia, multaque eleganter, acute, et cum iudicio dicta: praecipue ubi caussas seditionum et conversionis reipublicae Romanae exponit, quae mihi semper pulcherrimae totius operis partes visae fuerunt: ob eamque caussam, simul, quia nullus in hoc genere melior est vetus scriptor, qui ita quasi in brevi quadam tabella totam populi Romani imaginem amplexus sit, gradusque omnes ac processus reipublicae ob oculos posuerit, omnino sequor sententiam clarissimi Graevii, dignum esse, qui a studiosis adolescentibus legatur, et iis diligenter et accurate exponatur.

I. A. FABRICIVS,

IN BIBLIOTHECA LATINA, CAP. XXIII, §. I-III.

L. Annaei Flori patria non satis certa est. Hispanum fuisse

defendit Nic. Antonius Bibl. Hisp. vet. t. 1, p.79, quo et plerique inclinant: qui et forte ex Senecarum gente fuisse suspicantur. Sed pro Gallica origine disputant multo probabilius auctores Hist. liter. Franc. t. I, p. 255, qui super hac re snnt adeundi. In quibusdam Codd. *L. Iulius Florus*, in aliis *L. Annaeus* dicitur, de quo vide Vossium de Hist. Lat. p. 164. Hinc Volaterranus eum putavit esse Iulium Florum Secnndum, qui ob eloquentiam laudatur a Quinctiliano X, 13, qui et patruum eius Iulium Florum commemorat. Elias Vinetus vero ad Ansonium, et Andr. Schottus ad Aurelium Victorem, non dubitant breviarium hoc tribuere L. Annaeo Senecae, Lactantii auctoritate, ut videtur, qui VII, 15, ubi Flori sententiam de aetatibus populi Romani referre videtur, Senecam laudat auctorem. Sed non plane verba breviarii adducit, neque adeo sententiam accurate; atque idem vel simile potnit etiam Senecae in mentem venire. Rectius itaque Vossius cum Salmasio eundem esse existimat Florum, qui in epist. ad Hadrianum imp. apud Charisium ait, se poëmatis delectari, et cuius in Hadrianum versiculos refert Spartianus. Idem Vossius Florum nostrum suspicatur auctorem *Octaviae*, quae inter Senecae tragoedias ultima est. Etiam Pervigilium Veneris, et versus trochaici de qualitate vitae, sub Flori nomine circumferuntur, de quibus dicetur libro IV. Alius *Iulius Florus*, auditor Porcii Latronis, Galliarum sub Tiberii imperio in eloquentia primus, qui laudatur a Seneca rhetore et Quinctiliano. Alius *Florus* sub Nerone, de quo Arrianus Diss. Epictetear. lib. I, c. 2, etc. Etiam *Florus* quidam loquens inducitur a Plutarcbo Sympos. VIII, 1 et 10. Dicebant autem veteres *florus* pro *florido*, ut alii *colorus* pro *colorato*. Vide Voss. de vitiis sermonis, p. 151 edit. novae, et Burm. ad Quinctil. p. 995.

Huius Flori habemus *Epitomen de gestis Romanorum* sive *Rerum Romanarum libros IV*, ab U. C. ad Iani templum prima vice clausum sub Augusto imperatore. Supra lib. I, cap. 11, observatum est, T. Livium in Historia Romana idem fere sibi temporis spatium describendum proposuisse: unde fuerunt, qui Livii epitomen his libris contineri dicerent. Sic in editione Florentina, a. 1510, in-8, Iustino hi libri subiiciuntur ex Phil. Beroaldi recensione, hoc titulo: *Flori Epitomata quatuor quam cultissima in X. T. Livii Decades*. Sed a Livio non semel in hoc opere dissentire Florum notavit Lipsius in Electis, lib. II, cap. 5, et ipse dicit, se a variis auctoribus sumsisse sua, quos, ut in tali epitome, non nominatim commemoravit. Multus autem Florus est in

laude rerum a Romanis gestarum, ut non tam narrare bella, quam perpetuum victoriarum paeanem, florida, sed interdum ad poëticam accedente dictione decantare videatur *brevis hic et comptus Historicus*, ut vocatur a Iulio Celso, p. 118 edit Graevii. Sub Traiano scripsisse, colligitur ex verbis prooemii lib. I: « Nisi quod « sub Traiano principe movet lacertos, et praeter spem omnium « senectus imperii, quasi reddita iuventute, revirescit ». Qui sub Hadriano malunt, cum Nazariano codice legunt *movit lacertos*. His assentiri liceret, si deinde diceret *reviruit* (non *revirescit*), nec Hadriani omitteret mentionem. Quod vero ait, ab Augusto haud multo minus abfuisse quum scriberet annos 200, pro eo legendum 150, sicut apud Philastrium c. CXI pro 430 demonstravi legendum 380. Neque his est adversum, quod postea etiam alia scripsit Florus Hadriani aetate, unde a Charisio, lib. I, p. 38, citantur Annaei Flori ad D. Hadrianum verba: *Poëmatis delector*; et p. 113, *quasi de Arabe aut Sarmata manubias*. Et Spartianus in Hadriani vita, cap. 16, refert, eum Floro poëtae scribenti ad se, *Ego nolo Caesar esse*, etc., rescripsisse: *Ego nolo Florus esse*, etc. Huic enim Floro etiam tribuunt viri eruditi, ut ante dictum, quae inter vetera poëmata vulgavit Petrus Pithoeus de qualitate vitae, et *Pervigilium Veneris*, et tertium quod incipit: *Venerunt aliquando rosae*. Multa e Floro Iornandes, multa etiam Freculfus in Chronico, Vincentius Bellov. et alii iuniores. Ex Freculfo loca quaedam Flori restitui posse clarissimus Schoetgenius adnotavit. Caeterum in castigandis antiquis scriptoribus ex sequiorum, verba eorum iam decurtantium, iam interpolantium testimoniis, cautius agendum esse bene monet Rupertus ad Florum, p. 108, ubi de Iornande. Florum, perpetuum Horatii imitatorem observat Rosellus Baumon in Massoni Hist. critica Rei literar. t. XIV, p. 222.

FR. NIC. TITZE,

IN PROLEGOMENIS AD FLORVM.

Dum Florum qualicunque opera mea recensitum in lucem edo, minime fert animus, recinere, quae de huius auctoris aetate, operisque historici, quod sub eius nomine habemus antiqua et vera conformatione, Quaestionum Lincii a. 1804 editarum libris tribus quasi prolusoriis a me tentata, criticorumque censurae ac iudicio exposita sunt.... Tamen et isthaec quasi *In-*

troductione ad crisin nostri auctoris, pancis quidem, verum, ut ego sentio, non infelicibus observationibus, de penu interiore allatis, adiuvandum dnxi. . . . .

Ac forma quidem totius operis, eo consilio instituti, nt in brevi quasi tabella tota populi Romani, septingentorum annorum spatio per bella et paces ad universam magnitudinem suam evecti, imago lectoribus sisteretur, patet ex ipso operis vero prooemio, ut illud bic sistimus: sicut per aetates harumque partes facta vitae ac historiae populi Romani divisio certis quibusdam aliis interfatiuncnlis, cum temporum notatione adhibitis ab auctore, aptis locis demonstratur.... Divisit itaque anctor opus suum in tres popnli Romani *aetates:* infantiam, adolescentiam, et inventam. Iuventam in duo saecula suppartitus est, qnibus postremo saeculum Augusteum tamquam coronidem adiecit. Illa vero iam operis nostri In quatuor libros recepta divisio, quae cum codicibus ad nos pervenit, profecto non auctori, quod ausim affirmare, sed serioris temporis librariis originem suam debet. . . . .

Errant autem valde, qui quorundam iudicio inducti, in Floro non nisi praeconem seu laudatorem populi Romani cernere voluerunt. Delegamus bos ad aetatis tertiae saecnlum secundum recte perpensandum: inviti etiam cogentur fateri, neminem scriptorum veterum candidiorem liberioremqne illorum temporum aestimatorem fuisse, quam Florum.... Illud minus animadversum, auctorem in rerum ipsarum, bellorum scilicet ac internorum motuum succincta recensione, et vel quandoqne in unius belli narratione, non semper chronologicum, sed nonnnnquam geographicum, immo una atque altera vice neutrum horum, sed peculiarem quemdam, et ut ita dicam, poëticum ordinem sequi; quem quum non omnes satis perpensum haberent, factum est, ut Inde non raro a criticis culpatus sit, unde artificium eius laudari vel maxime debuisset. Commoncfeci talinm, ubicunqne opus videbatur, lectorem in notis meis, credoque, vel ex hac, ut ita dicam, gubernante omnia et singula quasi epica quadam oecqnomia elucere aetatis aureae nostri operis indubitatissima signa; quippe quum id non meram rerum enumerationem, sed ingeniosam simul ac perfectam demonstrationem et imaginem vitae popnli Romani in tam exigua tabella exbibeat, cuiusmodi dubito an sequioris aevi scriptor nobis praestare potuisset. . . . .

Immo videtnr mihi boc opus in ista sua conformatione quam proxime accedere ad poëticam ct quasi rhythmicam aut metricam formam, ut vel inde facile tibi persuadeas, auctorem in poëmatis

multiformibus plurimum versatum, quum animum ad historicam hanc tabellam conficiendam appulisset, ne ibi quidem oblitum poëseos, quod rebus largiri non posset, formae saltem operis dedisse, atque in tantum non reformidasse eloquii cancellos, quos rhythmi et metra statunnt, nt, qunm liberius mnlto prosae orationis habenis uti posset, ipse praeoptaret carceres, et spinam, et metam. Profecto divitis venae scriptorem fuisse oportet, qui verborum sententiarumque copia, omnigenisque styli virtutibus, vincula, quae ipse sibi non pauca libens nexuerat, tam facile obtegeret, ut ea vix sentiat lector. Nam puritatem orationis et elegantiam quod attinet, quum in hac editione a genuino Flori textu inficeta illa additamenta, et quae dudum taxata sunt, et quae nunc accessere, segregarim, nemo facile in dubinm vocaverit, quin comparationem scriptor operis nostri, considerata materia consilioque eius, cum quovis alio aureae aetatis scriptore, non modo admittere, sed etiam sustinere possit. . . . .

Quoniam vero accidit, ut Flori compendiosum historiae opus posteris temporibus adeo deformaretur, ut nobis Florus in ipso Floro quaerendus esset, necessarium est, ut et de his corruptelis pauca verba faciamus. . . . .

Ac videtur eiusmodi sortem operis sui Florus ipse quadamtenus prospexisse. Compendium historiae Romanae a Romulo in Caesarem Augustum, cuiusmodi ille composuit, haud dubie multi inter Romanos post Livii diffusum opus cnpide exoptaverant. Itaque praevidebat auctor, librum suum a praeceptoribus mox occupatum iri, quem pueris ex consnetudine in scholis legerent, iuvenibus enarrarent: sciebatque, in eiusmodi operibus commentandis multos sibi multa permittere. Propterea sic opus instituit, sic divisit et suppartitus est, sic mensuris quibusdam ac repetitis formulis accinxit, ut, dum in historia tradenda memoriam discentium iuvaret, animumque enarrantium excitaret, tamen in universitate formae suae non facile a quoquam corrumpi ac perverti posset. Attamen sciolus aliquis, sive is declamator, sive declamatoris male ingeniosus discipulus fuit, quem, quod ipse prodit, credo circa Traiani, Hadriani, aut Antoninorum aevum vixisse, sumsit hoc sibi, ut Flori compendium in sua usque tempora deducere vellet. Is proinde statim prooemio quaedam assuit, quibus aetates populi Romani non tres, ut Florus fecerat, sed quatuor, et deductum opus usque ad suam aetatem indicaret. Male tamen videtur cessisse haec opera, intraque propositum substitisse. Ac crediderim, eum, dum operis continuationem mente etiamdum agitaret,

Epitomasque a principio saepius relegeret, infelici studio, imo pruritu potius, ad id devenisse, ut Florum de suo ingenio augere, et vel etiam reddere cuperet floridiorem. Itaque diversis in locis adiecit auctori aliquid propriae loquacitatis, mirifice inanis; nonnnmquam et, dum rebus addere quaedam studet, aperte falsa, aut saltem ad rem non pertinentia agglutinavit; denique etiam declamatorii tumoris et strepitus plenissimos locos appinxit: idque fecit partim initio quarumdam epitomarum, partim in medio, partim in fine. Ea cuncta snnt eiusmodi, nt si aures nasnmque adhibeas, actutum iures, non potuisse haec scribere, qui caetera scripsit. Nam ut baec latina, sana, sobria, apta, vigéntia, ingeniosa sunt, ita illa soloeca, redundantia, ridicula, inepta, stulta, ut non dicam insana, reperiuntur. . . . Quis non miretur, bas sordes per tot saecula auctoris nostri textum inquinasse, quin a quoquam eiicerentur? Nec facile quisquam dixerit, quomodo factum sit, ut inde a tam antiquis temporibus haec nugamenta cum Flori opere fideliter descripta, viam ad nos usque invenerint, nisi insuper cogitemus, impostorem istum per aliquem librarium et bibliopolam novam quoque Flori cum additamentis suis editionem curasse, atque ita bunc librum inde ab Hadriani temporibus in Italia et per provincias plerumque tantum a pueris et iuvenibus lectitatum, in eorumque maxime usum descriptum, transisse ad posteros, ea paullatim linguae barbarie infectos, ut multis saeculis discernere nequiverint, quid aurum orichalco distet. . . . Post renatas tandem in Italia, diffusasque per alias Europae regiones literas, legebatur ille quidem denuo a viris literatis et doctis, et ab elegantia Latini sermonis haud prorsus alienis, verum in critica arte parum admodum versatis. Horum non pauci naevos, quos in boc opere deprehendebant, auctori ipsi imputabant, quem prooemium interpolatum fatebatur seriore post Traianum aevo vixisse. Alii acrius aliquanto cernentes, aut potius suspicantes, non andebant tamen codicibus inter se consentientibus fidem et auctoritatem derogare. Accedebat, quod post illum, quem diximus, sciolum adulteratorem operis, insequenti tempore alii, iique potissimum librarii et scribae, vulnera alia complura huic opusculo inflixerant, dum id, non intelligentes auctoris methodum, in libros et capita dividerent, qua mutatione priores duae populi Romani aetates in primum librum conveniebant, tertia aetas in sequentes tres libros ita dividebatur, ut fines librorum rerum momentis nequaquam apte responderent, et saeculum Augusti appendicis seu coronidis cbaracterem prorsus perderet. Ineruditi porro lectores, glossis suis et

adnotamentis codicum margines, aut interlinearia spatia respergentes, subsequentibus scribis, qui has notas in textum intulerunt, ansam huius operis aliter atque aliter corrumpendi dederunt. Ita externa paullatim atque interna operis forma immutata, mirum non est, si Flori nativus sermo ab adventitiis istis nugis et interpretamentis nec satis amplius discernebatur, criticique, qui auctorem hunc emendare studebant, spectris insolitis, domum ac possessiones eius infestantibus, tam diu tamque petulanter ludebantur. Commentatores editoresque exinde, alter alterius auctoritatem reveriti, pertraxere rem litigiosam usque in Graevium, qui, quum ulcera Flori egregie videret, scabie tamen saeculi sui infectum auctorem putaret, caetera pusillum, opem, quam ferre haud dubie potuisset, si animum attendere voluisset, praestare supersedit: subsannando ac ridendo iuvenilem, ut putabat, scriptorem, qui in historico opere poëtico aestu abreptus quandoque delirasset, praeiudicia illorum, qui de Floro ita iudicare adsueverant, etiam confirmavit. Verum enim vero, ut nihil esse solet ab omni parte beatum, ita nec usquequaque damnosum. Me saltem, ut ingenue fatear, ipsa haec Graevii censura vel praecipue impulit ad Florum nostrum attentius considerandum, quo studio denique effectum spero, ut subditiis adventitiisque sordibus, si non omnibus, saltem potissimis purgatus optimus auctor, in possessiones suas se demum restitutum gaudere possit. . . . Sed tempus est, ut post haec indicata ad reliquam partem promissorum nostrorum veniamus, dicamusque aliqua de Flori nostri vita, patria et nomine. . . . .

Adduxi Quaestionum mearum libro I omnes fere locos, ex quibus satis aperte redit, auctorem Epitomarum non alio, quam Augusti aevo vixisse, longeque vero aberrasse illos, qui Spartiani et Charisii Florum in nostro quaerebant. . . . .

Neque vero iam opus erit, disquisitionem me hanc inde ordiri.... Quem enim, quaeso, rectius ac probabilius pro nostri operis auctore habeamus, quam quem ibidem excitavimus *Iulium Florum*, Horatio notissimum, cui inscriptas duas huius poëtae epistolas, lib. I, 3, et lib. II, 2, hodiedum summa cum voluptate legimus? Is profecto, si quid ego recte divinavi, noster est Florus, Epitomarum elegans auctor. . . . .

Quod autem noster apud Horatium *Iulius Florus* audit, id ipsum cum quibusdam codicibus, ubi prorsus sic nomen expressum legebatur, consentit. Neque tamen propterea renuerim in nostro praenomen *Lucii*, non solum, quia poëtae raro cuncta personarum, quibus sua poëmata inscribunt, nomina exponere solent, sed quod

plus quam verisimile fit, Iulii nomen ab illa nobili Flororum inter Treveros familia, ex qua ut opinor Noster originem ducebat, in honorem Iulii Caesaris esse assumtum, qui eam olim ex promeritis videtur civitate Romana donasse. Quidni igitur consequens sit, praeter illa duo nomina, *Iulii Flori*, posteros quosdam illius familiae, in Italia degentes, et diversa praenomina sibi adscivisse? *Lucii* sane *Annaei* nomen, quod plerique codices nostro auctori indunt, non dubito semidocto cuidam librario veteri, saeculi post C. N. tertii aut quarti, deberi; nisi vafer bibliopola aliquis fuit, qui ex permixtione Florum sub nomine *Lucii Annaei* vendidit, quoniam, ut demonstravi in Quaest. lib. II, tenemus, utrosque, Florum et Senecam philosophum, de aetatibus populi Romani scripsisse. Vtut sit, testantur saltem codices, diversis his inscriptionibus ad nos perlati, confusionis aliquid aut fraudis in hac re aliquando intervenisse. . . . .

Itaque dum isthunc *Lucium Iulium Florum*, auctorem nostri operis iam probabiliter agnoscimus, teste Horatio porro edocemur, eum aliquanto tempore, dum esset cum Nerone, studiis quaestuosis magis, quam liberalibus fuisse deditum, quamvis interim amaret carmina, ipseque funderet; postmodum vero, curis abstractum aulicis, sibi vixisse et literis: quo temporis spatio haud dubie *bella et paces* populi Romani in brevi tabella sua, quam hic intuemur, amplexus est, amicitiamque cum illis convictoribus, quos Horatius in priore sua laudat taxatque epistola, nec minus cum Ipso Horatio, et vel etiam cum bono claroque Nerone percoluit.

Vixit Florus certe aliquanto ultra tempus cladis Varianae, ad quam a Philippensi pugna, natali eius, ut crediderim, tempore, quinquaginta anni computantur. Neque vero insuper prorsus absurdum sit putare, Florum illum, de quo M. Seneca Controv. 25 loquitur, filium Nostri fuisse, quem percipimus eloquentiae navasse operam, ut qui Porcii Latronis discipulus, postea ipse declamavit. . . . .

Superest, ut nonnulla, quae in Quaestionum libris sparsim tetigeram, hic quasi sub unum adspectum a me redigantur, ea, inquam, ex quibus redeat, nostra de Floro eiusque opere sententia, in quam non nisi argumentis proxime ad veritatis lucem accedentibus convicti descendimus, recepta, nihil iam fore in perpurgato hoc scriptore, cui non lux quaedam affundatur, quo ipso haec vel maxime probabitur opinio. Iam enim nunc patet totius operis chronologica ratio, et liberatur auctor a conviciis innumeris, quibus per tot saecula a doctissimis criticis discerpebatur. Liquet,

unde stylus hinc illinc, ut paene omnes senserunt, oratorem et poëtam magis, quam historicum sapiat; nec tamen, credo, iam Graevius de pauculis sententiis litem ultra moveret, considerans, quid talis tabellae historicae natura poscat, si plurimas boni historici virtutes assequi, ieiunitatem omnem atque ariditatem aeque ac obscuritatem in tanta brevitate effugere velis. In suam formam restitutus Florus, non erit amplius magistris formidolosus, sed securius iuvenibus in manus tradetur, non modo, ut ex antiquis optimus historiae Romanae et ingeniosissimus abbreviator, verum etiam, ut aureae latinitatis artifex et ingeniorum iuvenilium praecipuus exstimulator. Quamquam ego, quod salvo aliorum iudicio dixerim, sic existimo: Florum, quum istam suam imperii Romani imaginem concinnaret, non pueros sibi tantum scholasticos, discere Romanam historiam volentes, sed viros quoque in historia principis populi diutissime versatos, lectores ante oculos posuisse. Nec enim umquam recte de huius operis artificio, nisi ab historiae peritissimis, iudicabitur. Invitabit iam plures ad se convictor Tiberii, quousque bonus erat, et Horatii familiaris. Rebus vero Augusti aestimandis teste coaevo aucti sumus, eoque, quantum equidem sentio, neque ira corrupto, neque nimio studio. Quodque nobis inprimis exoptatum esse debet, antiquiorem paene caeteris Romanis omnibus, excepto Caesare, de rebus Germanicis scriptorem acquisivimus. Clarum iam nunc fit, cur in eius opere de *Senectute* populi Romani nulla mentio; quare nutantem adhuc septemtrionalis Germaniae notitiam prodat; quorsum illa temporum suorum nonnumquam interiecta significatio spectet; quare inprimis in rebus Augusti externis tam saepe praesens verborum tempus usurpet, nec chronicum in illis narrandis, sed mundi plagarum et populorum ordinem secutus, tam strictim cuncta percurrat: haec et alia, de quibus sigillatim, ut et de omni textus recensione, in notis criticis huius editionis diximus, mirum in modum iam universa illustrantur. Quod vero de obitu Augusti Florus noster in fine operis nihil commemorat, id ipsum argumento est, auctorem paullo post Varianam cladem ante Augustum vitam finiisse.

TESTIMONIA RECENTIORVM SCRIPTORVM

GALLICO SERMONE CONSCRIPTA.

ROLLIN,

HISTOIRE ANCIENNE, JUGEMENT DES HISTORIENS LATINS.

On croit que Florus pouvait être Espagnol, de la famille des Sénèque, et avoir eu les noms de L. Annaevs Seneca par la naissance, et de L. Ivlivs Florvs par adoption. Nous avons de lui un Abrégé de l'Histoire romaine, en quatre livres, depuis le régne de Romulus jusqu'au temps d'Auguste, qui parait écrit sous Trajan. Il n'a point le défaut ordinaire des abrégés, d'être sec, décharné et ennuyenx. Le style en est élégant, agréable, et tient quelque chose de la vivacité poétique. Mais on y trouve en quelques endroits trop d'emphase et de pompe, et quelquefois même de l'enflure. * Ce n'est point un abrégé de Tite Live, avec qui souvent il ne s'accorde pas. Nous avons déja dit qn'on doute, avec fondement, quo les *Epitome* ou sommaires qui sont à la tête des livres de Tite Live, soient de Florus.

HÉNAULT, ACADÉMIE DES INSCRIPTIONS, TOME XXVIII,

MÉMOIRE SUR LES ABRÉGÉS CHRONOLOGIQUES.

L'histoire de Florus est un abrégé, mais un abrégé original. Florus, qui vivait sous Trajan, a écrit l'historo romaine depuis Romulus jusqu'à César inclusivement. Il a pris son sujet en grand: il a négligé les détails, pour no s'attacher qu'aux objets principaux. Toutes les figures de son tableau sont rapprochées et s'éclairent mutuellement: on n'est point détourné par des petits faits: c'est toujours la grandeur romaine sous différents aspects; et Florus en se réduisant devient plus grand; semblable aux géographes, qui, en représentant en petit de vastes pays, vous les font de même connaître que s'ils avaient pris les plus grandes dimensions. Juste-Lipse s'est bien trompé quand il a voulu nous donner Florus pour un abréviateur de Tite Live. Outre qu'il contredit souvent

* De styli vitiis, quae Historiae Flori obiiciuntur, docte disputat Titzius in suis ad Florum Quaestionibus prolusoriis. Adeantur, si libet, ipsius Titzii ad Florum Prolegomena, quae hoc Rollini iudicium proxime praecedunt. *Typ. T.*

cet historien, on sent par-tout l'auteur original; et cet auteur suffirait lui seul à l'apologie des abrégés. Son style est peut-être un peu trop fleuri; on voit bien qu'il avait été poète; et c'est apparemment ce qui lui a fait attribuer, par quelques uns, le charmant *Pervigilium Veneris*. . . . .

Edmond Bolton, savant antiquaire, traducteur de Florus en anglais, traite la question des abrégés dans son parallèle de Florus et de Polybe. . . . On voit d'abord, par le choix qu'il avait fait de Florus pour le traduire, le cas qu'il faisait de cet abréviateur. « Florus n'est pas moins excellent dans son genre que « Polybe l'est dans le sien: chacun d'eux a son mérite, et ils sont « tous deux excellents, quoique d'une manière différente. Florus « exprime si heureusement et avec tant de grâces les sommaires, « qu'on souffrirait moins par la perte de quantité de gros volumes, « que par celle de son abrégé ».

MABLY,

DE LA MANIÈRE D'ÉCRIRE L'HISTOIRE.

. . . . Cette histoire universelle dont je parle ne doit être qu'un recueil d'histoires particulières, faites à l'imitation de celles de Florus, qui donne quelque idée des Romains. . . . .

On est fatigué des antithèses continuelles de Velleius Paterculus et de Florus; plus encore de ces déclamations qui décèlent un petit jugement si elles ne sont pas placées à propos, et, pour ainsi dire, arrachées à une juste admiration. . . . Florus a tous les défauts de Paterculus. . . . L'un et l'autre font souvent les beaux-esprits mal-à-propos.

LAHARPE,

COURS DE LITTÉRATURE, HISTORIENS DE LA SECONDE CLASSE.

Florus, qui a composé l'Abrégé de l'Histoire romaine jusqu'au règne d'Auguste, sous lequel il vivait, a le mérite d'avoir resserré en un très-petit volume les annales de sept siècles, sans omettre un seul fait important. Il y a dans son style quelques traces de déclamation, mais en général de la rapidité et de la noblesse. La conjuration de Catilina est racontée en deux pages, et rien d'essentiel n'y est oublié.

SCHOELL,

HISTOIRE ABRÉGÉE DE LA LITTÉRATURE ROMAINE, PÉRIODE IV.

Lucius Annaeus Florus naquit, selon l'opinion commune, en Espagne, ou selon d'autres, dans la Gaule, et écrivit sous le règne de Trajan. Il vivait encore sous Adrien, et c'est peut-être le même poète auquel, selon Spartien, cet empereur adressa des vers forts plaisants. Quelques critiques le croient aussi l'auteur du *Pervigilium Veneris*. Un savant moderne, M. Titze, a voulu prouver que l'historien Florus a vécu du temps d'Auguste, et qu'il est le même que Lucius Iulius Florus, auquel Horace a adressé deux de ses épîtres. Il est vrai que quelques manuscrits donnent à l'historien Florus le nom de Iulius; mais pour admettre l'hypothèse de M. Titze, il faut regarder comme interpolé un passage du prooemium de Florus, où il est question de Trajan. Quelle que soit, au reste, l'époque où il faut placer Florus, nous avons de lui un abrégé de l'Histoire romaine, intitulé: *Epitome de gestis Romanorum*, et divisé en quatre livres, qui commence à l'origine de Rome, et va jusqu'à 725, où Auguste ferma le temple de Janus, cérémonie qui n'avait pas eu lieu depuis deux cent six ans. C'est un extrait pour lequel Florus ne s'est pas seulement servi de Tite Live, mais de beaucoup d'autres écrivains anciens dont une partie n'existe plus. C'est moins une histoire qu'un éloge du peuple romain, écrit avec élégance, mais dans un style d'orateur, et non sans affectation. Les faits n'y sont le plus souvent qu'indiqués; les évènements sont légèrement effleurés; tout est peint en beau: l'auteur ne quitte pas le ton de l'admiration et de l'emphase; il aime beaucoup, et emploie trop souvent les exclamations, les interrogations, et les figures de rhétorique. Ses phrases coupées et sententieuses donnent de la froideur à ses récits; elles les rendent monotones, et quelquefois obscurs. Florus manque aussi, dans plusieurs occasions, à l'ordre chronologique, et confond les lieux, faute de connaissances géographiques. Son texte nous est parvenu fort corrompu, et avec beaucoup d'interpolations. Quelques manuscrits lui attribuent aussi les sommaires des livres de Tite Live.

Nous ajouterons que quelques manuscrits donnent à l'auteur de cet abrégé le nom de Sénèque: en effet, une branche de la famille Annéenne portait le nom de Sénèque, et il y a même lieu de croire que cette famille prenait indistinctement le surnom de Sénèque et de Florus. De ce titre de certains manuscrits, et d'un passage de

Lactance, quelques critiques ont conclu que l'*Epitome* est l'ouvrage du philosophe Sénèque. Lactanco dit que Sénèque divisa l'histoire du peuple romain en quatre périodes: celles de son enfance, de sa jeunesse, de l'âge mûr, et de la vieillesse. Cette division se trouve dans Florus, et n'est dans aucune autre écrivain de l'antiquité: ce qui semblerait indiquer que Lactance a cité Florus sous le nom de Sénèque. Mais on peut objecter que quoique Florus adopte quatre périodes, sa division n'est pas exactement la même que celle qu'on trouve dans Lactance; d'ailleurs, Florus pourrait l'avoir empruntée de Sénèque.

Enfin, il faut observer que Vossius attribue à Florus une des dix tragédies qui portent lo nom de Sénèque, savoir l'*Octavie*.

PAUL (L'ABBE),

TRADUCTION DE FLORUS, ÉPITRE DÉDICATOIRE.

Le goût de Florus se ressent un peu de celui de son siècle; et le goût, sous Trajan et Adrien, avait beaucoup perdu de la pureté qu'il avait sous Auguste, puisqu'il commença même à s'altérer dès le règne de Tibère. Aussi trouve-t-on quelquefois dans notre auteur des pensées peu justes, des métaphores trop tirées ou incohérentes, des tours contraints, des comparaisons forcées ou trop épiques, de la déclamation et de l'enflure. On voit qu'il était rempli de la lecture de Lucain.

Florus est, en second lieu, trop superstitieux et trop crédule. Je suis fâché qu'il rapporte sérieusement et sans critique des anecdotes et des prodiges absurdes. . . . On peut accuser aussi notre auteur d'omettre certains faits importants, par exemple, la plupart des grandes actions de Cicéron; de glisser trop légèrement sur d'autres, et de ne peindre, pour ainsi dire, que de profil les évènements en particulier des derniers temps de la république, partie la plus intéressante de l'histoire romaine, et qui méritait bien d'être traitée avec une certaine étendue.

Florus en général vante trop les Romains, et l'on a eu quelque raison de dire qu'il semble moins en avoir écrit l'histoire que le panégyrique. Il se récrie trop souvent, et presque toujours mal-à-propos, sur les prétendues ruses de leurs ennemis. Il en est peu qu'il n'appelle *callidi*, *fraudulenti*; mais si toutes les ruses de la guerre se réduisaient à la plupart de celles qu'il cite, Frontin n'eût

jamais fait ses Stratagèmes. Il donne aussi quelquefois une bien mince idée de ses connaissances physiques.

.... Quoi qu'il en soit, j'ose dire que ses beautés effacent aisément ses taches.... Il a senti que la précision nécessaire au style de l'abrégé peut aisément dégénérer en sécheresse, et que sur un chemin aride il faut souvent jeter des fleurs.... Cependant on l'accuse, peut-être avec raison, d'avoir trop prodigué les ornements. Mais que Florus pèche ou non du côté des ornements, ce n'est pas seulement par-là qu'il faut apprécier son mérite. Son ouvrage est recommandable par mille autres endroits. Il est agréablement varié, semé d'images vives et piquantes, d'expressions saillantes et pittoresques, de traits brillants, concis et rapides, et sur-tout de pensées énergiques, mâles et profondes. Florus est souvent grand, noble, sublime même.

INDEX

EDITIONVM

L. ANNAEI FLORI

AVCTIOR FABRICIANO

ET IN SEX AETATES DIGESTVS.

AETAS I *NATALIS*. 1470-1518.

Inter cuius principes sunt praeter illam, Grutero et Dukero primariam. Parisiensis a Rob. Gaguino edita, et Romana. Curatores huius aetatis exstitere M. Ant. Sabellicus, Phil. Beroaldus senior, Io. Cuspinianus et Vlt. Hutten.

—— *Paris*. I, in-4. sine temporis nota: « Luc. Ann. Flori Epi« tomae de T. Livio libri quatuor (Parisiis in Sorbonae domo « ab Vlrico *Gering*, Martino *Crants*, et Mich. Friburger, circa « a. 1470). » Editor est Robert. *Gaguin*, ordinis Trinitariorum pater generalis.

—— sine loco et anno, Gothico simili charactere, quam Gruterus principem dicit, Dukerus omnium antiquarum optimam reperit.

—— sine loco et anno.

1472 *Rom*. fol. per Sweynhemium et Pannartium, iunctus Iustino.

1480 *Lipsiensis* I: Lucii Flori Epithomata.—In calce: « L. A. Flori « Epithoma hoc emendatum fridianus pighinutius Lucensis « et Ivo Vittigis ere premendum curaverunt. Quod arte sua « Conr. Gallicus in opido Liptzensi perfecit XII kalend. Iu« nii, anno salutis MCCCCLXXX septimo, in-4. » Ex Cod. MS. ducta multas habet lectiones proprias, quae vel Aldinae putabantur Dukero, vel in aliis edd. haud reperiuntur. Plura de hac edit. affert clarus I. Fr. Fischerus, in praef. ad Flor. p. xxii et seqq.

(1490) L. Ann. Flori gestorum Romanorum epithoma ex recensione Philippi Beroaldi Senis, per Sigism. *Rot de Bitz*, in-4. Catal. bibl. ducis *de la Vallière*, p. I, t. III, n. 4870.

—— Sine loco et anno Iustinus et Florus a Marco Antonio Sabellico recogniti. In fine sequentes leguntur versus:

> Aurea Iustini Lucique epithomata Flori
> Aere tibi modico candide lector eme:
> Contrahit iste Titi numerosa volumina Livi,
> Pompeii historias colligit ille Trogi.
> Quam bene coniuncti! namque hic ubi desinit, *ille*
> Incipit: atque unum pene videtur opus.
> Rite recognovit quos Iustinianus ad unguem
> Romanus. Felix lector amice Vale.

Conf. Catal. Bibl. *Uffenbach*. t. II, Appendix II de Incunab. artis typogr. n. 341.

1493 *Venetiis*, ap. Pincium, in-fol.

1494 *Lipsiensis* II, ex offic. Martini Herbipolensis in charta max. editore Iac. Barynthо, A. L. M., qui inscripsit librum Io. Vildenio L. D. et Sen. Lips. Repetitio primae, sed mendosissima.

1497 *Venetiis*, in-fol.

—— *Lipsiensis* III, sine anno ex off. Iac. Thanneri, quae Fischero prior videtur illa Baryntbi; mnltasque non modo communes cum Lipsiensi I, sed et proprias easque bonas lectiones habet, adeo ut e MS. emendata videatur.

1502 *Mediolani* ex off. Minutiani, in-fol. Adiectus est historiis Iustini; quam edit. solus memorat Fischerus l. c. p. 27.

1506 Florus iunctus Iustino cum Plinio (seu Aur. Victore potius) de Viris Illustribus, in-4.

1507 L. Flori Epitome subiuncta Iustini historiis ex Trogo Pompeio, cum multis memorabilibus in margine ex emend. Petri Mar. Rubei, Phil. Beroaldi et M. Ant. Sabellici. Venetiis, per Ioannem Taeninum a Tridino. *Venetiis*, in fol.

1510 *Parisiensis* II, sumtu Iohannis Parvi, in-4. (ornata Sabellici epistola) Dukero et Fischero, quem vide l. c. p. 26 et seqq., visa. Exhibet vero Florum Iustino subiunctum, et convenit cum Mediolanensi s. a.

1510 *Parisiensis* III, inferior priori et elegantia et cura.

—— Ex recens. Phil. Beroaldi Mediol., in-fol. ap. Veginm, cum Iustino et Sexto Rufo: haud prima est recensio critica, sed repetitio Beroaldinae (circa 1490). Cuspinianus male dubi-

tavit, an sit a Beroaldo. Rupertus ad Flor. II, 9, illam recensionem contemnit, Freinshemius contra diligentem iudicat: et tum critica facultas erat adhuc adolescens.

—— De Romanorum gestis libri quatuor, a Beroaldo correcti. Florentiae opera atque impensa *Filippi de Giunta* Florentini, tertio kalendas febr., in-8, Dukero consulta.

1511 Ex recensione Io. Cuspiniani. Viennae, ap Ioannem Winter, in-4.*

1512 L. A. Flori epitomata quatuor. Lipz. per I. *Tanner*. in-fol. s. in-4.

—— Venetiis per Io. Tacuinum de Tridino, in-fol., Iustino additus, in Bibl. Menars. p. 70. Est ea repetitio ed. Venetae, 1507.

1516 *Lipsiensis* IV, memoratur Maettario.

1518 L. Flori Epitome (cum Tito Livio) ex rec. Ulrichi Hutteni Moguntiae in aedibus Ioannis *Scheffer* mense novembri MDXVIII, in-fol. inter incunabula artis typogr. in Bibl. Uffenbach. t. II, n. 311, et in bibl. Ducis *de la Vallière*.

AETAS II *CAMERTINA*. 1518-1534.

A Io. Ricutio Vellino, qui a patria vulgo dictus *Camers*, hoc nomine notior est, illustrata. Is vero non solum adnotationes ad Florum scripsit ex genere maxime historico, comparatis diligenter aliis historicis, e quibus plenior rerum cognitio hauriri possit; sed et codice usus est vetusto, unde lectio Flori proficeret: hinc eius exemplum saepius repetitum est, et a posterioribus curatoribus Gruterio, Freinshemio et Dukero consultum. Camers asseclas invenit Iac. Bedrotum et Iac. Sobium.

1518 Cum adnott. Io. Camertis (adiecto indice). *Basil.* ap. Io. Singrenium, in-fol.

1519 *Parisiis*, in-fol. ap. Io. Parvum, cum Iustino ac Rufo.

1520 *Mediol.* ap. Minutianum. An repetitio sit edit. Mediol. 1510 incertum est.

1521 Flori Epitome omnis Livianae historiae subiuncta Livio Aldi, in-fol. Scriptorum Codd. fidem non secutus, sed vel Iordanis levitate, vel suo ingenio abductus plura corrupisse quam emendasse iudicatur Fischero, nescimus an merito.

1525 Florus cum Livio ex edit. Iac. Sobii. Colon., in-fol.

1528 Cum notis Io. Camertis. Argentorati ap. Io. Hervagium,

in-8., quam editionem inscripsit Iac. Bedrotus, Pludentinus, Guernero Volflino ICto. Textum paullo mutatum habet, notas capitibus singulis subiectas, et lectt. varr. in margine collocatas.

1529 Cum notis Camertis, Basil., in-8.

1532 L. A. Flori de Gestis Rom. libri IV, cum adnott. Io Camertis, acc. Sexti Rufi de Hist. Rom. Epitome multo quam antea emaculatior, et Messalae Corvini de progenie Augusti. Basil. apud Io. Hervagium, in-fol. (Exstabat in bibl. I. P. de *Ludewig*. n. 7568 et 7578, et C. G. Schwarzii, n. 1765).

1537 Cum notis Io Camertis. Colon. ap. I. Gymnicum.

1539 Cum comm. Io. Camertis. Paris. ap. Vascosan, in-4.

1540 Cum notis Io. Camertis, cum Sexto Rufo et Messala Corvino, Colon., in-8. Repetitio edit. 1522, a Bedroto curatae.

1542 Cum Sexti Rufi breviario. Paris. ap. Christianum Wechelium.

1545 Parisiis, in-4.

1549 Venetiis, in-12, e rec. Io. Camertis.

1551 Moguntiae, in-8. cum notis Io. Camertis.

1552 Florus cum adnott. Io. Camertis, inter hist. Rom. auctores varios una cum Velleio, Sexto Rufo, Messala Corvino et Eutropio. Lugd., in-12.

AETAS III. *Ab Elia VINETO*. 1554-1597.

Insignis, qui usus MSS. pluribus Florum critice magis tractavit, adeo ut non modo eum illustrasse, sed et textum constituisse visus sit, qui basis exstitit omnium exemplorum ad Gruterum usque: praeter eum critici Io. Stadius, Brabantinus, et Frid. Sylburgius in emendando Floro laudem meruerunt.

1553 *Vineti* I, ex recens. Vineti cum Solino. Pictavii, in-4. praestans bonitate, et rara.

1557 Cum comm. Io. Camertis. Basil. ap. Henr. Petri, in-fol. cum Solino.

—— Colon. edita a Gualtero Fabricio I. V. L., in-8.

1560 Cum adnott. Io. Camertis. Paris. apud Hier. Marnef. in-16, cum Velleio.

1562 Cum notis Io. Camertis. Col. Agr., in-8.

1563 *Vineti* II, Pictavii, in-4. priori ed. castigatior, eaque rara.

1577 *Stadii* I, Antuerp., in-8. ex recens. Io. Stadii, Brabantini, non contemnendi editoris, qui aliquot Codd. MSS. usus, ple-

rumque in textu Aldum vel Camertem secutus est, sed et suis coniecturis indulsit. In eius textu emendando etiam Lipsius laboravit.

1569 Cum Eutropio, Victore, Eusebio, Rufino, Orosio, Iornande. Basil., in-8.

1576 *Vineti* III. Paris., in-4. ex recens. El. Vineti, repet. ed. II.

1579 Cum comm. Io. Stadii. Colon. ap. Io. Gymnicum, in-8.

1583 Idem ibidem, in-8.

1584 *Stadii* II, ex rec. et cum comm. Io. Stadii. Antuerp., in-8.

1588 De Gestis Rom. ex rec. Fr. Sylburgii. Francof. ap. Wechel., in-fol. In Sylburgii Script. hist. Rom. t. I.

1592 Ex rec. et cum comm. Io. Stadii. Colon. Agr., in-8.

1593 *Stadii* III, Florus a Io. Stadio emendatus. Antuerp. ex off. Plantin., in-8.

1596 Lugd. Bat., in-16.

AETAS IV. *GRVTERO—SALMASIANA*. 1597-1652.

A duumviris Flori emendandi, Iano Grutero et Claudio Salmasio dicenda, quos insecutus est Isacus Pontanus, et M. Z. Boxhornius. Princeps est Commeliniana I. Gruteri.

1597 Heidelberg. ap. Hier. Commelinum, in-8. Ex recens. I. Gruteri, quam, ut correctiorem, laudat etiam Cl. Salmasius. Vsus erat in primis illa editione Principe, tum Camertis, Vineti et Stadii libris; quorum lectiones et protulit et diiudicavit in notis brevioribus. Post etiam MSS. Nazariano, et Palatinis duobus usus est.

1599 L. A. Flori Hist. Rom. Cassel., in-8.

1600 Ex emend. Io. Stadii. Colon., in-8.

—— Flori Rer. Rom. libri IV, cum notis Varr. acc. Epitome decadum XIV Livii, etc. S. Gervasii, in-8.

1603 Ex rec. et cum comm. Io. Stadii. Colon., in-8.

1606 Ex rec. El. Vineti. Lugduni, in-8. quam adornavit Aub. Miraeus et inscripsit Nic. Micaultio. Complectitur ea praeter notas Camertis, Vineti, Lipsii, Gruteri, epitomen librorum Livii, quam nonnulli a Floro profectam putant, cum scholiis brevibus Sigonii, Delrii, etc.

1609 Commeliniana II, in-8. ex recens. Gruteri (et Salmasii, qui textum Gruteri subinde aliter constituit), adiunctis Salmasii notis, quas ille scripserat annos natus quindecim, et ediderat 1608, et Grutero dedicarat. Eas virilis doctrinae esse, multi

iudicavere. Et ipse tamen in epistola ad Berneggerum scribit: « Notae illae, quas paene puer in Germania olim vestra « extrusi in lucem, nihil nisi puerile sapiunt, et infinitis « praeterea mendis scatent typographicis. Eas recognoscere et « multis locis facere meliores, diu est in animo. . . . Optimum et vetustissimum (800 amplius annorum) fuit exem- « plar Palatinae olim Bibliothecae Nazarianum, quo usus « sum in Floro recensendo, et eius opera innumeras ex au- « ctore mendas sustulisse memini ». Sed eas post etiam locupletiores fecit (Lugd. B. 1636) ita, ut parum in iis mutaret: longe supra superiores editores de Floro meritus.

—— Lugd. in qua libri quatuor sunt cum notis El. Vineti, Io. Camertis, Iusti Lipsii et Iani Gruteri: Epitome Livii autem cum notis Car. Sigonii et Mart. Delrii.

—— In Scriptt. hist. Rom. lat. vet. Aureliae Allobr. ap. Petrum *de la Rovière*. 2 voll. in-8.

1611 Gruteriana II. Ex rec. et cum notis Iani Gruteri. Hanov. fol. cum hist. Aug. Scriptt. Gruterus hac in ed. usus est MS. Nazar. et duobus Palatinis; et animadversiones scripsit longiores.

1612 Cum comm. I. Stadii. Colon. Agr., in-12.

1613 Cum hist. Rom. scriptt. Amstel. 1613, in-16.

1619 Cum comm. Io. Stadii. Vrsellis, in-8.

1623 In Script. hist. Rom. lat. vet. Genevae, in-fol.

1625 Cum hist. Rom. scriptt. Amstel. ap. Caesium, in-24.

1626 Cum notis Isaaci Pontani. Amstel. ap. Hond., in-24. Pontanus exemplum Stadianae II sive III secutus est.

1627 Cum notis Pontani. Amst.

1632 Cum notis Pontani. Amst.

—— Ex rec. M. Zuerii Boxhornii. Lugd. Bat. ap. Bapt. *Maire*, in-12.

1633 Cum obss. politicis maxime, moral. hist. et philol. Iac. Zevecotii (qui textum Gruterianum Comelinianae I recepit). Harderovici, in-12.

AETAS V. *FREINSHEMIANA*. 1632-1680.

Freinshemius, quum iuvenis esset, adeo feliciter tractavit Florum, ut etsi non nisi unius Codicis MS. cum ed. 1510 collati excerptis, et priorum editorum, Camertis, Stadii, Gruteri et Salmasii curis uteretur, tamen ingenii et iudicii

facultate et subtilitate primo multa vitia reliqua animadverteret, et feliciter corrigeret; deinde eruditionis copia etiam bene multa illustraret. Capita quoque dissecuit in minores particulas, addiditque indicem locupletissimum, chronologicas excerptiones et libellum lectt. varr. Ad emendandum Florum rediit denuo Salmasius: tum novi accessere Nic. Blancardus, Rutgerus Hermannides, Anna Fabra, et quod ad illustrandum auctorem pertinet, suo modo Io. Minellius.

1632 Ex recens. Io. Freinshemii, Argentor., in-8. cum praef. M. Berneggeri.

—— Repet. ed. Pontani, 1627. Amst., in-24.

—— Colon. Agripp., in-8.

1636 Flori rorum Romanarum editio nova (contextu e MSS. Codd. emendato et in versiculos distincto, cum notis selectis Io. Camertis, Io. Stadii, El. Vineti, Iani Gruteri, Cl. Salmasii, et Io. Is. Pontani; excerptionibus chronol. et varr. lectt. libello, et indice rerum atque verborum nova forma confecto). Accurante Freinshemio. Repet. edit. Freinshemii 1632. Argentor. sumpt. hered. Laz. Zetzneri, in-8. cum praef. nova Freinshemii.

1638 Ex rec. et cum notis auctioribus ac limatioribus Cl. Salmasii, qui Lucium Ampelium nunc primum edidit. Lugd. Bat. ap. Elzevir, in-12.

—— Cum obss. polit. Iac. Zevecotii. Amstel., in-12.

1647 Florus cum Velleio, Sext. Aur. Victoro, Festo, etc. Amstel. ap. Ianson., in-12.

1648 Blancardi, acc. eiusdem ex omnibus obss. editis ac ineditis Cl. Salmasii, commentt. Lugd. Batavor. ap. Hack., in-8.

1650 Hist. Rom. Epitomae L. A. Flori, Vellei Pat. S. A. Victoris, S. Rufi, Festi, Messalae Corvini, Maur. Cassiodori, Eutropii. Ex off. Plantin. Raphelcng.

1654 Pontani ed. repet.

1655 Lugd. Bat. ex offic. Elzevir. cum notis integris Salmasii. Additus etiam L. Ampelius ex eiusdem bibliotheca. Repetitio edit. 1638.

—— *Freinshemii* III. Argent., in-8.

1656 Cum vers. Gall. Philippi Ducis Aurel. et notis Franc. *la Motte-le-Vayer*. Paris., in-8.

1657 Florus cum Ampelio. Lugdun. Bat., in-12.

1660 Cum notis varr. integrisque Salmasii notis et locupletissimo

Freinshemii indice, cura S. M. D. C. sive Cornelii Schrevelii, Amst. ap. Lud. et Dan. Elzevir., in-8.

1661 Cum comm. etc. Io. Stadii, acc. L. Ampelius. Oxon., in-12.

1662 Cum notis Cl. Salmasii, integris et varr. Rutgeri etiam Hermannidas, Neomagi, in-8. Huic ed. quoque accessit Ampelius.

1664 Cum notis Io. Minellii I. Roterod., in-12.

—— Sine notis. Amstel., in-24.

—— Ap. Dan. Elzevir., in-12. Subiectum habet libellum varr. lectt. ex notis Gruteri, Salmasii, Vineti aliisque edd. cum iisdem varr. lectt.

—— Hamburgi ap. Henr. Volckerum. Sine anni notatione.

1665 Cum obss. Iac. Zevetcotii. Halae, In-12.

1669 *Freinshemii* IV, cui et chronologia Flori et varr. lectt. cum Ind. rer. et verb. accessere. In indice multa ad explicandam latinitatem pertinentia sunt.

1670 Cum notis Minellii. Roterod., in-12.

1672 Tan. Fabri. Salmur., in-16.

—— Ex Museo Is. Pontanl. Amst., in-12.

—— Cum notis varr. Amst. ap. Elzevir., In-8.

1674 L. A. Flori rerum Rom. Epitome. Interpretatione et notis Illustravit Anna Tanaquilli Fabri filia. Iussu Christianissimi Regis in usum Delphini. Paris. Frid. *Léonard*, in-4. Expressit Fabra fere Commelinianum exemplum II; sed recepit tamen et alias lectt. nulla reddita in notis ratione, patris scil. exemplo.

—— Florus et Ampelius, cum notis Salmas. et varr. Amstel. ap. Elzevir., in-8.

1675 Cum Indice Freinshemii contracto, curante Io. Gezelio. Aboae, In-12.

1680 Cum notis Minellii. Roterod., in-12.

AETAS VI. *GRAEVIO—DVKERIANA.*

Graevius nimirum pro sua ingenil et doctrinae vi Floro plurimum profuit, eiusque textum sanavit. Novam post ipsum recensionem instituit Car. And. Dukerus curis primis et secundis; unde optima processit lectio, quam secuti sumus. Inter eos intercessit Laur. Begeri opera, qua ad duos priores libros plus ornamenti, quam commodi collatum est.

Germania caeterum nihil fere in Floro edendo tulit, nisi illas Iunckeri notas ad modum Minellii, et Ayrmanni aliasque Germanicas, in ipsis Musarum sedibus, Lipsiae, Halae et Giessae editas repetitasque; nisi quod viginti abhinc annis Io. Frid. Fischerus Lips. Graevianam recensionem cum notis et libello varr. lectt. reddidit.

1680 Graeviana: Trai. ad Rhen. ex recens. Graevii cum notis suis eruditissimis et elegantissimis, additis variis numorum veterum aliorumque iconibus. In hac editione multa bene sanata, multa bene explicata et elegantibus observationibus illustrata. Sed inprimis magnam commendationem habet haec editio a praefatione tum universa, tum qua crisin habet orationis Flori: habet enim disciplinam quamdam eleganter iudicandi formas orationis et discernendi tumoris inanias vera elegantia.

In his autem variis, de quibus supra, veterum numorum iconibus facile eminet, inde in Begeri etiam obvium Floro, omnium monumentorum Latinae linguae propemodum antiquissimum, *columnae rostratae* in foro Romano pridem positae imago, in aes incisa ad lib. II, cap. 2, cum Pet. Ciacconii Toletani supplementis, quae lucem viderant cum eiusdem libris tribus de numis, ponderibus et mensuris Rom. 1586, 1608, etc. (Exstat et in Aldi Manutii, Paulli F. libro de Orthographiae ratione, Venet. 1566, in-8. p. 142; Lipsii Antiquis Lectt. II, 14, et in Stephani Vinandi Pighii Annalibus Rom. tom. II, p. 25, ad A. V. C. 495; nec non in tomo quarto thesauri Antiq. Rom. Graeviani, p. 1807, in tomo XI, p. 1583; et in Vberti Folietae libro secundo de linguae Latinae usu ac praestantia Rom. 1574, in-8., et Hamb. 1722, in-8. p. 154; in Arithmologia Athanasii Kircheri Rom. 1665, in-4. p. 53; denique accuratius, curante Peirescio, expressa cum Comm. Gaugis Gozzei, t. IX thes. Italiae, P. VIII, latine versis Abrahamo Preigero, ex Italicis Rom. 1635, in-4., *discorsi sopra l'inscritione della Colonna Rostrata.* Conferendus etiam Io. Nic. Funccius libro de pueritia Linguae Latinae, Marburg. 1720, in-4. cap. 5). Hanc columnam populus Rom. consecravit memoriae C. Duillii, qui primo bello Punico victoriam navalem A. V. C. 495, primus a Poenis reportavit. Memorat Quinctilianus, Inst. Or. lib. I cap. 7, p. 87, literam D plurimis verbis olim ultimam adiectam, quod hodieque in illius columna ectypo deprehenditur, ut

pugnandod, *dictatored*, *altod*, *marid*, *navaled*, *praedad*. Mentio huius columnae etiam ap. Plinium XXXIV, 5; Silium VI, 663; Sextum Rufum in descriptione Romae, regione VIII. Caeterum columnam rostratam non illam ipsam veterem Duillianam, quam totam ad imum fulmine discussam Livius XLII, 20, testatur, sed eius loco aliam, diu post illa tempora restitutam, et A. C. 1560 Romae in foro inter arcum Septimii et Capitolii radicem effossam hodie adhuc superesse, viri docti non sine verisimilitudine suspicantur. Vide Sirmondi Opera, t. IV, p. 587, 598; et Pet. Burmanni praefat. ad tom. IX, partem VI thesauri Italiae, pag. 22. De aliis duabus Rostratis columnis Iulii Caesaris videndus Servius ad Georgic. III, 29, *navali surgentes aere columnas*. Columna rostrata in numo Augusti ap. Goltzium, tabula XLVII.

1683 Cum notis Io. Minellii. Amst., in-12.

1686 Cum notis Is. Pontani et variis lectt. Io. Freinshemii, acc. Chronologia et Index. Hagae Com., in-12.

1690 L. A. Florus cum Epitoma Liviana, ex recens. N. B. (Nic. Blancardi). Accedunt Cl. Salmasii aliorumque notae. (Sc. El. Vineti, Io. Camertis, I. Lipsii, I. Gruteri, Io. Stadii. Accedit T. Livii Decadum XIV Epitome, cum scholiis Car. Sigonii, Mart. Delrii et aliorum). Franequerae ex off. Hansonii Hagenaar., in-4.

1692 Amst. ap. Wetstenium, quae pro Graeviana altera venditata est, quum sit exemplum ed. Elzevir. 1674, additis notis, numis, praef. Graevii, ut ipsa praef. Wetstenii docet.

—— Londini rep. ed. Annae Tanaq. Fabri filiae in usum Delphini, in-8.

1698 Cum notis Minellii. Roterod., in-12.

1700 Cum notis Minellii. Hafniae, in-8.

1702 Epitome rerum Roman. ex recens. Io. Ge. Graevii, cum eiusdem adnotatt. longe auctioribus. Accessere notae integrae Cl. Salmasii, Io. Freinshemii, et variorum. Nec non numismata et antiqua monumenta in hac nova editione, suo cuique loco inserta. Cum variantibus lectt. et indice. In fine additus est L. Ampelius ex bibl. Cl. Salmasii, Tom. II, Amst., in-8. ap. G. Galletum. Non vere est Graevianus hic Florus: suntque in illa editione multae multorum correctiones temere in textum receptae. Vid. Dukeri praef, p. 14 et

15, qui et in notis passim vitia illius editionis tangit. Et haec facta vidente et silente Graevio.

1704 L. A. Fl. rer. Roman. libri duo priores, ex criticorum observatt. correcti cum textus ratione, notisque variorum historicis politicis et antiquariis: iussu et impensis augustissimi Regis Borussiae et Electoris Brand. in usum Principis regni et electoratus heredis, adornati et editi a Laur. Begero. Coloniae Marchicae, typ. Vlr. Liebp., in-fol. Florus sive potius L. I et II Flor. splendidus sane, et multis numorum et monumentorum figuris ornatus. Ait Begerus, se textum vulgatum accurate cum libris scriptis, his Brandenburgico, secundum regulas criticas contulisse, et correxisse, rationibus correctionum redditis in notis; deinde et res et verba illustrasse. In praefatione porro Graevianam crisin de latinitate Flori refellere instituit, nec sine acerbitate in ipsum. Sed in nulla parte res bene viro, in suo genere non indocto, successit: apparetque, eum magis in colligendo laboriosum, quam in iudicando explicandoque tritum et elegantem fuisse: quales fere tum erant in Germania, qui se ad haec studia contulerant.

—— Cum notis Christiani Iunckeri, ad modum Minellii. Lips., in-12.

1715 Cum notis Annae Fabrae in usum Delphini. rec. Venetiis ap. Car. Bonarrigum, in-4.

1718 Cum notis Chr. Iunckeri ad modum Minellii. Lips., 12.

1720 Cum notis Germ. Halae, in-12.

1722 *Dukeriana* I: Flori Epitome rerum Romanarum. Cum integris Salmasii, Freinshemii, Graevii, et selectis aliorum animadversionibus. Recensuit, suasque adnotationes addidit Car. Andr. Dukerus. Lugd. Bat. ap. Io. *van der Linden Iun.*, in-8. Omnium optima est haec editio. Nam primum omnia superiorum bona habet in textu et in notis. Insunt enim integrae Salmasii, Freinshemii et Graevii, et delectae aliorum, ut Camertis, Vineti, Stadii, Gruteri, Lipsii, Ruperti, Vossiorum, Nic. Heinsii, Perizonii, et ipsius non paucae, ab omni parte, in iudicio lectoris, verborum, rerum, elegantes et exquisitae; quarum adeo lectio plurimum prodesse studiosis huius generis doctrinae potest et ad locupletandum ingenium et ad acuendum iudicium. In praefatione inest etiam egregia defensio Graevianae criseos adversus Begerum. Sed illa ipsa praefatio legenda est studiosis, pluribus

de caussis; in qua et de praesidiis cognoscent, quibus in hac editione apparanda usus est, et de modo totius operis conficiendi.

1723 In Hist. Rom. Epitome tomo I. Florentiae, in-8.

1724 Venetiis, cum notis Pontani, in-12.

1726 Annae Fabrae in usum Delphini editio repetita Paris. in-4.

1730 Recensuit, observatt. illustravit et indd. auxit. Laur. Reinhard. (Gymn. Vinar. Conrector.) Erfurti, in-8. Iudicibus praemissa est W. A. Schroenii Ep. ad Reinhardum de variis consiliis recentiorum, levandi labores scholasticos.

1733 Cum notis Germ. Sinceri (Christ. Frid. Ayrmanni, prof. Giess.) Germ. Giessae, in-8.

1734 Ex museo I. I. Pontani. Patavii, in-8.

—— Cum notis Iunckeri. Lips., in-12

1736 Cum notis Pontani et Freinshemii. Amstel., in-24.

1741 Cum notis Germ. Sinceri Germ. Giessae, in-8.

1743 in Henr. Car. *de Klettenberg*, et Benn. Casp. Hauristi Scriptt. hist. Aug. Rom. Heidelbergae, in-fol. tomo II.

1744 *Dukeriana* ed. II auctior et emendatior. Lugd. B., in-8. Huius editionis textum et nos recepimus; nisi quod lib. IV, c. 6, ex ipsis lectionis in Codd. fractae ruderibus restitutum, alibi tuendum, recepimus.

1750 Curante Io. Pet. Millero, Berol., in-8.

1760 Ex recens. Graevii, cum animadversionibus eiusdem. Accessit practer Ampelium libellumque varr. lectt. praefatio Io. Fr. Fischeri. Lips., in-8.

1768 Cum notis Germ. Sinceri Germ. Giessae, in-8.

1773 L. A. Flor. cum C. Crispo Sallustio. Birminghamiae, ap. *Baskerville*, in-4.

1776 Acced. L. Ampelii liber memorialis. Halae.

1777 L. A. Florus, cum Paterculo (curante *I. N. Lallemand*). Parisiis, *Barbou*, in-12.

1779 Manhemii, in-8. rec. ad exemplar Graeviani textus.

1783 L. A. Flori Epitome rerum Roman. Ampelii liber memorabilis. Praemittitur notitia literaria. Bipontini, in-8.

1793 Ed. Freinshem. Basil., in-8.

1810 Cum indice Ed. Bipont. longe auctiori. Argentorati, in-8. mai.

1816 Acced. L. Ampelii lib. memor. Norimbergae, in-12.

1819 Recensuit, notis et dissertationibus illustravit F. N. Titze. Pragae, in-8. mai.

1821 Recensuit G. Seebode. Accessit diversitas lectionis Dukerianae. Lips., in-8. mai.

Fr. Guietus et Io. Peyrada (v. Syllog. Epp. Burm. t. IV, p. 374), novas Flori editiones moliti sunt, aut commentarios, ut Abr. Faber aliique.

Exstitit in bibliotheca Ernestii exemplum Flori Freinshemiani, cui adscripta est collatio Cod. Neapolitani e Bibl. Io. Valletae, membr. 300 annorum, item Cod. Nazar. et Graev.

Pighius ad Valer. M. IV, 8, attulit Fragmentum pertinens ad lib. II, 7 extr. quod quidam pro genuino probavere, ut Wassius in Frag. Hist. Begerus etiam in textum recepit. Sed id indignum esse Floro ac spurium, bene, ut nobis videtur, docuit Dukerus ad loc. cit.

Flori libris etiam lucis non parum attulere Christoph. Ad. Rupertus in Obss. ab Florum Norimb. 1639, in-8. etsi interdum plus, quam satis erat, copiosus: Bœclerus Comment. in lib. IV, quamquam politica magis et moralia tractatus, inter Dissertt. Acad. p. 364. Iac. Tollius in Fortuitis, prolusurus novae editioni: Io. Schefferus in Ἀνεκδότοις, Obs. Misc. Dorvill. vol. IX, p. 317. Fr. Lud. *Abresch* in Animadvers. ad Aeschylum: cui quum quaedam opposuisset Dukerus in praef. ed. sec., respondit in Nov. Obs. Misc. t. VI, p. 621.

SVPPLEMENTVM

AD EDITIONVM INDICEM.

Nobis in transcursu Pinellianum, Harlesianum, Askenianum, et Spencerianum Catalogos, in quibus variae memorantur primariae Floris editiones, consulentibus, quibusdam publicis bibliothecis etiam exploratis, non videtur praecedens Recensus Editionum multum deficere.

De *Editione Principe* Flori magna est controversia. Secundum Fabricium (in Biblioth. Lat. vol. II, p. 442, edit. Ernest. 1773) et Harlesium (in Brevior. Not. Lit. Rom. pag. 422) sunt quatuor

antiquae editiones sine loco et anno, adeo ut quaenam earum sit *Princeps* quaestio adhuc sub judice relinquenda videatur. Immo Catalogos iam memoratos perpendenti probabile videatur, plures esse editiones, sine anno, quae saeculo xv assignentur, et eas isti saeculo a Bipontinis, in Notitia supra prolata, recte forsan assignari. Vna vero forsan editio saeculi xv addenda manet, cum anno et loco, nempe Paris. 4.° 1480, si modo Catalogus Vniversalis (Lond. 1701. vol. 1, pag. 84) recte se habeat. Quiddam vero nos dubitamus, quibus in praecedentibus catalogis et bibliothecis pretiosis et amplis, huiusce editionis exemplar non contigit invenire. Neque, ut liquet, eadem esse possit quam ex coniectura inter *Italicas* editiones ponit Audiffredi circa a. 1480.

Inter editiones Venetas saec. xv, Bipontini numerant Venet. 1491, fol. Ven. 1497, fol. et Ven. sine an. fol. min. Frid. Fischerus, in Praef. p. xxi, easdem sic numerat: 1493, fol. per Phil. Pincium, 1494, fol. 1497, fol. sine nomine librarii. Addit vero vir cl. «Sed ut hanc (n. Mediolanensem, quam antea notaverat) ignoravit editionem Saxius, ita nec nobis quatuor illas (adiecta Romana editione 1472) reliquas contigit videre.»

De Aldinis editionibus Fischerus multum queritur, et rei literariae amatores monet, «etiam atque etiam esse cavendum ne omnibus temere Aldinis editionibus auctorum utriusque linguae nimium tribuant». Praef. p. xxviii. Notat unam editionem Ald. formae octopartitae sine anno; Bipontini Livium cum Floro 2 vol. fol. 1520-1521. In *Annales de l'Imprimerie des Alde* notatur etiam, tom. 1, p. 156, Florus in 8vo.

Editiones sequentes a Bipontinis non recensentur:

Lucii Flori Epitome, etc. 8vo 1541. Ven.

Rerum Romanarum Epitome, etc. edente Dion. Gothofredo. Basil. 1590, et Antv. 1600. 8vo. Biblioth. Bodl.

Rerum Romanarum Libri iv, etc. Amstelod. 1630 8vo. Mus. Brit.

Florus et Ampelius, Cantab. 1667. 12mo.

L. Annaei Flori Epitome, etc. in usum Iuventutis scholasticae. Edidit Nic. Titze: in Bibliotheca Classica, tomis octo complectenti Auctores Romanos prosaicos et poeticos. Huic editioni praemittitur ad singulos auctores introductio, et notae criticae ad calcem adiiciuntur a Franc. Nic. Titze. Lineiae 1804, 8vo Tom. I Florum complectitur.

Eiusdem commentatio de Epitomes Rer. Rom. quae sub nomine L. Annaei Flori, s. Senecae fertur, aetate probabili, vero auctore, operis antiqua forma. Ibid. 1804, 8vo.

L. A Flori Epitome, etc. iuxta editionem Dukeri, Oxon. 1807. 8vo.

L. A. Flori Epitome, etc. ad optimas editiones collata. Lucii Ampelii Liber memorialis. Argentorati, ex typogr. Soc. Bipont. 1810. 8vo. Haec secunda editio emendatior et auctior est prima Biponti a. 1783 excusa, de qua supra. Praemittitur Notitia Literaria, quae, ut supra diximus, nobis visa est ampla et accurata. Accedit index rerum et verborum.

L. A. Flori Epitome, etc. ex editione J. F. Fischeri, cum Velleio Paterculo ex editione J. Ch. H. Krause. Recensuit et accuravit J. Carey LL. D. Lond. 1818. 18mo.

INDEX VERSIONVM FLORI,

VARIO SERMONE CONSCRIPTARVM.

GALLICAE.

1618 Florus traduit par *Nic. Coëffeteau*. Paris, in 8.°;
1621 In-fol.;
1625, 1628, 1629, in-16;
1632 In-4.°;
1639 3 vol. in 12.
1656 ——— sur les traductions de Monsieur, frère unique de Louis XIV (attribuées à *Lamothe Le Vayer* le fils, dont elle renferme des remarques);
1661 in-8.° *(absque loci et typographi mentione)*;
1665, 1670, Paris, in 8°.
1680 ——— par *L. Constant (una cum versione Eutropii)* Paris.
1733 ——— par *D. Gaullyer*. Paris, in-12.
1774 ——— par l'abbé *Paul*. Paris, in-12.
1825 ——— par *C. Paganel*. Paris, in-8°.
1826 ——— par *Ragon*. Paris, In-8°.

GERMANICAE.

1536 Roemischer Historien Bekürtzung. In welcher alle fürtref fliche Haendel, heyd Fridens und Kryegs, so in dem Roemischen Reich von Romulo und den andern vj. Künigen, Burgermeysteren und zu letst den Keyseren bitzhaer geübt, begriffen seind. Uss den sicherston Geschichtschreiberen Lucio Floro, Sexto Ruffo, Eutropio, und Baptista Egnatio verdollmetscht und gezogen. Mit weiterem Anhangk, der Kryegshaendel, so under dem grosszmaechtigen Keyser Carolo dem Fünften in Italien verloffen, und von Galeatio Capella beschrieben. Durch Henrich von Eppendorff. Zu *Strassburg* bey Hans Schotten. Fol.—Repetita ibid. an. 1563, et 1605,

ANGLICAE.

Thom. Hammond, bookseller. 8.—Recusa Londini an. 1739. 1746. et 1749. 8.

1728 L. Annaei Flori rerum Romanarum Epitome: being an Abridgment of the Roman History. By John Stirling. *London*, printed for T. Astley. 8.

ITALICAE.

1546 Lucio Floro de' fatti de' Romani dal principio della Città per insino ad Augusto Cesare. Tradotto nella nostra lingua per Giovan Domenico Tharsia di Capo d'Istria M. D. XLVI. In fine: In *Vineggia*, appresso gli heredi di Pietro de Ravani et compagni. Nel anno del Signore M. D. XLVII. Nel mese di Genaio. 8.

1548 Eadem. In *Venesia*. 8. senza stampatore.

1634 L'Historia Romana di Lucio Giulio Floro, distinta in quattro Libri, di Latino in Italiano tradotti da Santi Conti della Rocca Contrada, coll'aggiunta alle margini de' numeri Cronologici cavati da Giovanni Stadio, e l'indice de' capi di ciascun Libro. In *Roma*, appresso Pietro Antonio Facciotti. 12.

1639 L'Historie Romane da Lucio Giulio Floro e le notizie del mondo di Lucio Ampelio (tradotte da Santi Conti). In fine: Ad instanza di Pompilio Totti. In *Roma*, appresso Vitale Mascardi, MDCXXXIX. 12.

1642 Della Officina Istorica di Gio. Felice Astolfi Libri III. ecc. Aggiuntovi in fine le notizie del Mondo di Lucio Ampelio. In *Venetia*. per li Turrini. 4.

1672 Delle Istorie Romane di Lucio Anneo Seneca Floro Libri quattro. Con le notizie di Lucio Ampelio, tradotte già da Santi Conti della Rocca Contrada. Aggiuntovi in questa correctissima impressione il ristretto delle imprese de' Romani di Sesto Rufo. Con una Chronologia delle cose succedute nel mondo, dalla fondatione di Roma, fino all'imperio di Valentiniano. Di Domenico Benedetti da Trevi. In Roma, a spese di Gregorio e Gioanni Andreoli da Trevi. In fine: in *Roma* per Francesco Tizzoni 1672. 12.

1675 —*Romae*. 12. una cum Ampelio et Sexto Rufo, per Mich. Angelum Barbonum.

1724 L'Istorie Romane di L. Giulio Floro tradotte da Santi Conti della Rocca Contrada. Con l'aggiunta alli margini de' numeri

Cronologici, cavati da Giovanni Stadio. In *Venezia*, presso Andrea Poleti. 8.

1828 Delle gesta dei Romani. Trad. da Celestino Massucco con annotazioni. *Milano* 12.

BELGICAE.

1593 Chronike van Florus van Grieken. *Amsterd.* 4.

1664 Roomsche historie van L. Julius Florus, mitsgarpers de tien boekskens van Eutropius, alles in de nedertuytsche tale gebragt door A. do Decker, en oversien dorr I. de Decker. *t'Amst.* 12.

DANICA.

1699 *Hafniae.* 8. interprete Mogens Vingaard.

POLONICA.

1646 *Cracoviae.* 4. auctore Christph. Georg. Falissowskiew.

Quod ad *Versiones* attinet, editio Bipontina minime sterilis est Induxit quippe Gallicas, Germanicas, Anglicas, Italicas, Belgicas; immo unam Danicam, unamque Polonicam. De Hispanicis silet; nec nos habemus quidquid de iis narrandum: neeque enim Don Antonio (Biblioth Hispan. Vol. 1, ubi multus est de Floro et Flori editionibus) notat Hispanicam aut Portugallicam aliquam, sive editionem sive versionem. Idem tamen Don Antonio, aliique viri docti, asserunt Florum esse civem Hispanum; ita ut revocent in animum nobis memorabile istud adagium, οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος, εἰ μὴ ἐν πατρίδι καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ.

Quod ad Germanicas versiones spectat, praecedentibus unam eamdemque novissimam subiicimus: Florus: *Entwurf roemischer Begebenheiten, übersetzt und mit Anmerk. Von Dr. J. Schallgruber.* Vindob. 1805. 8vO

Neque quidem nobis videtur Anglicam ullam versionem Bipontinis praetermissam esse. Liceat modo duas ad Florum pertinentes Dissertationes anglicas notare: nempe, cl. Jeremiae Marklandi epistolam criticam ad eruditissimum virum Franciscum Hare (Episc.) In qua, inter alia, loca quaedam Flori emendantur, Cantab. 1723. 8vo. et *Observations on the Writing and Character of Florus, by Edmund Burton, Esq. Fellow of Trin. Coll. Camb. in «Ancient Characters deduced from Classical Remains»* 1763. 8vo. — Pauca etiam sunt huiusmodi Germanica, quae videnda sint in Harlesii Brev. Not. Litt. Rom. p. 427.

EXCERPTIONES CHRONOLOGICAE

AD L. ANN. FLORVM,

EX FREINSHEMIO.*

A. ante N. C.		*A. ante V. C.*	
	Italiae cultores primi Aborigines fuere, quorum rex Saturnus: post hunc tertio loco Faunus, sub quo		
1230	Evander in Italiam venit, I, 1, 9.	480	Gedeon, Israelis iudex, moritur.
1221		471	Aeetas Ponticis gentibus imperat, III, 5, 1.
1181		431	Troia capta.
1179	Aeneas in Italiam venit, I, 1, 9, Lavinium conditur, I, 1, 4.	429	Agamemnon occiditur. Iephta, Ebzan, Elon, Abdon, Israelem iudicant.
1149	Alba condita, I, 1, 4.	399	
882		132	Dido Carthaginem condit, II, 15, 17.
793	Amulius Numitorem regno pellit, I, 1, 4.	43	
776	Romulus nascitur, I, 1, 1.	26	Vsias, rex Iudae. Zacharias, Sallum, Menahem, reges Israelis.
752	Amulium deturbat, I, 1, 5.	2	Ezechias rex nascitur. Micha propheta.
750	Roma condita I, 1, 7: cuius ita primus rex Romulus regnat per annos 37.		
747	Raptus Sabinarum, I, 1, 10.	3	
746	Spolia opima prima, I, 1, 11.	4	

* Has Freinshemii Excerptiones chronologicas quamquam non secuti sumus, hic tamen referendas duximus, nonnihil lectori profuturas, quia auctor in his addidit ex alienis historicis, sacris praecipue, notissima quaeque, ut ad aliquod instar synchronismi, lectoris memoria certius confirmaretur. Notandum vero has Excerptiones ita concinnatas esse, ut prior numerus librum, secundus caput, tertius sectiunculas indicet.

A. ante N. C.

743 Sabini, ex hostibus, Romae cives fiunt, I, 1, 11.

721 Romulus Veientes vincit, I, 1, 11.

713 Romulus moritur, I, 1, 16.

712 Numa Pompilius, secundus rex Romanorum, pacifice regnat per annos 43, I, 2.

669 Tullus Hostilius, tertius rex Romanorum, regnat per annos 32, I, 3, 1.

664 Pugna Tergeminorum, I, 3, 3.

662 Alba diruta, I, 3, 9.

644

637 Ancus Marcius, quartus rex Romanorum, regnat per annos 24, I, 4.

624 Ostia condita, I, 4, 2.

613 Tarquinius Priscus, quintus rex Romanorum, regnat per annos 38, I, 5.

599 Tusci vincuntur, I, 5, 5.

588

575 Servius Tullius, sextus rex Romanorum, regnat per annos 44, I, 6.

563 Census instituitur, I, 6, 3.

531 Tarquinius Superbus, rex Romanorum ultimus, regnat per annos 25, I, 7, 1.

524 Suessa Pometia capitur, I, 7, 5.

519

515 Gabii urbs capitur, I, 7, 7.

514 Capitolium conditum, I, 7, 8.

506 Imperium regibus abrogatur, quum durasset annos 244, I, 7, 11.

A. ab V. C.

7 Pekah, rex Israelis, incurrit in Iudaeam.
Hierosolyma obsidetur.

29 Salmanassar expugnat Samariam.

37

38 Nahum propheta.
Ezechias, Manasses, reges Iudae.

81

86

88

106 Tarentus conditur, I, 18, 2.
Ammon rex Iudae.

113

126
Iosias rex Iudae.

137 Iosias moritur; succedunt filii.
Nebucadnezar Hierosolymam venit.

151 Daniel interpretatur Nebucadnezaris somnium.
Ieremias vaticinatur.

162 Galli in Italiam veniunt, I, 13, 5.

175
Ezechiel vaticinatur.

187
Iechonias, olim rex Iudae, carcere liberatur.

219
Cyrus Iudaeos restituit.
Templum reficitur.

226

231 Septem Persae regnum Magis eripiunt, III, 5, 1.

235 Darius, rex Persarum.
Haggaeus et Zacharias vaticinantur.

236 Babylon opera Zopyri capitur.

244

A. ante N. C.		*A. ab V. C.*	
	Consulatus origo, I, 9, 1.		Bellum Ionicum geritur.
	Brutus filios securi percutit, I, 9, 5.		
	Porsena Romam obsidet, I, 10, 1.		
	Horatius, Mucius, Cloelia, clarent, I, 10, 3.		
	Brutus et Aruns Tarquinius mutuis vulneribus cadunt, I, 10, 8.		Pythagoras moritur.
493	Postumius dictator Latinos vincit, I, 11, 2.	257	
491	Plebs secedit in Sacrum montem, I, 23, 1.	259	
490	Corioli capiuntur, unde Coriolanus, I, 11, 9.	260	
489		261	Darius exercitum mittit contra Athenienses, II, 8, 2.
488	Coriolanus exsulat, I, 22, 3.	262	
482	Spurius Cassius interficitur ob affectatum regnum, I, 26, 1.	268	
481		269	Xerxes montem Athon perfodit, II, 8, 2.
476	Fabii privatum bellum cum Veientibus gerunt, I, 12, 1.	274	
470	Volerone duce, fracti cos. fasces, I, 22, 2.	280	
468	Appii exercitus non vult vincere, I, 22, 2.	282	
			Artaxerxes, rex Persarum.
			Esdras Hierosolymam venit.
448	Decemviri creantur, I, 24, 1.	302	
446	Decemviratus tollitur, I, 24, 3.	304	Nehemias Hierosolymam venit.
			Herodotus historiam scribit.
425	Spolia opima secunda, I, 12, 9.	325	Thucydides historiam scribit.
410	P. Postumius Albus tribunus militum consulari potestate, lapidatur a militibus, I, 22, 2.	340	
			Bellum Siculum cum Atheniensibus.
			Dionysius maior, Siciliae tyrannus.
401	Veii obsessi, I, 12, 8.	349	
	Stipendia incipiunt, *ibid.*		
399	Hiematur sub pellibus, *ibid.*	351	Artaxerxes Mnemon, rex Persarum.
392	Falisci Camillo se dedunt, I, 12, 3.	358	
	Fidenae conflagrant, *ibid.*		
391	Veii capti, I, 12, 9.	359	
			Plato philosophatur.

A. ante N. C.	*A. ab V. C.*
386 Camillus exsulat, I, 22, 4.	364
385 Roma *capta*, I, 13, 14.	365 Pax tota Graecia.
384 Camillus finitimos vincit, I, 13, 19.	366 Xenophon historiam scribit.
379 M. Manlius de saxo Tarpeio deiicitur, I, 26, 8.	371 Aristoteles nascitur.
362 C. Licinius Stolo senatui consortium consulatus extorquet, I, 26, 4.	388
355 Galli vincuntur ad Anienem, I, 13, 20: inde Torquatus.	395 Philippus M. rex Macedoniae.
343 Galli vincuntur in agro Pontino, *ibid.*: inde Corvini.	407 Templum Dianae Ephesi conflagrat, dum Alexander nascitur Dionysius Corinthi.
337 Campani concedunt in ditionem Romanorum, I, 16, 2. Vnde natum bellum Samniticum, quod duravit annis circiter 50.	413
334 Manlius filium contra imperium pugnantem occidit, I, 14, 2.	416 Alexander M. rex Macedoniae.
332 Rostra nomen accipiunt ex spoliis Antiatibus, I, 11, 10.	418 Darius, Persarum rex, interficitur, Hierosolyma capitur a Ptolemaeo. Agathocles, Siciliae tyrannus.
317 Clades Caudina, I, 16, 9.	433 Theophrastus philosophatur.
316 Papirius Samnitibus iugum reponit, I, 16, 12.	434
307	443 Lysimachia condita, II, 8, 7.
305 Saltus Ciminius penetratus, I, 17, 4.	445 Demetrius Poliorcetes, rex Asiae.
303 Decius Mus se devovet, I, 17, 7.	457 Demetrius Poliorcetes, rex Macedoniae.
288 Curius Sabinos vincit, I, 15, 2. Hoc anno bello Samnitico finis impositus, quum durasset annis 50, I, 16, 8.	462 Pyrrhus, rex Macedoniae.
284 Plebs secedit in Ianiculum, I, 25, 1.	466 Ptolemaeus Philadelphus, rex Aegypti.
281 Dolabella Gallos vincit, I, 13, 21.	469 Regnum Tuscorum finitum.
279 Bellum Tarentinum, I, 18.	471

A. ante N. C.

278 Pyrrhus Tarentinis auxilio venit, I, 18, 6.
Pugnat cum Romanis ad Heracleam, I, 18, 7.

276 Iterum ad Asculum, I, 18, 9.

273 Postremo in Arusinis campis, I, 18, 11.
Fabricius censor Rufinum notat, I, 18, 22.

266 Picentes vincuntur, I, 19, 2.

264 Salleutini vincuntur, I, 20, 1.

263 Volsiniensium servi puniuntur, I, 21, 3.
Hoc modo Italia facta Romanorum, II, 1, 2.

262 Romani in Siciliam navigant, II, 2, 5.
Vnde natum bellum Punicum primum, quod duravit annis circiter 24.

258 C. Duillius Nepos consul Poenos navali praelio superat, II, 2, 7.
Cn. Cornelius Scipio Asina cos. capitur a Poenis, II, 2, 11.

257 L. Cornelius Scipio cos. in Sardinia et Corsica Poenos vincit, II, 2, 15.

256 A. Atilius Calatinus cos. in Sicilia Poenos vincit, II, 2, 12.

254 M. Atilius Regulus cos. bellum in Africam transfert, I, 2, 17

253 Xanthippus Regulum vincit, II, 2, 23.

248 L. Caecilius Metellus procos. Poenos caedit, II, 2, 27.
Regulus pacem cum Poenis dissuadet, II, 2, 21.

247 P. Claudius Pulcher cos. classem amittit, II, 2, 29.

243 M. Fabius Buteo cos. Poenos caedit, II, 2, 30.

239 C. Lutatius Catulus cos. primo bello Punico finem imponit, II, 2, 33. Duravit autem annis 24.

A. ab V. C.

472 Ptolemaeus Ceraunus, rex Macedoniae.

474 Galli in Asiam veniunt, unde Gallograecia, II, 11, 3.

477

Aratus Phaenomena scribit.
Sacra Biblia translata per septuaginta interpretes.

481

486

487

488

Antigonus, rex Macedoniae, Gallos vincit. Nicomedia conditur.
Zeno Stoicus moritur.

492 Antiochus Theos, rex Syriae.

493 Ptolemaeus Philadelphus cum Antiocho bellum gerit.

494

496

497 Antigonus Athenas capit.

502 Aratus Sicyonius, dux Achaeorum.

503 Ptolemaeus Evergetes, rex Aegypti.

507

511 Attalus Pergamenum regnum constituit.
Arsaces Parthorum regnum constituit.

A. ante N. C.

235 Q. Fulvius Flaccus cos. Ligures vincit, II, 3, 5.

233 Ianus clausus, II, 3, 1.

232 Ligures Romanis bellum faciunt, II, 3, 2.

228 Teutana legationem Romanam violat, II, 5, 3.

227 Illyrii vincuntur, II, 5, 4.

226

225 Saguntus foedere Romanorum et Poenorum in libertatem excipitur, II, 6, 4.

223 L. Aemilius Pappus cos. Gallos vincit, II, 4, 3.

221 C. Flaminius Nepos cos. Gallos vincit, II, 4, 4.

220 M. Claudius Marcellus cos. de Viridomaro Gallo opima refert, II, 4, 5.

217 Saguntus deleta, II, 6, 12.
Romani, legatione Carthaginem missa, dedi postulant Annibalem, II, 6, 7.

216 Annibal Alpes transit, II, 6, 9: unde bellum Punicum secundum, quod duravit annis circiter 16.
Cn. Scipio in Hispaniam mittitur, II, 6, 36; II, 17, 6.
P. Cornelius Scipio, post Africanus, praetextatus adhuc, patrem servat, II, 6, 10.

215 Annibal Sempronium vincit, II, 6, 12.
Et C. Flaminium Nepotem cos. II. II, 6, 13.
P. Scipio procos. in Hispaniam venit, II, 6, 36; II, 17, 6.
A. Fabius Maximus dictator Annibalem cunctando macerat, II, 6, 27.

214 Clades Cannensis, II, 6, 15.

A. ab V. C.

515 Annibal patri iurat ad aram, se hostem populi Romani futurum, II, 6, 2.

517

518

522

523 Demetrius, rex Macedoniae, Philippi pater, moritur.

524 Carthago Hispana conditur, de qua II, 6, 39.

525

527 Seleucus et Antiochus fratres, Syriae reges, moriuntur.

529 Antigonus Tutor, Macedoniae rex, Spartam occupat.

530 Philippus rex Macedoniae penultimus.

533 Philippus cum Aetolis bellum gerit: Antiochus cum Ptolemaeo.
Philippus Peloponesum occupat.

534 Attalus cum Gallis contra Achaeum pugnat.
Carthaginiensium classis ad recuperandam Siciliam missa vincitur.
Hiero, rex Syracusanus, Romanos iuvat.

535 Cn. Scipio in Hispania classem Carthaginiensium capit; et Mandonium, Hispaniae regulum, vincit.
Antiochus vincitur a Ptolemaeo.
Philippus urbes aliquot Paeonum occupat, et cum Illyriis bellum gerit.

536 Antiochus Achaeum bello persequitur.

A. ante N. C.

Annibal Capuam occupat, II, 6, 21. Ad Nolam vincitur a Marcello II, 6, 29.

213 Iterum.
Sardi vincuntur a T. Manlio, ut alii, sive, ut Noster, a Graccho, II, 6, 35.
Philippus legatos de societate mittit ad Annibalem, II, 7, 4.
Scipiones Asdrubalem vincunt, II, 17, 7.

212 Tiberius Sempronius Gracchus procos. Poenos in Lucania caedit, II, 6, 30.
Marcellus Annibalem ad Nolam tertio vincit, II, 6, 29.
Marcellus in Siciliam mittitur, II, 6, 33.

210 Syracusae captae, II, 6, 33.
Scipiones caesi, II, 6, 36.

209 Annibal cum exercitu Romam contendit, II, 6, 42.
Capua recipitur, *ibid.*
P. Cornelius Scipio, mox Africanus, cum proconsulari imperio in Hispaniam mittitur, II, 6, 37.

208 Aerario deficiente, privati opes suas reipub. conferunt, II, 6, 21.

207 Fabius Tarentum recipit, II, 6, 42.

206 Attalus cum Romanis contra Philippum bellum gerit, II, 2, 8.

205 Asdrubal occiditur, II, 6, 49.

202 Scipio in Africam traiicit, II, 6, 55.

200 Annibal Italia decedit, II, 6, 56.

A. ab V. C.

Asdrubal in Hispania Carpesios vincit.
Prusias, rex Bithyniae, Gallos caedit.

537 Antiochus Achaeum Sardibus obsidet.

Hiero, rex Siciliae, moritur.

Hieronymus, rex Siciliae, cum Carthagin. foedus init.

538 Hieronymus, rex Siciliae, interficitur. Saguntus restituitur.

Philippus Aratum veneno tollit.

Achaeus occiditur ab Antiocho.

540 Annibal Tarentum occupat. Centenium et Fulvium vincit.

541 Antiochus Ptolemaei praefectos ex Syria pellit.
Valerius Laevinus contra Philippum res gerit, II, 7, 6.

542 Laevinus Cos. Siciliam provinciam facit.
Scipio Carthaginem novam una die expugnat, II, 6, 39; II, 17, 7.

543 Philippus cum Romanis varia fortuna bellum gerit.

544 Marcellus Cos. insidiis Annibalis interficitur.
Philopoemen Machanidam, Lacedaemoniorum tyrannum, occidit.

545 Scipio Hannonem, Poenorum ducem, capit.

548 Ptolemaeus Epiphanes rex Aegypti.
Scipio Syphacis castra incendit.

550 Vermina, Syphacis filius, vincitur.

A. ante N. C.

Vincitur a Scipione, II, 6, 61; et ita finitur bellum Punicum secundum, postquam duraverat annis circiter 16.

199 Scipio vocatur Africanus, II, 6, 11 et 37.

Athenienses a Romanis auxilium petunt adversus Philippum, II, 7, 4.

198 Philippus in sepulcra et templa Atheniensium saevit, *ibid.*

196 T. Quinctius Flaminius cos. Aoum penetrat, II, 7, 10.

195 Philippus vincitur ad Cynocephalas, II, 7, 11.

194 Quinctius Boeotos compescit, II, 7, 12.

193 M. Porcius Cato Celtiberos vincit, II, 17, 9.

Quinctius Nabin vincit, II, 7, 12.

190 Antiochus in Graeciam traiicit, II, 8, 8.

189 Man. Acilius Glabrio cos. Antiochum pellit, II, 8, 12.

188 Aemilius Regillus praetor classem Antiochi vincit, II, 8, 12.

187 M. Fulvius Nobilior cos. Ambraciam obsidet, II, 9, 2.

185 Cn. Manlio negatur triumphus, II, 11, 2.

179 Perseus cum Philippo patre in Haemum montem ascendit, II, 12, 4.

178 A. Postumius Albinus coss. Ligures exarmat, II, 3, 5.

177 Tiberius Sempronius Gracchus Celtiberos vincit, II, 17, 9.

176 M. Manlius Vulso cos. castris exuitur ab Histris, II, 10, 2.

175 C. Claudius Pulcher cos rem gerit contra Histros, II, 10, 4.

A. ab V. C.

Carthaginienses pacem petunt, et impetrant a Scipione.

551 Philippus navali praelio vincitur ab Attalo et Rhodiis, II, 7, 8.

552 Plautus poëta moritur.

554 Cato praetor sortitur provinciam Sardiniam: ab Ennio ibidem graecis literis instituitur.

555 Attalus, rex Pergamenus, moritur. Succedit Eumenes.

556 Antiochus Lysimachiam instaurat.

557 Annibal ad Antiochum venit, II, 8, 5.

Graecorum libertas in Nemeis proclamatur, II, 7, 14.

560 Philopoemen cum Nabide bellum gerit.

561 P. Cornelius Scipio Nasica Cos. Boios vincit.

562 Antiochus vincitur a Scipione, II, 8, 14.

563 Cn. Manlius Vulso Cos. Gallograecos vincit, II, 11.

Bononia colonia deducta.

565 Africanus accusatur Romae.

Antiochus occiditur. Succedit Seleucus.

571 Fulvius Flaccus praetor Celtiberos vincit.

572 Ptolemaeus Epiphanes moritur. Succedit Ptolemaeus Philometor.

573 Philippus, rex Macedoniae, moritur. Succedit Perses.

574 Vestae ignis exstinctus.

575 Gracchus Sardos vincit. Seleu-

A. ante N. C.

168 Africani filius Africanum minorem adoptat, II, 15, 12.

167 Q. Marcius Philippus cos. II Macedoniam irrumpit, II, 12, 5

166 Anicius praetor Gentium vincit, II, 13.

L. Aemilius Paullus cos. II Persen vincit, II, 12, 7.

164 L. Aemilius Persen in triumpho ducit, II, 12, 12.

157 M. Fulvius Nobilior procos. Ligures domat, II, 3, 5.

154 C. Marcius Figulus cos. II Dalmatas vincit, IV, 12, 11.

150 Carthaginienses exercitum contra foedus comparant, II, 15, 3.

149 L. Licinius Lucullus cos. in Hispania res gerit, II, 17, 11.

147 Bellum Punicum tertium incipit, II, 15.

Carthago obsidetur, II, 15, 14.

146 Q. Caecilius Metellus Andriscum vincit, II, 14, 5.

145 Scipio, contra leges cos. factus, obsidionem Carthaginis urget, II, 15, 12.

144 Metellus Achaeos vincit, II, 16, 3.

Triumphat de Andrisco, II, 14, 5.

Carthago diruitur, II, 15, 16.

Corinthus diruitur, II, 16, 5.

A. ab V. C.

cus moritur. Succedit Antiochus Epiphanes.

582 Salondicus, belli Hispanici concitor, opprimitur, II, 17, 13.

Antiochus Aegypto iuhiat.

583 Ennius poëta moritur.

Antiochus Alexandriam obsidet.

584 Popilius legatus ad Antiochum.

Antiochus Hierosolymam occupat.

Polybius in Italiam venit.

586 Iudas Machabaeus legem defendit.

Antiochus moritur. Succedit Antiochus, eius filius, tutore Lysia.

593 Terentius poëta moritur.

Iudas Machabaeus interficitur. Succedit Ionathas.

596 Ionathas et Simeon Amaraeos per insidias caedunt.

Ionathas pacem fecit cum Bacchide.

600 Demetrius occiditur. Succedit victor Alexander.

Andriscus Pseudophilippus captus Romam deducitur.

601 P. Cornelius Scipio Aemilianus singulari certamine hostem superat, II, 27, 11.

603 Andriscus, custodiam elapsus, occupat Macedoniam.

Cato Censorius moritur.

604 Prusias, Bithyniae rex, a filio Nicomede interficitur.

Masinissa moritur.

605 Critolaus legatos Romanorum violat, II, 16, 2.

606 Metellus appellatur Macedonicus, II, 17, 10.

Viriatus in Lusitania duces Romanos caedit, II, 17, 15.

Alexander, Syriae rex, interficitur. Succedit ei Demetrius.

Ptolemaeus Philometor moritur ex vulnere. Succedit Ptolemaeus Physcon.

A. ante N. C.

143 Q. Fabius Maximus Aemilianus cos. contra Viriatum mittitur, II, 17, 17.

141 Q. Caecilius Metellus Macedonicus res in Hispania gerit, II, 17, 10.

139 Q. Pompeius Rufus cos. turpe foedus cum Numantinis icit, II, 18, 4.

138 Viriatus a suis interficitur, II, 17, 17.

136 Dec. Iunius Brutus cos. in Hispania res gerit, II, 17, 12.

135 C. Hostilius Mancinus cos. turpe foedus cum Numantinis icit, II, 18, 6.

133 Eunus servile bellum concitat, III, 19, 4.

Hypsaeus praetor a servis vincitur, III, 19, 7.

132 P. Cornelius Scipio Africanus, cos. II, contra Numantinos mittitur, II, 18, 8.

131 Tib. Sempronius Gracchus leges seditiosas promulgat, III, 14.

130 Numantia diruitur, II, 18, 14.

M. Perperna praetor, ovans de servis, Vrbem ingreditur, III, 19, 8.

129 Aristonicus Asiam occupat, II, 20, 4.

P. Licinius Crassus Mucianus cos. ab Aristonico capitur, II, 20, 5.

M. Perperna cos. Aristonicum vincit capitque, II, 20, 6.

127 Man. Aquilius cos. reliquias Asiatici belli conficit, II, 20, 7.

123 Massilienses queruntur de Salyis, III, 2, 3.

A. ab V. C.

607 Ionathas Demetrio auxilium mittit contra Antiochenos.

Tryphon Demetrium pellit.

Ionathas occiditur. Succedit Simon. Simon cum Demetrio foedus init.

609 Simon arcem Sionis capit.

611 Tryphon, Antiocho pupillo necato, Syriae regnum invadit.

612 Antiochus Sedetes eiecto Tryphone Syriam occupat.

614 Tryphon interficitur.

615 Ioannes Hyrcanus, Simonis filius, Cendebeum vincit.

Brutus Gallaecos vincit, II, 17, 12.

617 Simon, Ethnarches Iudaeorum, occiditur.

Antiochus Hierosolymam obsidet.

618 C. Fulvius Flaccus cos. contra servos in Siciliam mittitur.

619 L. Calpurnius Piso Frugi servos vincit.

620 P. Cornelius Scipio Africanus triumphat de Numantinis, II, 18, 17.

621 Census actus Romae: censa civium Romanorum 313,823, praeter pupillos et viduas.

Antiochus Sedetes occiditur.

623 Ptolemaeus sorori filium, quem ex ea sustulerat, membratim concisum mittit.

Alexander Zebina Syriae regnum invadit.

627 Antiochus Gryphus regnum Syriae vindicat.

A. ante N. C.

M. Fulvius Flaccus cos. contra Salyos proficiscitur, II, 3, 5.

121 C. Gracchus seditiosas leges fert, III, 15.

Q. Caecilius Metellus cos. adversus Baleares mittitur, III, 8.

119 Cn. Domitius Ahenobarbus procos. Allobroges vincit, III, 2, 4.

118 Q. Fabius Maximus Aemilianus procos. Bituitum vincit, III, 2, 5.

113 Iugurtha fratribus insidias struit, III, 1, 3.

112 C. Porcius Cato cos. vincitur a Scordiscis, III, 4, 4.

111 Didius Thraces vincit, III, 4, 5.

110 Iugurtha fratrem Adherbalem necat, III, 1, 5.

M. Livius Drusus cos. Scordiscos vincit, III, 4, 5.

109 L. Calpurnius Bestia cos. contra Iugurtham mittitur, III, 1, 7.

108 Iugurtha Romam venit, III, 1, 8.

A. Postumii Albini exercitus corrumpitur a Iugurtha, III, 1, 9.

107 Q. Caecilius Metellus cos. contra Iugurtham proficiscitur, III, 1, 10.

106 Metellus Thalam capit, III, 1, 11.

105 C. Marius cos. Capsam capit, III, 1, 11.

Iugurtham et Bocchum reges vincit, III, 1, 15.

103 Bocchus Iugurtham Syllae tradit, III, 1, 17.

Marius Iugurtham in triumpho ducit, III, 1, 17.

102 C. Marius, cos. II, adversus Cimbros movet, III, 3, 5.

101 Lucius Licinius Lucullus castris exuitur a servis, III, 19, 11.

A. ab V. C.

Alexander Zebina interficitur.

Polybius moritur.

629 Aquae Sextiae, quarum mentio, III, 3, 7, conditae.

Carthago colonia deducta.

631 C. Gracchus interficitur, III, 15, 5.

632 Antiochus Cyzicenus fratri de regno controversiam movet.

Ptolemaeus Physcon moritur.

637 M. Aemilius Scaurus cos. Ligures vincit.

638 Antiochus Cyzidenus a fratre Grypo vincitur.

639 Cimbri vagantur, III, 3, 1.

640 Antiochus Cyzicenus, exercitu reparato, Grypum vincit.

641 Magna pars Vrbis conflagrat, una cum aede Magnae Matris.

642 M. Minucius cos. in Thracia res gerit, III, 4, 5.

Samaria exscinditur a Ioanne Hyrcano.

643 M. Iunius Silanus cos. vincitur a Cimbris, III, 3, 4.

644

645 Metellus triumphat ex Numidia, et appellatur Numidicus.

L. Cassius Longinus cos. vincitur et occiditur a Cimbris.

Pompeius Magnus nascitur.

647 Cn. Mallius cos. et Q. Servilius Caepio procos. vincuntur a Cimbris, III, 3, 4.

Ioannes Hyrcanus pontifex moritur. Succedit Aristobulus, qui pontificatum in regnum commutat.

648 Aristobulus, Iudaeorum rex, moritur. Succedit Alexander.

649 C. Lucilius, Satirarum scriptor, moritur.

A. ante N. C.

100 C. Marius, cos. IV, Teutonos caedit, III, 3, 7.

99 Man. Aquilius cos. cum servis debellat, III, 19, 11.
C. Marius, cos. V, Cimbros caedit, III, 3, 11.

98 C. Marius, cos. VI, Saturninum fovet, III, 16, 2.
Metellus Numidicus exsulat, III, 16, 2.

92 P. Rutilius damnatur repetundarum, III, 17, 3.

90 M. Livius Drusus leges fert, III, 17.

89 Interficitur, III, 17, 9.

88 Bellum Sociale exoritur, III, 18.
P. Rutilius Lupus cos. vincitur ab Italis, III, 18, 12.

87 L. Sylla vincit Samnites, III, 18, 14.

86 Bellum civile Marianum oritur, III, 21.

85 L. Cornelius Cinna cos. Vrbe pellitur, III, 21, 9.
Marius et socii Vrbem occupant, III, 21, 13.

84 Sylla Mithridaticos vincit, III, 5, 11.

81 Sylla redit in Italiam contra Marianos, III, 5, 11; III, 21, 18.

80 C. Marius, Marii filius, cos. opprimitur, III, 21, 23.
Pontius Telesinus opprimitur, *ibid.*

77 Ap. Claudius Pulcher cos. in Thracia res gerit, III, 4, 6.

A. ab V. C.

650 Archias poëta Romam venit.

651

652 Saturninus occiditur, III, 16, 7.
C. Iulius Caesar nascitur.
Ptolemaeus Lathurus a matre regno pellitur.
Alexandrum Iudaeum vincit.

658 Antiochus, Cyziceni filius, Seleucum regno Syriae exuit.
Antiochus, Seleuci frater, occiditur.

660 Alexander, rex Iudaeorum, VI. M. eorumdem occidit.

661 Alexander, rex Iudaeorum, L. M. eorumdem occidit.

662 Alexander, rex Aegypti, matrem occidit.
Alexander, rex Iudaeorum, Pharisaeorum seditionibus premitur.

663 Demetrius Eucaerus capitur a Parthis.

664 Cives Romani in Asia iussu Mithridatis occiduntur, III, 5, 7.

665 C. Marius, cos. VII, moritur, III, 21, 17.
Cicero Moloni, Rhodio rhetori, dat operam.

666 Athenae captae, III, 5, 10.
C. Sallustius Crispus, Historiae Romanae princeps, nascitur.

669 Templum Delphicum incenditur a Thracibus.
Capitolium conflagrat.

670 L. Licinius Murena bellum Mithridaticum renovat.
Sylla tribunorum potestatem minuit.
Ptolemaeus Lathurus moritur. Succedit Ptolemaeus Auletes

673 Cicero Athenas navigat, Antiocho philosopho operam daturus.

A. ante N. C.

P. Servilius Vatia cos. Isauros vincit, III, 6, 4.

76 M. Aemilius Lepidus cos. civile bellum movet, III, 23.

75 Cn. Pompeius contra Sertorium mittitur, III, 22, 5.

74 C. Scribonius Curio cos. in Thracia res gerit, III, 4, 6.

72 M. Antonius vincitur a Cretensibus, III, 7, 3.

71 C. Licinius Lucullus Mithridatem vincit ad Cyzicum, III, 5, 16

Spartacus cum gladiatoribus bellum populo Romano facit, III, 20.

70 Cn. Cornelius Lentulus Clodianus cos. vincitur a Spartaco, III, 20, 10.

69 Sertorius interficitur a suis, III, 22, 9.

C. Cassius Varus procos. vincitur a Spartaco, III, 20, 10.

66 Q. Caecilius Metellus in Cretam mittitur, III, 7, 4.

65 Pompeio bellum Piraticum decernitur, III, 6, 7.

64 Pompeius contra Mithridatem proficiscitur, III, 5, 21.

M. Terentius Varro triumphat de Thracibus, III, 4, 6.

63 Pompeius in Iberos, Albanos, etc. movet, III, 5, 28.

62 Proficiscitur in Syriam, III, 5, 29.

61 Pompeius Hierosolymitanum templum intrat, III, 5, 30.

Catilinae coniuratio discutitur, IV, 1.

A. ab V. C.

Sylla sponte dictaturam deponit.

674 Alexander, rex Iudaeorum, moritur. Succedit uxor Alexandra.

675 Cicero e Graecia Romam redit.

676 Capitolium restituitur.

Cicero quaesturam petit.

Nicomedes, Bithyniae rex, moritur, herede relicto populo Romano.

678 Sertorius cum Mithridate foedus init, III, 22, 4.

679 Ariovistus, Germanorum rex, in Galliam transit.

Pompeius prospere res gerit contra Sertorium, III, 22.

680 Lucullus Mithridatem in Pontum fugat.

681 Mithridates in Armeniam fugit.

Virgilius nascitur.

Alexandra, Iudaeorum regina, moritur. Filius eius minor Aristobulus, fratre deiecto, succedit.

684 Lucullus Nisibin capit.

Triarius Mithridatem vincit.

685 Mithridates Triarium ingenti clade afficit.

Cicero praeturam petit.

686 Pompeius Mithridatem nocturno praelio vincit, III, 5, 23.

Lucullus ob magnificentiam et luxuriam Xerxes togatus appellatur.

687 Hyrcanus Aristobulum fratrem obsidet Hierosolymis.

688 Cicero consulatum petit.

689 Mithridates moritur, III, 5, 26.

Augustus Caesar nascitur.

Iulius Caesar fit pontifex maximus.

Lucullus triumphat.

A. ante N. C.

60 Metellus Creticus appellatur, III, 7, 6.

57 Iulia, Caesaris filia, Pompeio nubit, IV, 2, 13.

56 Caesar Helvetios et Ariovistum vincit, III, 10, 2 et 11.

55 Item Belgas, III, 10, 4.

54 Et Veoetos, III, 10, 5.

53 Rhenum transit, III, 10, 14.

In Britanniam traiicit, III, 10, 16.

52 M. Crassus in Parthos movet, III, 11, 3.

Caesar iterum in Britanniam traiicit, III, 10, 18.

51 M. Crassus interficitur, III, 11, 9.

Iulia, Pompeii coniux, moritur, IV, 2, 13.

Caesar, ponte facto, Rhenum penetrat, III, 10, 15.

50 Caesar media hieme in Galliam redit, III, 10, 22.

Caesari conceditur absenti petere consulatum, IV, 2, 16.

49 Caesar consulatum more maiorum petere iubetur, *ibid.*

47 Caesar Brundisii Pompeium obsidet, IV, 2, 19.

46 Caesar Pompeium vincit, IV, 2, 48.

45 Et Aegyptios, IV, 2, 60.

44 Item Iubam regem et Scipionem, IV, 2, 65.

Caesar triumphat, IV, 2, 88.

Creatur dictator perpetuus, IV, 2, 91.

43 Caesar ad Mundam Pompeii liberos vincit, IV, 2, 78.

42 Interficitur, IV, 2, 95.

Amnestia decernitur, IV, 7, 3.

A. ab V. C.

690 P. Clodius uxorem Caesaris violat.

Helvetii de invadenda Gallia deliberant, III, 10, 2.

693 Messala Corvinus orator nascitur.

Titus Livius nascitur.

694 Cicero exsulat.

Clodius Pompeium insidiis petit.

695 Cicero redit.

696 Orationem habet pro Sextio, etc.

697 Gabinius Ptolemaeum regno pulsum restituit.

Alexander, Aristobuli filius, Iudaeam subigere tentat frustra.

698 Gabinius Nabathaeos vincit.

Romam reversus accusatur, primum a Cicerone; mox defenditur: damnatur tamen.

699 Cassius superstites cladis Crassianae in Syria colligit, III, 11, 11.

Labienus, Caesaris legatus, Treviros vincit.

Cicero creatur augur.

Clodius occiditur a Milone.

700 Lucretius poëta per furorem manus sibi infert.

Cicero libros scribit *de Finibus.*

701 Cicero in provinciam Ciliciam proficiscitur.

Census civium capita 320,000.

703 Scribonius Curio Siciliam occupat pro Caesare, IV, 2, 22.

Occiditur in Africa, IV, 2, 34.

704 M. Caelius et Milo occiduntur.

705 Cicero Caesari obviam progreditur.

706 Cicero orationes habet ad Caesarem pro M. Marcello et Q. Ligario.

Herodes Galilaeae praeficitur ab Antipatro patre.

707 C. Caninius in paucas horas cos. fit.

708 Octavius Romam venit.

Sex. Pompeius bona paterna repetit, IV, 3, 3.

A. ante N. C.

41 Brutus et Cassius in provincias suas abeunt, IV, 7, 4.
Caesar Octavianus Antonium ab obsidione Mutinae repellit, IV, 4, 5.
Triumviratus Caesaris, Antonii et Lepidi, IV, 6.
Cicero occiditur, IV, 6, 5.

40 Cassius et Brutus pereunt, IV, 7, 13 et 14.

39 L. Antonius cos. obsidetur ab Augusto Perusiae, IV, 5, 4.

36 Ventidius Pacorum occidit, IV, 9, 6.
Bellum cum Sex Pompeio exoritur, IV, 8.

34 Pompeius Sicilia pellitur, IV, 8, 4.
Antonius rem male gerit in Parthis, IV, 10, 3.

33 Sex. Pompeius occiditur, IV, 8, 5.

32 Octavius vulneratur in Illyriis, IV, 12, 7.

30 Bellum civile inter Caesarem et Antonium, IV, 11.

29 Pugna Actiaca, IV, 11, 6.

28 Antonius et Cleopatra se perimunt, III, 11, 9 et 11.

27 M. Crassus Mysos vincit, III, 12, 14.

25 Octavius appellatur Augustus, III, 12, 66.

24 Augustus Cantabros bello petit, IV, 12, 18.
His post quinquennium perdomitis, tota denique pacatur Hispa-

A. ab V. C.

709 C. Trebonius, unus ex percussoribus Caesaris, a Dolabella interficitur.
Cassius Iudaeam spoliat.
Ovidius nascitur.
Antipater, Herodis pater, interficitur.

710 Sextus Pompeius Siciliam occupat, IV, 8, 1.

711 Pacorus Hierosolymam occupat.
Antigonus patruo Hyrcano auriculas praecidit, ne receptum haberet ad pontificatum.

714 Asinius Pollio Dalmatas vincit, IV, 12, 11.
Augustus Liviam ducit.
Herodes Hierosolymam capit.
M. Vipsanius Agrippa Gallos vincit.

716 Lepidus triumvir ab Augusto omni potentia exuitur.
Hyrcanus, qui hactenus apud Parthos commoratus erat, ad Herodem venit.

717 Pannonii vincuntur, IV, 12, 8.

718 Antonius Artavasdem, Armeniae regem, dolo irretitum capit.
Sallustius moritur.

720 Herodes cum Arabibus bellum gerit.
Atticus, amicus Ciceronis, moritur.

721 Agrippa Bogudem, Mauritaniae regem, occidit.

722 Catullus poëta moritur.
Aegyptus, provincia facta, per equites Roman. administratur.

723 Augustus triumphat.
Senatum purgat.

725 Herodes Mariamnem, coniugem suam, occidit.

726 Cornelius Gallus poëta, praeses Aegypti, mortem sibi consciscit.

A. ante N. C.
nia, quum in ea dimicatum esset Romanis per annos 200 circiter, II, 17, 5.
23 C. Antistius Cantabros vincit, IV, 12, 51.
Templum Iani clauditur, IV, 12, 64.
20 Cantabri semet ipsos perimunt, IV, 12, 50.
17 Indorum legatio ad Augustum venit, IV, 12, 62.
Parthi signa reddunt, IV, 12, 63.
13 Drusus Rhaetos vincit, IV, 12, 4.
9 L. Piso Thracas vincit, IV, 12, 17.
8 Drusus Cattos et Sicambros superat, IV, 12, 24.
7 Drusus mortuus Germanici cognomine honestatur, IV, 12, 28.

A. post N. C.
2 C. Iulius Caesar cos. vulneratur in Armenia, IV, 12, 44.
3 Lucius Caesar moritur, IV, 12, 42.
C. Cornelius Lentulus Cossus Gaetulos vincit, IV, 12, 40.
10 Quinctilius Varus occiditur a Germanis, IV, 12, 31.

A. ab U. C.
Herodes Alexandram socrum interficit.
727 Terentius Varro Salassos vincit.
M. Vinicius Germanos superat.
730 Pantheon ab Agrippa aedificatur.
Virgilius moritur.
733 Herodes templum instaurat.
Augustus Caium et Lucium nepotes adoptat.
Horatius *Carmen saeculare* scribit.
737 Cyzicenis libertas redditur.
Drusus Frisios subigit.
741 Drusus, Rheno et Lupia transmissis, ad Visurgim usque procedit.
742 Claudius imperator nascitur.
Tiberius Iuliam, Augusti filiam, uxorem ducit.
743 Tiberius Dalmatas et Pannonios subigit.
Herodes filios suos interficit.
750 IESVS CHRISTVS nascitur.
752 Tiberius ex secessu Rhodiensi Romam redit.
753 Asconius Paedianus floret.
Athenodorus, philosophus Stoicus, floret.
Tiberius in Germania res gerit.
760 Pannonii rebellant, ducibus Batonibus.

L. ANNAEI FLORI*

RERVM ROMANARVM EPITOME.

LIBER PRIMVS.

PROOEMIVM.

Populus Romanus a Rege Romulo in Caesarem[1] Augustum, septingentos per annos, tantum operum pace belloque gessit, ut, si quis magnitudinem imperii cum

*L. Annaei Flori. Quantum in hoc titulo varient antiquiores libri, supra ex testimoniis de Nostro videre est. Nos autem praetulimus titulum editionis Graev. et aliarum quarumdam: quem etiam Nazar. et Vineti MSS., item Rickius et Vett. edd. habent.

1. *In Caesarem.* Alii *usque Caesarem.* Placet vulg. Ita enim loquitur Noster infra, fine praefationis, *in saeculum nostrum*, et multis aliis locis. — *Caesarem Augustum septingentos per annos.* Quod si tantummodo usque ad primum Octaviani consulatum computes, anni 711 numerandi sunt; at 727, si ad annum quo, imperio potitus, cognominatus fuit Augustus: quam quidem computationem constituimus ex aera Varroniana, quae Catoniana duobus annis longior est; et ex qua annus Vrbis conditae ad an. 753 ante Christum natum referri solet. Sed Noster maluit uti rotundiore numero, quod aliis etiam auctoribus familiare est. Liv. IX, 18, 8, *populum Romanum octingentesimum annum bellare,* scribit; et apud Tacit. Hist. IV, 79, 9, *octingentorum annorum fortuna disciplinaque compagem eam (Imperium Romanum) coaluisse,* ait Petilius Cerialis. — *Aetatem ultra putet.* Id est, putare possit aetatem populi Romani extendi ultra terminum illum septingentorum annorum. Auctor Consolat. ad Liviam, comparans magnitudinem rerum gestarum Drusi cum paucis illius annis, hanc sententiam ita expressit, 339, *Vix credent tantum rerum cepisse tot annos.*

annis conferat, aetatem ultra putet. Ita late per orbem terrarum arma circumtulit, ut qui res eius legunt, non unius populi, sed generis humani fata discant.[1] Nam tot laboribus periculisque iactatus est, ut, ad constituendum eius imperium, contendisse Virtus et Fortuna videantur. Quare quum praecipua quaeque operae pretium sit cognoscere sigillatim,[2] tamen quia ipsa sibi obstat magnitudo, rerumque diversitas aciem intentionis abrumpit, faciam, quod solent qui terrarum situs pingunt: in brevi quasi tabella totam eius imaginem amplectatur, non nihil, ut spero, ad admirationem principis populi collaturus, si pariter atque insimul universam magnitudinem eius ostendero.

Si quis ergo populum Romanum quasi hominem consideret, totamque eius aetatem percenseat, ut coeperit, utque adoleverit, ut quasi ad quemdam iuventae florem pervenerit, ut postea velut consenuerit, quatuor gradus processusque eius inveniet.

1. *Non unius populi.... facta discant.* Sic totum prope orbem Romana magnitudine involvens Suetonius, Calig. 13, 1: *Populus Romanus, vel, ut ita dicam, hominum genus.* — *Contendisse Virtus et Fortuna videantur.* Plures codices *viderentur.* De re autem, hic prorsus cum Virgilio exclamandi locus Aen. I, 33: *Tantae molis erat Romanam condere gentem!* Nam quum Florus in constituendo Romano imperio virtutem et fortunam contendentes ostendit, innuit scilicet tam parum sine fortuna virtutem effecisse, quam sine virtute fortunam. Sic Curtius X, 5, 35, fatetur, *Alexandrum, quum multum debuerit virtuti, plus debuisse fortunae.* Sic Plinius *Plurimum referre* putat, *in quae cuiusque virtus tempora inciderit: in multis enim virtutis opera magna fuisse, sed maiora fortunae.*

2. *Quare quum praecipua... sigillatim*, etc. Textum foede h. l. a commentatoribus vexatum ita restituit Graevius. Novissime Serbode: *Quare quum praecipue hoc quoque pretium sit cognoscere, tamen etc.....* — *Nonnihil, ut spero, ad admirationem principis populi collaturus.* Quo quidem in proposito nonnihil ad admirationem principis populi conferendi, ita constans est Noster, ut minus Romanorum gestorum historiam, quam panegyricum scripsisse quibusdam videatur, nec forsan omni ex parte immerito. — *Pariter atque insimul.* Id est, ut ipsa se res habet, atque in unum. Pro *insimul* plerique codd. *in semet;* al. *insemel, in instar.*

Prima aetas sub regibus fuit, prope ducentos *quin-* 5
quaginta per annos, quibus circum ipsam matrem suam
cum finitimis luctatus est. Haec erit eius infantia. Se- 6
quens a Bruto Collatinoque consulibus, in Appium
Claudium, Quinctum Fulvium consules, ducentos quin-
quaginta annos patet, quibus Italiam subegit. Hoc fuit
tempus viris, armis incitatissimum: ideo quis adole-
scentiam dixerit. Dehinc ad Caesarem Augustum du- 7
centi anni, quibus totum orbem pacavit: haec iam ipsa
iuventa imperii, et quasi robusta maturitas. A Caesare 8
Augusto in saeculum nostrum haud multo minus anni
ducenti, quibus inertia Caesarum quasi consenuit, at-

5. *Dugentos quinquaginta annos.* Mirum quam diverse hic numerus in antiquis libris legatur. Legendum autem ex computatione nostra 245. — *Circum ipsam matrem suam cum finitimis luctatus est.* Hanc eamdem sententiam sic expressit Montesquieu, *Grand.* et *Décad. des Romains, chap.* 1: *Rome faisant toujours des efforts, et trouvant toujours des obstacles, faisait sentir sa puissance sans pouvoir l'étendre; et dans une circonférence très-petite elle s'exerçait à des vertus qui devaient être si fatales à l'univers.* — *Haec erit eius infantia.* Saint-Évremond, *Réflexions sur les Romains, chap.* 1: *C'est avec raison que les historiens ont nommé leur règne* (des sept rois) *l'enfance de Rome; car elle n'a eu sous eux qu'un très-faible mouvement. Pour connaître le peu d'action qu'ils ont eu, il suffira de savoir que sept rois, au bout de deux cents ans, n'ont pas laissé un état beaucoup plus grand que celui de Parme et de Mantoue.*

6. *In Appium Claudium.* Cognomine *Caudicem*, de quo libro II, 2. — *Quinctum Fulvium. Marcum Fulvium* Fasti praeferunt. — *Dugentos quinquaginta annos patet.* Hic etiam ex computatione nostra legendum 245. — *Hoc fuit tempus, viris incitatissimum.* Hic *tempus*, pro hominibus qui sunt in tempore, incitatissimum dicitur.

7. *Ad Caesarem Augustum duoenti anni.* Ex computatione nostra 237. Ex ea autem trium supra dictarum aetatum computatione constant anni 727, §. 1, quos effluxisse diximus ex Vrbe condita usque ad Caesarem Augustum. — *Iuventa imperii.* Quid significet hic *iuventa imperii*, explicatur ab iis quae sequuntur, *robusta maturitas.* Romani *iuniores* ex instituto Servii ad annum 45, ultra *seniores* habebantur. Plinius in Panegyrico Traiani cap. 8, Traiano *iuventam* tribuit, qui tamen agebat aetatis annum 44: et cap. 22 eiusdem operis, factis tribus aetatis gradibus, inquit: *Te parvuli noscere, ostentare iuvenes, mirari senes.*

8. *In saeculum nostrum.... anni ducenti.* Vid. supra Testimonia, ubi de Flori saeculo quaestio agitatur. — *Decoxit.* Hoc est, decoctum est; aut,

que decoxit; nisi quod sub Traiano principe movet lacertos; et praeter spem omnium senectus imperii, quasi reddita iuventute, revirescit.

I.

DE ROMVLO.*

1 Primus ille et Vrbis et Imperii conditor Romulus
2 fuit, Marte genitus, et Rhea Silvia. Hoc de se sacerdos
gravida confessa est; nec mox fama dubitavit, quum
Amulii imperio abiectus in profluentem cum Remo

ut Graevio placet, decoxit *suas opes*, hoc est, perdidit et dilapidavit. — *Movet lacertos*. Alii *movit*. Vide supra Testimonia et de Floro disquisitiones. — *Revirescit*. Hoc sensu, postquam sub Traiano movit lacertos, nunc sub Hadriano revirescit.

* Cap. I. De Romvlo. Romulus imperio potitus, an. ante C. N. 753, regnavit annos 37 : quo mortuo, per senatores annum unum regnatum fuit. Historiam Romuli, praeter Nostrum, invenies apud Liv. I; Iustinum XLIII, Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 2; Sex. Rufum, de Vita Regia; Eutrop. I, 4; Oros. II, 5; Plutarchum; Dionysium Halicarn. I et II; Val. Max. III, 2, et V, 4; Plin. VIII, 17; XIV, 12; XV, 18; XXIX, 16 et 45; XVII, 2; XXIV, 6; Augustin. de Civitate Dei, II, 17; III, 6, et 13, et 15; Lactant. I, 20, et II, 7; Virg. Aeneid. VIII, vers. 635; Ovid. Fast. III et IV; et Metam. XIV; Horat. Carm. III, 3; Propert. IV. Camers.

1. *Marte genitus*. Alii *a Marte*. His ludibriis, inquit Graevius, natalium dedecus occultabant. Iupiter Herculis pater habebatur, et Alexandri Magni, et Seleuci Nicatoris, et draco Octaviani Augusti. Multi autem recentiores auctores, fabularum istarum nubes, quibus involvuntur Romae incunabula, discusserunt : quos inter egregie dixit Saint-Évremond, *Jugement sur les Romains*, *chap.* 1 : *Il en est de l'origine des peuples, comme des généalogies des particuliers : on ne peut souffrir des commencemens bas et obscurs ... Les Romains n'ont pas été exempts de cette vanité là. Ils ne se sont pas contenté de vouloir appartenir à Venus par Énée, conducteur des Troyens en Italie; ils ont rafraichi leur alliance avec les dieux par la fabuleuse naissance de Romulus, qu'ils ont cru fils du dieu Mars, et qu'ils ont fait dieu lui-même après sa mort.*

2. *Sacerdos*. Rhea Sylvia Numitoris filia, quam Vestae sacerdotio praefectam, ideo *sacerdotem* vocat.

fratre, non potuit exstingui: siquidem et Tiberinus am- 3
nem repressit; et, relictis catulis, lupa secuta vagitum
uber admovit infantibus, matremque se gessit. Sic re-
pertos apud arborem, Faustulus, regis pastor, tulit in
casam, atque educavit. Alba tunc erat Latio caput, 4
Iuli opus: nam Lavinium patris Aeneae contemserat.
Ab his Amulius iam *bis* septima sobole regnabat, fra-
tre pulso Numitore, cuius ex filia Romulus. Igitur sta- 5
tim prima iuventae face, patruum Amulium ab arce
deturbat, avum reponit: ipse fluminis amator, et mon-
tium, apud quos erat educatus, moenia novae urbis
agitabat. Gemini erant: uter auspicaretur, et regeret, 6

3. *Tiberinus.* Hoc loco *Tiberinus* est fluminis Deus. Sic Virgil. Aen. VIII, 32: *Hic deus ipse loci, fluvio Tiberinus amoeno Populeas inter senior se attollere frondes Visus.* — *Lupa.* Vtrum vera lupa fuerit Romuli nutrix dissentiunt auctores. Affirmant Plutarch. Parall. 65; Virg. Aen. I, vers. 279; Cicero de Divin. II, 20; Ovid. Fast. III, 53; Plin. VIII, 47; XV, 48; Iustin. XLIII, 2, 6: qui similia recenset de Cyro I, 4, 10; de Hierone XXIII, 47; de Habide XLIV, 4, 5. Contra Livius diversam opinionem refert, quam omnino amplectitur Lactant. I, 20: *Sunt*, inquit, *qui Larentiam vulgato corpore, lupam inter pastores vocatam putent, inde locum fabulae ac miraculo datum.* Quam opinionem sequitur quoque noster Vertot, *Révolut. Rom.* I: *Vn prince d'une naissance incertaine, nourri par une femme prostituée, élevé par des bergers, et depuis devenu chef de brigands, jeta les premiers fondements de la capitale du monde.* — *Apud arborem. Apud* hic *iuxta* significat. Cicero de Orat. II: *Quum etiam in lecto Crassus esset, et apud eum Sulpitius sederet:* ubi *apud eum* nihil aliud est quam *iuxta eum.*

4. *Contemserat.* Contemnere rem aliquam interdum est ea non delectari. — *Bis septima.* Primus advertit Camers hic *bis* desiderari. Amulius enim ab Aenea iam bis septima, aut decima quarta soboles est: cuius generis series sic se habet: Aeneas, Ascanius, Aenea Sylvius, Latinus, Alba, Capetus, Capys, Calpetus, Tiberinus, Agrippa, Alladius, Aventinus, Procas et Amulius.

5. *Face.* Vox illa translat. omnem vehementem animi affectum significat. — *Ab arce. Arx* passim pro *regno* sumitur. Virg. IV, 234: *Ascanione pater Romanas invidet arces?*

6. *Vter auspicaretur.* Id est, uter suis auspiciis urbem conderet, scilicet, eam nominaret: non autem inchoaret, ut Freinshemio placet, qui supplet *urbem.* Ita Liv. I, 6: *Vt dii, quorum tutelae haec loca essent, auguriis legerent, qui nomen novae urbi daret, qui conditam imperio regeret.* Ovid. Fast. VI, 811: *moenia ponere utrique Convenit: ambigitur nomina ponat uter.* — *Adhibere placuit deos.* Codd.

adhibere placuit deos. Remus montem Aventinum, hic Palatinum occupat. Prior ille sex vultures; hic postea,
7 sed duodecim vidit. Sic victor augurio, urbem excitat, plenus spei, bellatricem fore: ita illi assuetae san-
8 guine et praeda aves pollicebantur. Ad tutelam novae urbis sufficere vallum videbatur: cuius dum irridet angustias Remus, idque increpat saltu, dubium an iussu fratris, occisus est: prima certe victima fuit, munitionemque urbis novae sanguine suo consecravit. Imaginem urbis magis quam urbem fecerat: incolae deerant.
9 Erat in proximo lucus: hunc asylum facit; et statim mira vis hominum, Latini Tuscique pastores; quidam etiam transmarini, Phryges, qui sub Aenea, Arcades, qui sub Evandro duce influxerant. Ita ex variis quasi elementis congregavit corpus unum; populumque Romanum ipse fecit.

vett. et editt. habent *adhibuere piacula*. Sed iam Salmasius de veritate lectionis *piacula* dubitavit, quod vocabulum prorsus alieno sensu hic accipiendum foret. Hinc Freinsh. ex coniectura legi maluit *oracula*. Graevius autem post Stadium et Pontanum, hac voce reiecta, in textum suscepit verba Iornandis, *adhibere placuit deos:* quam lectionem et nos accepimus, quamquam tamen apud veteres, praecipue poëtas, *piaculum* pro *omni pio deorum cultu* haberi, non omnino insolens sit.

7. *Augurio*. Nescio cur hanc vocem quidam respuant commentatores, et censeant esse supponendum *auspicio. On se servait indistinctement de ces deux mots* augurium et auspicium; Virg. Aeneid. I, vers. 392; Cic. Div. I, 47: *mais on les distinguait aussi quelquefois.... Souvent aussi ces deux mots désignent le présage lui-même. Antiquités Romaines*, tom. II, pag. 36. — *Excitat*. Sic dicunt Graeci τείχη ἐγείρειν, moenia excitare, aedificare. — *Assuetae sanguine*. Confirmant hanc scripturam MSS. Sic infra IV, 12, 17, invenitur *assuescere* cum sexto casu: *Signis militaribus et disciplina, armis etiam Romanis assueverat*. Ita etiam Curtius VI, 3, 91, *gentes alterius imperio ac nomine assuetas*.

8. *Increpat saltu*. Id est, transiliendo ostendit reprehendi hoc vallum et contemni. Sic Tacit. de Moribus Germ. 2: *Si displicuit sententia, fremitu adspernantur: sin placuit, frameas concutiunt. Honoratissimum assensus genus est, armis laudare.* — *Prima certe victima fuit*. Inde Lucanus I, 95: *Fraterno primi maduerunt sanguine muri.... exiguum dominos commisit* asylum.

9. *Phryges*. Eorum nepotes, qui post Troiae excidium Aeneam ducem comitati fuerunt. — *Arcades*. Sub

Res erat unius aetatis, populus virorum. Itaque ma- 10
trimonia a finitimis petita: quia non impetrabantur,
manu capta sunt. Simulatis quippe ludis equestribus,
virgines, quae ad spectaculum venerant, praeda fuere;
et statim caussa bellorum. Pulsi fugatique Veientes: 11
Caeninensium captum ac dirutum oppidum. Spolia in-
super opima de rege Feretrio Iovi manibus suis rex
reportavit. Sabinis proditae portae per virginem; nec
dolo: sed puella pretium rei, quam gerebant in sini- 12

Fauno, quarto Italiae rege, Evander ex urbe Arcadiae, Pallanteo nomine, cum Arcadum turba in Italiam appulit, a quibus Arcades isti erant oriundi. — *Ipse fecit.* Non video cur commentatores hic haereant, et hanc vocem *ipse* usque adeo inutilem dictitent. Nempe Romulus populum Romanum *ipse*, id est, quasi propriis sui unius opibus fecerat.

10. *Res erat.... virorum.* Liv. I, 9: *Penuria mulierum, hominis aetatem duratura magnitudo erat.* — *Ludis equestribus.* Hi ludi Consualia dicebantur, quos in honorem Consi faciebant: qui Consus Neptunus Equester erat.

11. *Pulsi fugatique Veientes.* Florus ipse confundit bellum Veiens cum bello quod cum Sabinis, Caeninensibus, Crustumarinis et Antemnatibus, gessit Romulus. Cum Fidenatibus et Veientibus multis annis post Sabinum bellum Romanis res fuit, longeque alia fuit huius belli caussa. Vid. Plutarch. Rom. et Liv. I. — *Spolia insuper opima.* Ea sunt quae dux hostium duci a se interfecto detraxerat. Eorum tanta raritas fuit, ut trina tantum contigerint: prima quae Romulus de Acrone; altera quae Cossus Cornelius de Tolumnio; tertia quae Marcus Marcellus Jovi Feretrio de Viridomaro, fixerunt. Ed. Delph — *Feretrio Iovi.* Iupiter Feretrius dictus fuit, quod illi spolia opima *ferebant;* vel a *feriendo*, quod fulmine feriat; vel quia dux ducem ense ferit. Propertius, lib. IV, Eleg. XI, 45: *Caussa Feretri, Omine quod certo dux ferit ense ducem: Seu quia victa suis humeris haec arma ferebant: Hinc Feretri dicta est ara superba Iovis.*

12. *Sabinis proditae portae.... nec dolo;* etc. Antequam hunc locum explicemus, quem circa multum haesitant commentatores, memoremus prorsus duplicem a scriptoribus hac de re fabulam referri. Plerique primum tradunt Tarpeiam a Tatio auro corruptam fuisse. Florus autem in hac fabula narranda secutus est eos, de quibus Livius: *Sunt qui eam, ex pacto tradendi quod in sinistris manibus esset, directo arma petisse dicant; et fraude visam agere, sua ipsam peremtam mercede.* Quae nunc igitur restat difficultas? *Proditae portae*, inquit Florus, id est, apertae sunt, datae sunt: *nec dolo*, id est, non quod vellet puella dolo uti adversus Romanos, quum contra vellet puella dolo uti adversus Sabinos, et eos in insidias adducere. *Sed puella pretium rei, quam gerebant in sinistris, petierat:* id est, petierat pro pretio simulatae

stris, petierat; dubium clypeos, an armillas. Illi, ut et
13 fidem solverent, et ulciscerentur, clypeis obruere. Ita admissis intra moenia hostibus, atrox in ipso foro pugna, adeo ut Romulus Iovem oraret, «ut foedam suorum «fugam sisteret». Hinc templum et Stator Jupiter. Tan-
14 dem saevientibus intervenere raptae, laceris comis. Sic pax facta cum Tatio, foedusque percussum; secutaque res mira dictu, ut, relictis sedibus suis, novam in urbem hostes demigrarent, et cum generis suis avitas opes pro dote sociarent.

15 Auctis brevi viribus, hunc rex sapientissimus statum reipublicae imposuit: iuventus divisa per tribus, in equis et armis ut ad subita belli excubaret: consilium reipublicae penes senes esset, qui ex auctoritate
16 *Patres*, ob aetatem *Senatus* vocabantur. His ita ordinatis, repente, quum concionem haberet ante urbem,

proditionis *rem quam* gerebant in sinistris. *Dubium clypeos, an armillas:* id est, quum hostes in sinistris gererent armillas et clypeos, iis dubium esse poterat, utrum armillas an clypeos illa peteret: et ad puellae petitionem simpliciter adnuerant, verba eius de armillis accipientes. At quum puella ex pacto arma peteret, *illi ut et fidem solverent, et ulciscerentur, clypeis obruere*. Omnis igitur difficultatis nodus his est in verbis *pretium rei, quam....;* pro quibus intelligendum est, *pretium*, *rem quam*: ita ut Graevius hanc lectionem ex coniectura complexus fuerit.

13. *Stator Iupiter*. Praeter ea quae supra dicti scribunt de Iove Statore lege Augustinum de Civit. Dei XIII, 3; Ovid. Fast. VI, fin. Seneca autem de Beneficiis IV, 7, sic refert: *Stator, non ut historici tradiderunt, ex eo quod post votum susceptum, acies Romanorum fugientium stetit, sed quod stant beneficio eius omnia, stator stabilitorque est.* Camers.

14. *Saevientibus*. Poëtice, ut saepe fit apud Nostrum. Virgil. Aeneid. VIII, 700: *saevit medio in certamine Mavors.*

15. *Iuventus divisa per tribus*, etc. Hic agmen variantium producere possimus, quas tamen praetermittemus, quum nulla vere in hoc textu difficultas existat. Comma tantummodo post *tribus*, non post *armis* reponendus est. Scilicet iuventus divisa per tribus, in equis et armis, i. e. equis et armis instructa, excubabat ad *subita belli*. Sic Horatius dixit *acuta belli*. — *Patres*. Varias huius appellationis caussas afferunt Sallust. Catil. 6, 5; Dionysius II, 8; Plutarch. Rom. Mihi autem potissima videtur, quam idem Plutarchus adducit, ita dictos ut admonerentur ipsi *patres*, *patria* cura et solicitudine complectendos esse subditos. Similem rationem cur Graeci reges

apud Capreae paludem, e conspectu ablatus est. Di- 17
scerptum aliqui a senatu putant ob asperius ingenium:
sed oborta tempestas, solisque defectio consecrationis
speciem praebuere: cui mox Iulius Proculus fidem fe- 18
cit, visum a se Romulum affirmans, augustiore forma quam fuisset: mandare praeterea, ut se pro numine acciperent: *Quirinum* in caelo vocari placitum diis. Ita gentium Roma potiretur.

II.

DE NVMA POMPILIO.*

Succedit Romulo Numa Pompilius, quem Curibus 1
Sabinis agentem, ultro petivere, ob inclytam viri reli-

ἄνακτας vocaverint reddit Plutarch. Thes. cap. 38. — *Senatus*. Ita apud Lacedaemonios *Senatum* Lycurgus Γέροντας appellavit.

16. *Capreae*. Quidam *Caprae*. Vtrumque Latinis in usu.

17. *Discerptum*. Romuli interitus varie scribitur. Lege Valer. Max. V, 3, 1; Cic. de Leg. I; Augustinum III, 5; Ovid. Fast. II, vers. 491; item caeteros. Modum novum ex Aristobuli sententia ponit Plutarchus in Parall. cap. 32. CAMERS. — *Oborta tempestas*. Quam quidem eleganter describit Ovid. loco supra laud. vs. 93: *Sol fugit; et removent subeuntia nubila caelum: Et gravis effusis decidit imber aquis: Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus aether: Fit fuga; rex patriis astra petebat equis.*

18. *Augustiore forma*. Sic Ovidius loco supra laud. vs. 503: *Pulcher et humano maior, trabeaque decorus Romulus in media visus adesse via.* — *Ita gentium Roma potiretur*. Nempe si Romulum pro numine acciperet, eum prorsus invocans sub nomine *Quirini*. Quidam autem commentatores his in verbis *in caelo* et *diis* pleonasmum observantes, hunc locum sic interpungunt: *Quirinum in caelo vocari: placitum diis, ita gentium Roma potiretur.*

* CAP. II. DE NVMA POMPILIO. Regnum suscepit A. V. 39, ante Christum 715; regnavit annos 43. — Numae gesta scribunt Livius I, 18; Aurel. Vict. de Vir. Illustr. cap. 3; Rufus de Vita Regia; Eutrop. I, 2; Val. Max. I, 2, 2; Lactant. I, 22; Plin. XIII, 13; XIV, 12; XVIII, 29; August. de Civit. Dei, II, 16; III, 9; XI, 15; VII, 35; XVIII, 24. Plura Ovid. Metam. XV, 44; Virg. Aeneid. VI, 808; Plutarch. Numa, et Dionys. II, 59. CAMERS.

2 gionem. Ille sacra, et caeremonias, omnemque cultum
Deorum immortalium docuit: ille pontifices, augures,
Salios, caeteraque populi Romani sacerdotia; annum
quoque in duodecim menses, fastos dies nefastosque
3 descripsit. Ille Ancilia atque Palladium, secreta quae-
dam imperii pignora, Ianumque geminum, fidem pa-
cis ac belli: in primis focum Vestae virginibus colen-
dum dedit, ut, ad simulacrum caelestium siderum,
custos imperii flamma vigilaret. Haec omnia quasi mo-
4 nitu deae Egeriae, quo magis barbari acciperent. Eo

1. *Quem.... petivere*. Quem Romani petivere sponte sua, quum vitam ageret Curibus Sabinis.

2. *Ille sacra, et caeremonias*, etc. Omnia quae ad divinum cultum spectabant Numa in octo partes distribuit. Primi erant *curiones*, qui pro curialibus rem divinam faciebant. Secundi *flamines*, quos, a gestatione pileorum, quae flammea dicebantur, ita nominabant: alii a filo derivant, quasi filamines. Tertii erant *tribuni celerum*, qui designari solebant, ut regum ad bellum euntium satellites et custodes. Quarto ordine erant *augures*, qui non avium tantum, sed signa omnia divinitus missa interpretabantur. Quintus ordo habebat *virgines vestales*, quae sacri ignis custodes erant. Sexto loco *salii* habebantur, qui saltatione et choreis laudabant deos armorum praesides. Septima in classe *feciales* habebantur, quorum officium erat ut cura gereretur, ne P. R. ulli foederatae civitati bellum iniustum inferret: ut cognoscerent, si qui foederatorum se a Romanis iniuriam passos dicerent, an id iure dicerent: ut imperatorum delicta contra iusiurandum ac foedera commissa expiarent. Vltimo et octavo numero habebantur *pontifices*. Hi a ponte Sublicio reficiendo dicti, de caeremoniis ac religione cognoscebant, leges ferebant de sacris, quae non erant scripta, aut moribus populi Romani recepta. Examinabant sacerdotes, ipsi nulli iudicio mulctaeve erant obnoxii, neque senatui, neque populo, dictorum factorumve rationes reddebant. Pontanus ex Dionys. II, 65 et seqq. — *Caeteraque populi Romani sacerdotia*. In plerisque codd. *caeterosque per sacerdotia:* ex quo Salmasius ingeniosissime restituit *caeteraque P. R. sacerdotia*.

3. *Ancilia*. Quae per *y* scribit Plutarch. Num. cap. 25, et ita appellata adiicit, quoniam ἀγκύλον τὸ σχῆμα ποιοῦσι, *curvam figuram faciunt*. Caeteras derivationes vide ibidem. Vnum tantum e caelo delapsum, ut sciunt. Plura autem Numa fieri iussit *simili caelata figura*, ut deciperentur qui illud furari cuperent. — *Palladium*. Palladis simulacrum e caelo delapsum, quod Aeneas post captam Troiam a Diomede acceptum asportasse in Italiam dicitur. — *Ianumque geminum*. Quem quidem *fidem belli et pacis*, sive indicem vocant, quia *apertus*, *in armis esse civitatem; clausus, pacatos circa omnes populos* significabat.

4. *Barbari*. Non dicit *barbari*, ut quidam volunt, quod ex barbaris, sci-

denique ferocem populum redegit, ut, quod vi et iniuria occupaverat imperium, religione atque iustitia gubernaret.

III.

DE TVLLO HOSTILIO.*

Excipit Pompilium Numam Tullus Hostilius; cui in 1
honorem virtutis regnum ultro datum. Hic omnem
militarem disciplinam, artemque bellandi condidit.
Itaque mirum in modum exercita iuventute, provocare 2
ausus Albanos, gravem et diu principem populum:
sed quum pari robore frequentibus praeliis utrique 3
comminuerentur, misso in compendium bello, Horatiis
Curiatiisque, tergeminis hinc atque inde fratribus,

licet non Graecis, orti; sed quod rudes et feroces fuerint, nullisque cultioribus institutis mitigati. — *Quod vi et iniuria gubernaret.* Inde noster Montesquieu, nonnihil regnum Numae carpens: *Le règne de Numa, long et pacifique, était très-propre à laisser Roma dans sa médiocrité; et si elle eût eu dans ce temps là un territoire moins borné et une puissance plus grande, il y a apparence que sa puissance eût été fixée pour jamais.* (*Grandeur et Décad. des Romains, chap.* 1).

* CAP. III. DE TVLLO HOSTILIO. Tullus Hostilius regnum cepit A. V. 82, ante Christum 672; regnavit an. 32. Vitam Tulli Hostilii scribunt Liv. I, 22; Dionys. III; Eutrop. I, 6; Orosius II, 4; Victor de Vir. Illustr. cap. 4; Val. Max. III, 4, 1; VII, 4, 1; IX, 12, 1; August. Civit. III, 15; Virg. Aeneid. VI, vers. 813. CAMERS. De his etiam quae hoc capite continentur, vide tragoediam nostri Corneille, dictam *Horace*.

1. *Disciplinam...... condidit.* Non creavit, constituit, quum iam antea Romulus; sed instauravit, refecit, confirmavit. Sic Plin. Epist. X, 38, Traianum *conditorem disciplinae militaris firmatoremque* vocat. Sic de Tullo ipso noster Bossuet, *Discours sur l'Histoire universelle, I.ère partie: Ce fut sous Tullus Hostilius qu'elle commença à apprendre cette belle discipline qui la rendit dans la suite maîtresse de l'univers.*

2. *Gravem.* Id est, potentem, validum. Sic Horatius, Carm. I, 2: *Audiet cives acuisse ferrum, Quo graves Persae melius perirent.* — *Diu principem.* Albani enim quingentos per annos regnaverunt.

3. *Tergeminis.* Ex omnibus scriptis

4 utriusque populi fata permissa sunt. Anceps et pulchra contentio, exituque ipso mirabilis! Tribus quippe illinc vulneratis, hinc duobus occisis, qui supererat Horatius, addito ad virtutem dolo, ut distraheret hostem, simulat fugam; singulosque, prout sequi poterant,
5 adortus exsuperat. Sic (rarum alias decus) unius manu parta victoria est: quam ille mox parricidio foedavit. Flentem circa se spolia sponsi quidem, sed hostis, sororem viderat: hunc tam immaturum virginis amorem ultus est ferro. Citavere leges nefas: sed abstulit virtus
6 parricidam; et facinus intra gloriam fuit. Nec diu in fide mansit Albanus. Nam Fidenate bello missi in auxilium ex foedere, medii inter duos exspectavere fortu-
7 nam: sed rex callidus, ubi inclinare socios ad hostem

et velt. edd. Dukerus restituendum existimavit *trigeminis:* contendens trigeminos esse tres uno partu editos, ut hoc loco; tergeminos autem eos qui triplices aut triformes sint; ut *tergemina Hechate*, Virg. Aen. IV, vers. 511; *tergeminus Geryon*, id. VIII, 202; *tergemina spolia*, Liv. I, 26. Attamen, quod hanc sententiam evertit, in Plinio VII, 3, *tergemini* dicuntur tres uno partu editi: *Tergeminos nasci certum est Horatiorum Curiatiorumque exemplo;* et contra *trigeminus* pro *triplici* apud Liv. V, 7: *modo trigeminae victoriae triplicem triumphum egistis.*

5. *Flentem circa se.... viderat.* Scilicet, viderat sororem suam flentem, quod ipse gestaret circa se spolia Curiatii, id est, iis indutus esset. Ita Liv. I, 26. *cognito super humeros fratris paludamento quod ipsa confecerat.* — *Abstulit virtus parricidam.* Scilicet, virtus fecit, ut parricidium ei remitteretur. Quam quidem sententiam imitatus noster Corneille, in tragoedia supra laudata, *act. V, sc.* 3:

Ta vertu met ta gloire au-dessus de
ton crime.

— *Facinus intra gloriam fuit.* Animadvertendum prorsus magnam hic in Floro esse dicendi vim, quum innuat, *facinus intra* terminos *gloriae* constitisse; scilicet Horatium ex ipso *facinore* sibi *gloriam* peperisse. De his autem atrocissimis Romanorum virtutibus, quae ex eo laudem quaerebant, unde infamia et poenae redundare solent, vide quam protulerit sententiam noster Montesquieu, *Grandeur et Décadence des Romains, chap.* 12: Quibuscumque autem laudibus talia facinora extollamus, nullus est tamen qui dum ea praedicat, et admiratione prosequitur, iis prorsus invideat; quique, se imparem talibus exemplis referendis confessus, non potius cum magno vate exclamet:

Je rends graces aux dieux de n'être
pas Romain,
Pour conserver encore quelque chose
d'humain.

CORNEILLE, *Horace, act II, sc.* 3.

videt, tollit animos, quasi ipse mandasset. Spes inde nostris, metus hostibus. Sic fraus proditorum irrita
fuit. Itaque, hoste victo, ruptorem foederis Metium Fu- 8
fetium, religatum inter duos currus, pernicibus equis
distrahit; Albamque ipsam, quamvis parentem, aemu- 9
lam tamen, diruit, quum prius opes urbis, ipsumque populum Romam transtulisset: prorsus ut consanguinea civitas non periisse, sed in suum corpus rediisse rursus videretur.

IV.

DE ANCO MARCIO.*

Ancus deinde Marcius, nepos Pompilii *ex filia*, pari 1
ingenio. Hic igitur et moenia muro amplexus est, et 2

7. *Quasi ipse mandasset.* Hoc refert Frontinus, Stratagem. II, 7, et de Datame Polyaenus libro VII.

8. *Metium Fufetium.* Hic codd. variant in *Mettum, Metum*; et in *Suffetium, Sufetium, Fuffetium.*

9. *Albam... parentem.* Ideo Sabina in tragoedia supra laudata, *act. I, sc.* 4, Romam allocuta, et quasi pro Albanorum urbe vere et pie patrocinans:

Ingrate, souviens-toi que du sang de ses rois
Tu tiens ton nom, tes murs, et tes premières lois:
Albe est ton origine; arrête, et considère
Que tu portes le fer dans le sein de ta mère.

— *Prorsus ut consanguinea.... videretur.* Quae verba recenti commentatori Titze iure suspecta videntur, quod, inquit, ipsius rei veritas repugnat. Nam si, Roma diruta, populus Romanus Albam translatus esset; tum quidem vere dici potuisset, *consanguineam civitatem in suum corpus rediisse*, quod Romani Albanorum colonia fuerunt, non autem vice versa. Tolerabilius foret, si scriptum fuisset: *prorsus ut Alba non periisse, sed consanguineae civitates in unum corpus rediisse viderentur.*

* Cap. IV. De Anco Marcio. Regnum cepit A. V. 114, ante Christum natum 640, et regnavit annos 24. Quae compendiose hic narrantur lege apud Liv. I, 32; Dionys. III, 49; Eutrop. I, 7; Oros. II, 4; Victor de Viris Illustr. cap. 5; Augustin. de Civit. Dei III, 15; Euseb. lib. temporum; Plin. XXXI, 3; Claudian. in Gild. vers. 109; Virg. Aeneid. VI, 815. Cambrs.

1. *Ex filia.* Haec verba in Edd. deficientia addidit Iornandes.

interfluentem Vrbi Tiberinum ponte commisit; Ostiamque in ipso maris fluminisque confinio coloniam posuit: iam tum videlicet praesagiens animo futurum, ut totius mundi opes et commeatus illo, veluti maritimo Vrbis hospitio, reciperentur.

V.

DE TARQVINIO PRISCO.*

1 Tarquinius postea Priscus, quamvis transmarinae
originis, regnum ultro petens accipit, ob industriam
atque elegantiam: quippe qui oriundus Corintho, grae-
2 cum ingenium italicis artibus miscuisset. Hic et sena-
tus maiestatem numero ampliavit, et centuriis tribus
auxit, quatenus Attius Navius numerum augeri prohi-

2. *Moenia muro amplexus est.* Hic moenia dicuntur pro quibuslibet aedificiis, vel pro ipsis urbibus quas operibus muniebant; murus autem est oppidorum ambitus et agger sine fossa. Vid. Varr. I, de Re Rust. c. 14; Caesar. Bell. Civ. II, c. 16; et inprimis not. 234, vol. VI, p. 118 nost. Virg., ubi vocem utramque perpendimus. At Florus dissentit a Livio, qui solum Ianiculum ab Anco circumdatum muro dicat, et ponte Sublicio Vrbi coniunctum. In quo, si fides habenda Dionysio quoque, erravit Florus, vel rem in maius, ut solet, auxit. Servium enim Tullium deinde septem montes uno muro amplexum auctor est Dionysius IV, 14. — *Tiberinum ponte commisit.* Id est ripas ponte commisit, coniunxit. Pro *Tiberium* autem Titze legit *Tiberim*, *Tiberinum* tantummodo pro deo fluminis accipi contendens, ut supra cap. 1: *Si quidem et Tiberinus amnem repressit.* — *Confinio.* Sive concursu.

* Cap. V. De Tarqvinio Prisco. Regnum cepit anno Romae 138, ante Christum natum 616, et regnavit annos 38. Historiam regis huius scribunt Liv. I, 35; Dionys. III, 59; Eutrop. I, 7; Victor de Viris Illustr. cap. 6; Val. Max. I, 4, 1; et III, 4, 2; Plin. XXXIII, 1 et 3; XXXV, 12; Lactant. II, 1; August. de Civit. Dei III, 15; lege quoque Rufum, Solinum, Eusebium et Suidam. Camers.

1. *Quamvis transmarinae originis.* Patre nimirum Demarato Corinthio natus: cuius praeter citatos Strabo libr. V et VIII meminit.

2. *Centuriis tribus auxit.* Id est, auxit centurias tribus aliis centuriis. Hic vero Livius manifeste Floro contradicens, simul explicat quomodo

bebat, vir summus augurio. Quem rex in experimentum 3
rogavit, «fierine posset, quod ipse mente conceperat?»
Ille rem expertus augurio, posse respondit. «Atqui hoc » 4
inquit « agitabam, an cotem illam secare novacula pos-
« sem ». Augur « Potes ergo » inquit; et secuit. Inde
Romanis sacer auguratus. Neque pace Tarquinius quam 5
bello promtior: duodecim namque Tusciae populos
frequentibus armis subegit. Inde fasces, trabeae, curu- 6

Florus in errorem venerit: *Nempe*, inquit Livius, I, 36, *Tarquinius equitem maxime suis deesse viribus ratus, ad Ramnes, Titienses, Luceres, quas centurias Romulus scripserat, addere alias constituit, suoque insignes relinquere nomine. Id quia inaugurato Romulus fecerat, negare Attius Navius, inclytus ea tempestate augur, neque mutare, neque novum constitui, nisi aves addixissent posse.... Neque tum Tarquinius de equitum centuriis quidquam mutavit. Numero alterum tantum adiecit, ut mille et octingenti equites in tribus centuriis essent. Posteriores modo sub iisdem nominibus, qui additi erant, appellati sunt, quas nunc, quia geminatae sunt, sex vocant centurias.* Scilicet per singulas tres centurias recens additi a Tarquinio equites sub iisdem nominibus appellabantur *Posteriores* seu *Secundi Ramnes, Titienses, Luceres*, quum illos priores appellarent *Primos Ramnes, Titienses, Luceres.* Atque ita auctor noster ex sententia multorum sui temporis hominum locutus est, quum traderet Tarquinium sex fecisse centurias, quod testabatur saltem ab illo centurias antiquas fuisse geminatas. Recentissimus autem nec non eruditissimus Titze in eamdem fere opinionem descendens, contendit tamen, hic Florum non *tribus* pro *centuriis* posuisse, sed profecto de tribubus populi loqui, ad quas et *priores* illae equitum centuriae, et post geminationem *posteriores* quoque, sub iisdem nominibus Ramnénsium, Titiensium, Lucerum adiectae, pertinebant; ita ut Florus dicat, Tarquinium ab Attio prohibitum quominus numerum tribuum augeret, centuriis saltem (scilicet geminatis) tribus auxisse.

4. *Atqui hoc, inquit, agitabam.... et secuit.* Aegre videmus Florum naenias istas laudantem, quae numquam ab Historico referendae sunt, nisi velut humanae infirmitatis amentiaeque testimonia.

5. *Neque pace.... quam bello promtior.* Non minus in bello promptus fuit, quam in pace. — *Tusciae populos.* Etrusci, sive Tusci, a Graecis *Tyrrheni* dicti, intra Apenninum, mare inferum, et Tiberim Macramque amnes consederant, duodecim urbibus, totidemque principatibus inter se constitutis. Ed. Delph.

6. *Fasces.* Magistratuum maiorum insignia: quae ipsis a lictoribus praeferebantur. His autem Romulum etiam usum fuisse, Livius I, 8, 2, innuit. Eusebius autem in Olymp. 26, Tullum Hostilium, primum Romanorum regum fasces habuisse asserit. Vide Aelianum Hist. anim. X, 22, 2. Freinsh. — *Trabeae.* Sunt vestes quae quasdam tamquam discolores pannorum trabes habebant. Suetonius docet

les, anuli, phalerae, paludamenta, praetexta; inde, quod aureo curru, quatuor equis triumphatur; togae pictae, tunicaeque palmatae; omnia denique decora et insignia, quibus imperii dignitas eminet.

duo trabearum fuisse genera, unum e sola purpura diis consecratum, alterum autem e purpura et cocco quod gerebant augures. Caeterum et ante Tarquinium Priscum in usu fuit trabea, nempe sub Romulo. Virg. Aen. VII, 612: *Ipse, Quirinali trabea, cinctuque Gabino Insignis, reserat stridentia limina consul.* ubi *Quirinali trabea* interpretatur regali veste, quali Romulus utebatur. Ed. Delph. — *Curules.* Erant sellae eburneae.—*Anuli.* De anulorum origine, et apud Romanos usu, prolixe Plinius XXXIII, 1, ubi vide. Atque ab initio quidem, triumphantes tantum, nec hi quidem omnes, aureis utebantur. Mox ad equestrem ordinem devenere. Apud Liv. XXIII, 12, 2, dicit Mago, bello Punico secundo: *Neminem nisi equitem, atque eorum ipsorum primores, id gerere insigne.* Inferioribus saeculis ingenuitatis nota erat; quique ius illud adepti erant, ut ingenui habebantur. — *Phalerae.* Ornamenta equorum, quibus, inter dona militaria, equites ob rem bene gestam donabantur. Lips. de Milit. Rom. V, 17, existimat etiam peditum dona, nec equorum solum, sed etiam hominum ornamenta fuisse, et ad pectus demissas pependisse. — *Paludamenta.* Haec appellatio ad varias vestes extenditur: propria tamen est imperatoriae dignitatis. Quod autem quidam tradunt etiam militum gregariorum saga *paludamenta* fuisse vocata, et lictores paludatos, cum imperatoribus ad bellum profectos, id refellit I. F. Gronovius ad Liv. XLI, 10.—*Praetexta.* Hac etiam Hostilium usum scribit Plinius IX, 39. Ita dicta est quod purpura esset praetexta. Hac utebantur pueri usque ad annum decimum septimum, qui annus tirocinii dicebatur.— *Togae pictae.* Triumphantium propriae, ex splendidiore purpura, variis Phrygiae artis pigmentis, et variis iconibus ad extimam et intimam utramque frontem elegantissime descriptae. — *Tunicae palmatae.* Has plerique easdem habent cum togis pictis; parum autem nobis constat ex Romanis scriptoribus, quid inter togam pictam et tunicam palmatam intersit. Immo simul gestari solitas indicat Livius XXX, 15, n. 6. Vide notas edit. nostr. Livianae, vol. III, p. 137 et 138; et vol. VI, p. 31.

VI.

DE SERVIO TVLLIO.*

Servius Tullius deinceps gubernacula Vrbis invadit; 1
nec obscuritas inhibuit, quamvis matre serva creatum: nam eximiam indolem uxor Tarquinii Tanaquil liberaliter educaverat; et clarum fore visa circa caput flamma promiserat. Ergo inter Tarquinii mortem, ad- 2
nitente regina, substitutus in locum regis, quasi ad tempus, regnum dolo partum sic egit industrie, ut iure adeptus videretur. Ab hoc populus Romanus relatus 3
in censum, digestus in classes, curiis atque collegiis

* Cap. VI. De Servio Tvllio. Regnum cepit anno Vrbis 176, ante C N. 578, regnavit annos 44. De rege isto scribunt Livius I, 41; Dionys. IV, 1, et plerique supra citati.

1. *Matre serva.* Et inde *Servio* nomen, inquit Dionys. dicto loco. Consentit cum Nostro Iuvenalis Sat. VIII, 258; Festus, in voce, *servorum dies festus erat*; praeter alios quibus accedere non vult Livius I, 39, 10. — *Liberaliter.* Ingenue scilicet. — *Visa circa caput flamma.* Historiam hanc scribunt Plinius II, 110, et XXXVI, 27; Cic. de Divin. I, 53; Val. Max. I, 6, 1; Liv. I, 39, 1; Dionys. IV, 2; Aurel. Victor. cap. 7; Servius ad Aeneid. II, 682: ubi Virgilius simile de Iulo fingit; quod repetit Claudian. IV Cons. Hon. 199; et Sidonius Apollin. Carm. II, 115; et de Masinissa tradit Silius lib. XVI, 118 sqq.; accidit hoc et L. Marcio duci exercituum Cornelianorum, de quo Liv. XXV, 39, 17; Valerius Maximus, I, 6, 2; item Salvidieno de quo Dio XLVIII, pag. 430. Fabinsn.

2. *Ad tempus.* Hic volunt *in* tempus.

3. *Censum.* Vide latius Dionys. IV, 19; et Liv. I, 42, 6. *Census* autem hic pro tabulis in quibus scribebantur quae quisque profitebatur; hae quidem vulgo dicebantur volumina *censualia* seu libri *censuales*. — *Curiis.* Iornandes *decuriis*, prave, inquit Salmasius. Errasse autem contendunt Florum Graevius, Perizonius et Dukerus; quum curias instituerit Romulus, nec *decuriae*, ut placet Iornandi, hic locum habeant. Legunt igitur ex emendatione Gronovii, *centuriis*. Nam, inquit Graevius, populum Romanum secundum possessionum et facultatum modum descripsit Servius in quinque classes, singulas vero classes in suas centurias. Hinc comitia centuriata, in quibus populus centuriatim conveniebat, et suffragia ferebat, quae Servius Tullius instituit; in his creabantur

distributus; summaque regis solertia ita est ordinata respublica, ut omnia patrimonii, dignitatis, aetatis, artium, officiorumque discrimina in tabulas referrentur; ac sic maxima civitas minimae domus diligentia contineretur.

VII.

DE TARQVINIO SVPERBO.*

1 Postremus omnium fuit regum Tarquinius, cui co-
2 gnomen *Superbo* ex moribus datum. Hic regnum avi-
tum, quod a Servio tenebatur, rapere maluit, quam

omnes magistratus maiores, ferebantur leges, pax bellumve iubebatur; itaque non potuit Florus praeterire tam celebrem populi divisionem in centurias, a quibus *centuriata comitia.* — *Collegiis.* Dissentiunt a Nostro Plutarch. Numa, cap. 33, et Plin. XXXIV, 1, et XXXV, 12, qui Numae institutum hoc tribuunt. Freinsh. — *Officiorum.* Scilicet munerum. — *Ac sic.* Vulgo *ac si:* sed Titze hic legi vult, ex MS. Nazar. cum Iornande et Freculpho, *ac sic.* Huius autem capitis ultima verba, haud indigna duxit quae verteret gallice Bossuet, *Discours sur l'Histoire universelle, I. partie, VII. époque: Servius Tullius, successeur de Tarquin, établit le cens.... par où cette grande ville se trouva réglée comme une famille particulière.*

* Cap. VII. De Tarqvinio Svperbo. A. V. 220, ante C. N. 534: regnavit annos 25. Huius gesta scribunt, Liv. I, 49, et deinceps; Dionys. IV, 48, et deinceps; Eutropius; Victor de Vir. Illustr. cap. 8; Accius in Bruto, cuius tamen paucula fragmenta hodie exstant. Freinsh.

1. *Superbo.* Cognominis huius rationem reddunt quidam quod insepultum socerum abiecerit. Nam et sic Horatius Carm. I, 29, de eo qui cadaveri inhumato terram iniicit, *vices superbas* imprecatur. Sed Livius non ob id solum, verum et ob alia multa eum hoc cognomen a Romanis accepisse scribit: scilicet ob libidinem, avaritiam, crudelitatem.

2. *Regnum avitum.* Indicat igitur Tarquinium hunc nepotem fuisse Prisci, quod et Dionysius IV, 1 et 48, expresse testatur. Sicut etiam Constantinus Manasses vers. 1664. Alii filium eius faciunt, inter quos Liv. I, 46, 4; I, 47, 2. Plutarch. Poplicol. cap. 21, filium an nepotem appellet, ambigit. Vide disputationem de hac re Laur. Vallae, praefixam notis in Livium. — *Non melius egit, quam acquisierat.* Montesquieu, *Grandeur et Décadence des Romains, chap. 1: Malheur à la réputation de tout prince*

exspectare; immissisque in eum percussoribus, scelere
partam potestatem non melius egit, quam acquisierat.
Nec abhorrebat moribus uxor Tullia, quae, ut virum 3
regem salutaret, super cruentum patrem, vecta car-
pento, consternatos equos egit. Sed ipse in senatum 4
caedibus, in omnes superbia, quae crudelitate gravior
est bonis, grassatus, quum saevitiam iam domi fatigas-
set, tandem in hostes conversus est. Sic valida oppida 5
in Latio capta sunt, Ardea, Ocriculum, Gabii, Suessa
Pometia. Tum quoque cruentus in suos: neque enim 6
filium verberare dubitavit, ut simulanti transfugam,
apud hostes hinc fides esset. Cui Gabiis, ut voluerat, 7

qui est opprimé par un parti qui devient le dominant, ou qui a tenté de détruire un préjugé qui lui survit!... Le portrait de Tarquin n'a point été flatté: son nom n'a échappé à aucun des orateurs qui ont eu à parler contre la tyrannie; mais sa conduite avant son malheur, que l'on voit qu'il prévoyait, sa douceur envers les peuples vaincus, sa libéralité envers les soldats, cet art qu'il eut d'intéresser tant de gens à sa conservation, ses ouvrages publics, son courage à la guerre, sa constance dans son malheur, une guerre de vingt ans qu'il fit faire au peuple Romain sans royaume et sans biens, ses continuelles ressources font bien voir que ce n'était pas un homme méprisable.

3. *Super cruentum patrem.* Cuius quidem immanitatis exemplum legimus apud Iustin XLI, 6, 5. Tulliae facinus praeter Dionysium et Liv. recenset etiam Valer. Max. IX, 11, 1; et Ovid. Fast. VI, 603.

5. *In Latio.... Ardea, Ocriculum,* etc. Dispar est *Ocriculi*, et aliarum urbium quas hic memorat Florus, ratio. Nam hae in Latio, saltem adiecto fuerunt: atque etiam Plinius III, 9, Ardeam et Suessam Pometiam expressis verbis in Latio et quidem antiquo ponit. At *Ocriculum* in Vmbria, ubi Nar flumen Tiberi miscetur, locat Strabo V, pag. 227. *Latinorum* nomen etiam interdum Italicis tribui certum est: sed quaerendum est an *Latii* nomine ita comprehendantur urbes extra *Latium* sitae, ut Latinorum nomine interdum Italici extra Latium.

6. *Neque enim filium.* Hanc historiam, praeter citatos supra, lege apud Val. Max. VII, 4, 2; Plin. XIX, 8; Frontin. I, 1, 4; et III, 3, 3. Simile strategema Zopyri apud Iustinum, I, 10, 15; quod Megabyso adscribit Ctesias.

7. *Cui Gabiis,* etc. Salmasius legit *cui Gabios.* At ex codice Rickiano offerente *cui a Gabiis,* Graevius restituit *cui a Gabinis.* Sunt etiam qui reponant *Gabios* pro *Gabiis.* At se *Gabiis recipere* non minus est probum quam *Gabios.* Is est autem huius loci ordo: Qui quum receptus esset Gabiis (ut pater voluerat), et consuleret eum per nuntios quid fieri

recepto, atque per nuntios consulenti «quid fieri
«vellet» eminentia forte papaverum capita virgula
excutiens, quum per hoc interficiendos esse principes
8 intelligi vellet, quae superbia! sic respondit. Tamen de
manubiis captarum urbium templum erexit, quod
quum inauguraretur, cedentibus caeteris deis (mira
9 res dictu!) restitere Iuventas et Terminus. Placuit va-
tibus contumacia numinum, siquidem firma omnia et
aeterna pollicebantur. Sed illud horrendum, quod
molientibus aedem in fundamentis, humanum repertum
est caput; nec dubitavere cuncti, monstrum pulcher-
rimum imperii sedem, caputque terrarum promittere.
10 Tamdiu superbiam regis populus Romanus perpessus
est, donec aberat libido: hanc ex liberis eius impor-

vellet, ille sic respondit: virga prostravit capita eminentia papaverum, (quae superbia!) quum per hoc vellet intelligi primores Vrbis interficiendos esse. Vt autem *superbum* se gerebat Tarquinius, id est, crudelem et immanem, quum omnes Gabiorum primores interfici iuberet, sic quoque astutum, quum huic nuncio, quia dubiae fidei videbatur, nil responderet voce: ita ut Florus pariter exclamare potuerit, aut *quae superbia*, aut *quae astutia!*

8. *De manubiis.* Manubiae sunt pecuniae ex praedae venditione collectae. Dionys. IV, 57; Liv. I, 53, 3; Tacit. Hist. III, 72, 6, unius Suessae Pometiae spoliis id factum asserunt. Ea autem spolia quum vix ad fundamenta suffecerint (ut Livius quidem computat), Florus autem de erecto templo loquatur, consulto plures urbes dixit. Conditionem porro Capitolii alii Tarquinio Prisco tribuunt: Eusebius etiam Numae Pompilio. — *Inauguraretur.* Id est, sacrum ex profano fieret. — *Cedentibus caeteris deis.* Nempe quum inauguratum fuit hoc templum Iovis, exaugurata fuerunt templa deorum quae ibi erant, *ut libera a caeteris religionibus area esset tota Iovis, templique eius quod inaedificaretur*, ut Livius I, 55, et Servius Aeneid. IX, 448. Hoc veteres dicebant *liberare locum.* Porro fanorum exauguratio avibus decernebatur; *cesserunt* igitur omnes dii, quia eorum omnium sacellorum exaugurationes admiserunt aves. At restitere Iuventas Terminusque, id est quod non eorum fanorum exaugurationem aves admiserunt.

9. *Sed illud horrendum quod humanum repertum est caput.* Caput *Toli* cuiusdam inventum, et inde Capitolium nominatum ex monumentis vetustorum refert Arnobius contra gentes VI, pag. 243. Scaliger autem ad Varronem de Lingua Latina, p. 467, fabulam ad nobilitatem gentis excogitatam et a Romanis Capitolium appellatum fuisse scribit, quam Graeci

tunitatem tolerare non potuit. Quorum quum alter 11
ornatissimae feminae Lucretiae stuprum intulisset, ma-
trona dedecus ferro expiavit. Imperium tum regibus
abrogatum.

VIII.

ANACEPHALAEOSIS DE SEPTEM REGIBVS. *

Haec est prima aetas populi Romani, et quasi infan- 1
tia, quam habuit sub regibus septem, quadam fato-
rum industria, tam variis ingenio, ut reipublicae ratio
et utilitas postulabat. Nam quid Romulo ardentius ? 2
tali opus fuit, ut invaderet regnum. Quid Numa religio- 3
sius ? ita res poposcit, ut ferox populus deorum metu

ἄκραν dicebant, quia esset κορυφὴ τῆς πόλεως; et sic Vossius in Etymolog. Idque vero similius est vulgata narratione, quam fabulae propiorem esse manifestum est. — *Monstrum.* Saepe *monstrum* nihil aliud est quam *monitum.* Nam, ait Cic. de Div. I, *quia ostendunt, portendunt,* monstrant, *praedicant, ostenta, portenta,* monstra, *prodigia dicuntur.* Virg. Aen. III, 306: *Vt me conspexit venientem, et Troia circum Arma amens vidit: magnis exterrita monstris, Deriguit visu in medio.*

10. *Hanc... importunitatem tolerare non potuit.* Cuius quidem intolerantiae mire rationem invenit noster Montesquieu, *Grand. et Décad. des Romains: Son fils* (de Tarquin) *en violant Lucrèce, fit une chose qui a presque toujours fait chasser les tyrans d'une ville où ils ont commandé: car le peuple, à qui une action pareille fait si bien sentir sa servitude, prend d'abord une résolution extrême. Importunitas* autem ea est quae alios quiescere non sinit, et hic pro *tyrannide* sumitur, ut capite sequenti *importuna dominatio.*

* Cap. VIII. Anacephalaeosis. Quintil. Instit. Orat. VI, 1, 1: *Rerum repetitio et congregatio quae dicitur Graece ἀνακεφαλαίωσις, a quibusdam Latinorum* enumeratio. *Recapitulationem* dixerunt posteriores. Haec vox autem non est a Floro, sed ab his qui titulos singulis capitibus apposuerunt.

1. *Quadam fatorum industria.* Saint Évremond, *Réflexions sur les Romains, chap.* 1: *Pour ces talents divers et singuliers qu'on attribue à chacun des rois de Rome par une mystérieuse providence, il n'est arrivé en eux que ce qui est arrivé auparavant à beaucoup de princes. Rarement on a vu le successeur avoir les qualités de celui qui l'avait précédé... et il est ridicule de faire une espèce de miracle d'une chose si ordinaire.*

2. *Ardentius.* Bene : nec quidem

4 mitigaretur. Quid ille militiae artifex Tullus? bellatoribus viris quam necessarius, ut acueret ratione virtutem! Quid aedificator Ancus? ut Vrbem colonia extenderet,
5 ponte iungeret, muro tueretur. Iam vero Tarquinii ornamenta et insignia quantam principi populo addi-
6 derunt ex ipso habitu dignitatem! Actus a Servio census quid effecit, nisi ut ipsa se nosset respublica? Postremo Superbi illius importuna dominatio nonnihil, immo vel plurimum profuit: sic enim effectum est, ut agitatus iniuriis populus, cupiditate libertatis incenderetur.

IX.

DE MVTATIONE REIPVBLICAE.*

1 Igitur Bruto Collatinoque ducibus et auctoribus, quibus ultionem sui moriens matrona mandaverat,

audentius, ut quidam frustra legere volunt. Nempe *ardens* est concitatus, vehemens, strenuus, urgens propositi.

4. *Militiae artifex.* Hic enim, ut supra dicitur, omnem disciplinam militarem artemque bellandi condidit. — *Vt acueret ratione virtutem.* I. e. ut virtutem insitam disciplina militari augeret, et efficaciorem redderet.

* Cap. IX. De mvtatione reipvblicae. Anno Vrbis conditae 245, ante Christum natum 509.

1. *Bruto.* Cognomentum hoc traxit a simulata stultitia, quum verum ei nomen L. Iunio esset. — *Collatino.* Egerii, qui Tarquinii Prisci fratris filius erat, filium facit Liv. I, 57; nepotem Dion. Halic. IV, 57. — *Bona diripit, agrum Marti suo consecrat.* Rollin, *Traité des Études*, *vol. III, part.* 3: *Tout le peuple, qui avait pris part au pillage des biens du roi, comprit qu'il ne pouvait trouver l'impunité que dans une résistance inflexible.* Martem vero *suum* vocat populus Romanus, quia Romulum, Vrbis conditorem, genuisse habebatur. —*Mutato tamen nomine et iure.* Edit. P. habet et *indice, et nomine;* libri fere omnes, *iudice:* quidam, *mutato et iure et nomine.* Nos autem cum Graevio ex vetere codice vulgatam lectionem restituendam censuimus. De re autem: *Il ne faut pas croire que l'établissement des consuls fût une idée nouvelle que fit naître tout-à-coup la nécessité du moment. Le sénat l'avait*

populus Romanus ad vindicandum libertatis ac pudicitiae decus, quodam quasi instinctu deorum concitatus, regem repente destituit, bona diripit, agrum Marti suo consecrat, imperium in eosdem libertatis suae vindices transfert, mutato tamen nomine et iure. Quippe 2
ex perpetuo annuum placuit, ex singulari duplex, ne potestas solitudine vel mora corrumperetur; *consules*que appellavit pro regibus, ut consulere se civibus suis debere meminissent. Tantumque libertatis novae gau- 3
dium incesserat, ut vix mutati status fidem caperent; alterumque ex consulibus, tantum ob nomen et genus regium, fascibus abrogatis, Vrbe dimitterent. Itaque 4
substitutus Valerius Poplicola, ex summo studio ad-

eue long-temps auparavant, et avait tâché de la faire adopter après l'interrègne qui suivit la mort de Romulus: il avait même eu l'adresse de la suggérer à Servius, qui après avoir, par ses lois sur les assemblées, réduit de fait le pouvoir du peuple, voulait abdiquer, et établir une république avec deux magistrats annuels. Ferrand, *Esprit de l'histoire, Lettre XIII.* Hae de re vide etiam Vertot, *Révolutions Romaines, livre I*, qui hanc quoque sententiam profert ex Dionysio IV.

2. *Solitudine.* Sallust. Cat. 6, in fine: *Annua imperia, binosque imperatores sibi fecere: eo modo minime posse putabant per licentiam insolescere animum humanum.* — *Mora corrumperetur.* Verum enim est illud Mamerci apud Liv. IV, 24, 5: *Maximam libertatis custodiam esse, si magna imperia diuturna non essent; et temporis modus imponeretur, quibus iuris imponi non posset.* — *Consules.* De appellationis huius ratione eadem cum Nostro allegant Varro apud Nonium voce *Consules*, libr. 2, §. 16; Cic. de Leg. III, 3, et de Orat. II, 39; Vossius autem in Etymologico h. v. emendat apud Nonium, *quod consulerent senatum*, pro vulgato *senatui*; inde consules appellatos fuisse contendens.

4. *Poplicola.* Ita scribendum contendunt Sigon. ad Liv. II, 8; et Pigh. ad A. V. 244, cum ratione etymi, tum propter auctoritatem Plutarchi ac Dionysii. Turnebus autem Advers. XXX, 28, existimat lenius et concinnius scribi *Publicola.* Nam et *Publicus*, inquit, ex *populicus*, et *Publius* ex *populius* facta sunt mansuetiore sono. — *Fasces.... submisit.* Inde *submittere fasces alicui* dictum est pro cedere, se minorem gerere. Cic. de Claris Orat. *Quum enim in maximis caussis versatus esses, et quum tibi aetas nostra iam cederet, fascesque submitteret.* — *Ius provocationis.* Legem hanc Antonius apud Cicer. de Orat. II, 48, *patronam civitatis, ac vindicem libertatis vocat.* Ea enim effectum est, ne consul pro arbitrio in quemvis, ex odio forte, aliave iniusta caussa, animadvertere posset, sed ubi populus comprobasset. Freinsh.

nixus est ad augendam liberi populi maiestatem. Nam et fasces ei pro concione submisit, et ius provocationis adversus ipsos dedit; et, ne specie arcis offenderet,
5 eminentes aedes suas in plana submisit. Brutus vero favori civium etiam domus suae clade et parricidio velificatus est. Quippe quum studere revocandis in Vrbem regibus liberos suos comperisset, protraxit in forum, et concione media virgis cecidit, et securi percussit: ut plane publicus parens in locum liberorum adoptasse
6 sibi populum videretur. Liber iam hinc populus Romanus prima adversus exteros arma pro libertate corripuit; mox pro finibus; deinde pro sociis; tum pro gloria et imperio, lacessentibus assidue usquequaque
7 finitimis. Quippe cui patrii soli gleba nulla, sed statim hostile pomoerium, mediusque inter Latium et Tuscos, quasi in quodam bivio collocatus, omnibus portis in
8 hostem incurreret: donec, quasi contagione quadam, per singulos itum est; et, proximis quibusque correptis, totam Italiam sub se redegerunt.

5. *Velificatus est.* Translative, id est, favorem civium captavit, aucupatus est. Cic. I de Lege Agrar. 27: *Quod si quis vestrum spe ducitur, se posse turbulenta ratione honori suo velificari, primum me consule id sperare desistat.* — *Vt plane publicus parens in locum liberorum adoptasse sibi populum videretur.* Quam quidem sententiam imitatus est noster Voltaire, *Brutus, act. V, sc.* 8:

Allons, que les Romains dans ces moments affreux
Me tiennent lieu du fils que j'ai perdu pour eux.

Quidam autem iure suspicantur, Brutum in damnando filio, non minus famae, quam patriae, consuluisse, ita ut de eo recte exclamasse Virgilius videatur, Aeneid. VI, 323: *Vincet amor patriae, laudumque immensa cupido!* Vide vol. VII, pag. 650 edition. nost. Virgil. *Paraphrases de Virgile;* Iunius Brutus. Ed. P.

6. *Lacessentibus.... finitimis.* Hi sunt finitimi de quibus Montesquieu, *Grandeur et Décad. des Rom. ch.* 1: *Ils aimaient passionément la guerre, et furent ses maîtres* (de Rome) *en fait d'opiniâtreté.*

7. *Quippe cui.... mediusque*, etc. Scilicet, quippe cui patrii soli nulla erat gleba, sed statim hostile pomoerium: quippe medius, etc. Extenuat auctor non tam historico more, quam oratoria licentia, ut maior inde admiratio oriatur. Iam enim sub tot regibus, et omnibus, praeter Numam, bellatoribus, aliquantum agri acquisiverant Romani. Freinsh.

X.

BELLVM ETRVSCVM REGI PORSENAE.*

Pulsis ex Vrbe regibus, prima pro libertate arma 1
corripuit. Nam Porsena, rex Etruscorum, ingentibus
copiis aderat, et Tarquinios manu reducebat. Hunc 2
tamen, quamvis et armis et fame urgeret, occupato-
que Ianiculo, ipsis Vrbis faucibus incubaret, sustinuit,
repulit; novissime etiam tanta admiratione perculit,
ut superior ultro cum paene victis amicitiae foedera
feriret. Tunc illa romana prodigia atque miracula, 3
Horatius, Mucius, Cloelia: quae, nisi in annalibus forent,
hodie fabulae viderentur. Quippe Horatius Cocles, 4
postquam hostes undique instantes solus submovere
non poterat, ponte reciso, transnatat Tiberim, nec

* Cap. X. Bellvm Etrvscvm. A. V. 245, ante C. N. 509, coss. P. Valerio Poplicola, et M. Horatio Pulvillo. Hoc bellum scribunt Liv. II, 10; Dion. V, 21; Aurelius Vict. de Vir. Illustr. cap. 11 et 12; Eutrop. I, 2; Plutarch. in Parall.; August. de Civit. Dei, II, 18; Silius X, 482 sqq.; Virg. Aen. VIII, 646: et alii passim. Camers.

1. *Corripuit*. Nempe populus Romanus. Animadvertendum autem hoc loco, et multis aliis supra infraque, apud Florum subjectum illud subaudiri, sicut infra sub fine historiae, *Caesar Augustus*. Frustra autem ex eo quidam colligere volunt, Florum libros suos, uno tenore, non per capita composuisse. — *Porsena*. Libri plures et edd. *Porsenna*, ut Virg. Aeneid. VIII, 645. Horatius autem, Epod. XVI, 4, Silius, VIII, 389, et Martialis XIV, XCVIII, 2, habent *Porsena*, media brevi. Graeci quoque unum ν tantummodo. Plutarch. Poplic. Πορσήνας.

2. *Faucibus incubaret*. E propinquo premeret et urgeret, quemadmodum qui faucibus ita apprehenduntur, ut propemodum strangulentur. Ita Sallust. Catilin. 52: *Catilina cum exercitu faucibus urget*.

4. *Cocles*. Coclites appellati sunt veteribus qui unum oculum haberent, sine discrimine, utrum ita nati essent, an deinde alterum oculum casu amisissent. Vide Varr. de Lingua Latin. VI, p. 77; Servium in Virg. Aeneid. VIII, 650; Dionys. Halic. V, 23; et Plutarch. Poplic. — *Ponte reciso*. Sublicium intelligit, atque Romanis hoc Coclitis periculo monitis, religiosum fuit, inquit Stadius, posthac eumdem pontem non ex alia materia, quam ex ligno construere.

5 arma dimittit. Mucius Scaevola regem per insidias in castris ipsius aggreditur; sed, ubi frustrato circa purpuratum eius ictu, tenetur, ardentibus focis iniicit
6 manum, terroremque geminat dolo. «Vt scias, inquit, «quem virum effugeris, idem trecenti iuravimus»: quum interim (immane dictu!) hic interritus, ille trepidaret, tamquam manus regis arderet. Sic quidem
7 viri. Sed ne quis sexus a laude cessaret, ecce et vir-

5. *Scaevola*. Mucius Cordus dicebatur, sed postea ob cladem dextrae quam focis iniecerat, ita dictus est a Graeco σκαῖος, qui tantum sinistra manu utitur. — *Frustrato ... ictu*. Sic plane Riekianus cum vett. pluribus codd.; et rectius quam omnes alii, quos Salmasius evolvit. *Frustrato* enim hic passive dicitur, ut crebrum est apud Veteres: nempe, se ipse frustratus et errans, ictum, non in regem, sed in purpuratum eius, quem regem esse credebat, direxit. — *Purpuratum*. *Scribam* vocat Livius II, 12,, 7, et Sidon. Carm. V, 28. Dionys. etiam V, 28, vocat γραμματέα. — *Dolo*. Dum scilicet simulat trecentos iuravisse. Livius nullam doli mentionem facit, sed id quasi verum tradit.

6. *Quem virum...trecenti iuravimus*. Hunc locum multum solicitaverunt commentatores: quid enim hoc ad aestimationem viri, trecentos, an plus minusve, habeat socios? Idcirco pro *quem virum*, alii coniecerunt *quam parum*, alii *quam vix*, etc. Dukerus autem nil mutans, tantummodo sic hunc locum distinguit: *Ut scias, inquit, quem virum effugeris. Idem trecenti iuravimus*. Nempe, inquit, Florus duo dixerat: Primum, *ardentibus focis iniicit manum*; deinde, *terrorem geminat dolo*. His duo alia subiicit quae praecedentibus respondeant: priori, *ut scias quem virum effugeris*; quasi dicat, hoc ideo facio, ut scias cuius manus hominis evaseris; posteriori, *idem trecenti iuravimus*, nempe ut tuum caput peteremus, ita terrorem regis geminans. Minime dubium quin ea fuerit Flori sententia; et ita hunc locum intellexisse et distinxisse videtur Montaigne, *Essai, liv. I, chap.* 40, ubi Mucii facinus his verbis refert: *Chascun sait l'histoire de Scevola, qui, s'estant coulé dans le camp ennemy pour en tuer le chef, et ayant failly d'attaincte, pour reprendre son effect d'une plus estrange invention, et descharger sa patrie, confessa à Porsenna, qui estoit le roy qu'il vouloit tuer, non seulement son desseing, mais adiousta qu'il y avoit en son camp un grand nombre de Romains complices de son entreprinse, tels que lui: et, pour montrer quel il estoit, s'estant faict apporter un brasier, veit et souffrit griller et rostir son bras, iusqu'à ce que l'ennemi mesme en ayant horreur, commanda oster le brasier.* — *Tamquam manus regis arderet*. In haec verba quasi inepta omnes invehuntur commentatores. Perizonius uncis includit, ut delenda. Et certe quidem valde frigent, praesertim vox *regis*.

7. *Sed ne quis sexus a laude cessaret*. Si plures essent sexus, inquit Sal-

ginum virtus. Vna ex obsidibus regi data, elapsa cu-
stodiam, Cloelia, per patrium flumen equitabat. Et 8
rex quidem, tot tantisque virtutum territus monstris,
valere, liberosque esse iussit. Tarquinii tamdiu dimi-
caverant, donec Aruntem, filium regis, manu sua Bru-
tus occidit, superque ipsum mutuo vulnere exspiravit;
plane quasi adulterum ad inferos usque sequeretur.

XI.

BELLVM LATINVM.*

Latini quoque Tarquinios asserebant aemulatione 1
et invidia: ut populus, qui foris dominabatur, saltem

masius, haberet quo se defenderet haec scriptura: sed quum tantum duo sint, et de virili iam dixerit, parum apte *ne quis sexus*. Inde quidam ex Iornandis codice legere voluerunt *sed ne sexus alter*; alii autem *sed ne quid sexus*, etc... quae quidem ultima lectio iure reprehendi potest, quum *sexus*, pro muliebri sexu, non dici soleat. Nos autem, quaecumque coniiciat Salmasius, in consensu omnium fere codd., vulgatam lect. tuemur, arbitrati *quis* de duobus recte dici. Phaed. Fab. III, 13, 11: *Apertum est, quis non possit, aut quis fecerit.*

8. *Plane quasi adulterum... sequeretur.* Ista verborum circuitione Florus subindicare videtur, Aruntem Tarquinium Lucretiae vim intulisse, quum tamen omnes Sextum vocent. Praeterea, ex Plutarcho in Poplic.; Dionysioque Halic., et Livio, constat hanc Bruti Aruntisque caedem non multo post exactos reges, et antequam Porsena urbem obsideret, accidisse. Haec de veritate historica: ut autem de stylo loquamur, ultimam hanc sententiam minime cum Graevio reprehendemus, quasi frigide declamatoriam; at contra laudabimus: hoc unum concedentes, illam forsan magis poetam, quam historicum, decere.

* Cap. XI. Bellvm Latinvm. A. V. 258, ante C. N. 496, coss. A. Postumio Regillensi, et T. Virginio Tricosto. Historiae huius auctores sunt Liv. II, 19; Dionys. VI, 2; Plutarch. Coriol. cap. 3; Val. Max. I, 8, 1; Aur. Vict. de Vir. Illustr. 16; Lactantius II, 8; Eutrop. I, 11; Oros. II, 13. Camers.

1. *Asserebant.* Asserere est proprie in libertatem vindicare; et optime eo usus est Florus, quum Tarquinii regno pulsi ad servitutem redacti viderentur. — *Latium.* Dividitur Latium in *antiquum* et *novum*: *antiquum* a Tiberi ad Circeios; *novum* hinc ad Lirim flumen,

domi serviret. Igitur omne Latium, Mamilio Tuscu-
2 lano duce, quasi in regis ultionem, tollit animos. Apud
Regilli lacum dimicatur diu, Marte vario, donec Po-
stumius ipse dictator signum in hostes iaculatus est:
novum et insigne commentum, uti peteretur cursu.
3 Cossus equitum magister exuere frenos imperavit (et
4 hoc novum), quo acrius incurrerent. Ea denique atro-
citas fuit praelii, ut interfuisse spectaculo deos Fama
tradiderit duos in candidis equis: Castorem atque
Pollucem nemo dubitavit. Itaque et imperator vene-
ratus est, pactusque victoriam templa promisit; et
reddidit, plane quasi stipendium commilitonibus diis.

2. *Regilli lacum*. Regilli lacum ad Algidi nemoris ingressum ponit Florus: alii in Latio, ali in agro Tusculano. Quidam autem pro *Regilli lacum*, legunt *Regillum lacum*. Sed eiusdem modi dicit *Regilli lacum* Aurel. Vict. cap. 16, quemadmodum infra II, 6, 18, *torrens Vergelli*; et alia huiusmodi apud alios. — *Signum... iaculatus est*. Signum deseruisse summum militiae flagitium erat, et propterea maximum ad pugnandum incitamentum signa iecisse in hostes, quod saepius tentatum Romanis prospero eventu. — *Uti peteretur cursu*. Quidam hoc loco delendum censent *cursu*; Freinshemius autem legi vult *rursus*.

3. *Cossus*. Hunc Livius T. Aebutium vocat, alii Spurium Cassium. — *Exuere frenos*. Simile exemplum invenitur apud Valerium Maximum, III, 2, 9; et apud Livium, XL, 40, 5: ubi dicit: *Id Romanos equites saepe cum magna laude fecisse sua, memoriae proditum est*.

4. *Ut interfuisse deos... nemo dubitavit*. Hunc locum ita Dukerus distinguit, *ut interfuisse deos fama tradiderit; duos candidis in equis, Castorem atque Pollucem, nemo dubitavit*. De re autem recte hic reprehenditur Florus qui in historiam et seriam narrationem deos et heroas, tamquam in tragoedia, ex machina inducat. Optimum sane, si apud Homerum, Iliad. E, 409, Tydides in certamine viderit Martem in caedes agentem Hectora, et ab eo arcentem vulnera:

Τῷ δ' αἰεὶ πάρα εἷς γε θεῶν ὅς λοιγὸν
ἀμύνει,
Καὶ νῦν οἱ πάρα κεῖνος Ἄρης βροτῷ
ἀνδρὶ ἐοικώς.

Optimum etiam, apud nostrum Racine, *Phèdre, act. V, sc. 6*, si dum Hippolytus, curru dejectus, lorisque impeditus, per saxa et vepres distraheretur, Theramenes viderit deum quemdam furentes equos stimulis urgentem:

On dit qu'on a vu même, en ce désordre affreux,
Un dieu qui d'aiguillons pressait leurs flancs poudreux.

Haec autem omnia parum historicum decent. Praeterea dum nimius est in exornanda fabula, forsan inepte me-

Hactenus pro libertate: mox de finibus cum eisdem
Latinis assidue, et sine intermissione pugnatum est.
Sora (quis credat?) et Algidum terrori fuerunt; Satri- 6
cum atque Corniculum provinciae. De Verulis et Bovillis 7
pudet; sed triumphavimus. Tibur nunc suburbanum,
et aestivae Praeneste deliciae, nuncupatis in Capitolio
votis, petebantur. Idem tunc Faesulae, quod Carrae 8

morat stipendium quod ex aetate nondum constitutum militibus.

6. *Sora (quis credat?)* etc... Hoc loco se dignum gessit Florus qui laudaretur a nostro Montesquieu, *Essai sur le goût*, his verbis: *Quand Florus dit*: Sore et Algide, qui le croiroit! nous ont été formidables; Satrique et Cornicule étaient des provinces: nous rougissons des Boviliens et des Véruliens, mais nous en avons triomphé: enfin Tibur notre faubourg, Préneste où sont nos maisons de plaisance, étaient le sujet des voeux que nous allions faire au Capitole; *cet auteur, dis-je, nous montre en même temps la grandeur de Rome, et la petitesse de ses commencements, et l'étonnement porte sur ces deux choses.* Variam autem emisit sententiam Laharpe de hoc loco, quem quidem paullulum carpit, nec iure, ut nobis videtur, his verbis: *Cette figure est trop prolongée et trop oratoire. (Trad. de Suétone, Disc. prélim.)*. De Sora autem, haec urbs Volscorum erat in via Appia, quae ad Samnites defecerat. — *Algidum*. Oppidum Aequorum, non procul a Tusculo, in alto monte situm. Est et mons *Algidus* qui distat ab urbe stadiis 100, et Silva *Algida*, in cuius ingressu est *Regillus lacus*. Stadivs, ex Livio III, 25, et deinceps. — *Satricum*. Vrbs Antiatum in Latio. — *Corniculum*. Vrbs alia in Latio. — *Verulis*. *Verulae* idem est quod Verulanum Latii oppidum in Hernicis, non longe ab Vrbe. — *Bovillis*. Bovillae et hodie notae. Exstant tenuis istius municipii reliquiae, circiter medium ab Vrbe lapidem in via Appia. Pontanvs.

7. *Tibur*. Ad vigesimum ab Vrbe lapidem, ubi divites Romani praedia habuere, in quibus aestivo praecipue tempore commorabantur, propter aëris ibi temperantiam. — *Aestivae Praeneste deliciae*. Vrbs Praeneste distat a Roma in ortum stadiis ducentis: eius situs a Strab. V describitur. *Aestivas* autem *delicias* hanc urbem Florus vocat, quia ibi Romani per aestatem, immodicos solis ardores vitandi caussa, secedere solebant.

8. *Faesulae*. Cluverius, Italiae antiquae lib. II, p. 510, ineptum auctorem nostrum arguit, quod commemorationi rerum Latinarum, Faesulas, Etruscam urbem, misceat. Non hic pro defensione Nostri afferre possumus, quod supra 7, 4, de Volscis, Aequis et Hernicis, qui quidem, si non antiquo Latio includebantur, at saltem novo, sive adiecto. Faesulas autem neque in novo, neque in antiquo Latio nullus unquam scriptor connumeravit. — *Carrae*. Vrbs Mesopotamiae, sic nominata a *Carrhae*, Syriae flumine. Hic autem Florus de clade Crassi loquitur. — *Nemus Aricinum*. Hoc nemus in Latio est, quatuor millia passuum ab Aricia distans. — *Her-*

nuper: idem nemus Aricinum, quod Hercynius saltus: Fregellae, quod Gesoriacum: Tiberis, quod Euphrates.
9 Coriolos quoque, proh pudor! victos adeo gloriae fuisse, ut captum oppidum Caius Marcius Coriolanus, quasi
10 Numantiam aut Africam, nomini induerit. Exstant et parta de Antio spolia, quae Maenius in suggestu fori, capta hostium classe, suffixit: si tamen illa classis; nam sex fuere rostratae. Sed hic numerus illis initiis
11 navale bellum fuit. Pervicacissimi tamen Latinorum Aequi et Volsci fuere, et quotidiani, ut ita dixerim,
12 hostes. Sed hos praecipue Lucius Quinctius domuit, ille dictator ab aratro: qui obsessa ac paene iam capta Marci Minucii consulis castra egregia virtute servavit.
13 Medium erat tempus forte sementis, quum patricium virum innixum aratro suo lictor in ipso opere deprehendit. Inde in aciem profectus, ne quid a rustici operis imitatione cessaret, victos more pecudum sub

cynius saltus. In Germania est: dierum sexaginta iter occupare dicitur. Hic Florus loquitur de bello Gallico, et de Germanis quos Caesar, per Hercynias sylvas secutus, fugavit. Ed. Delph. — *Fregellae*. Oppidum Latinorum, non procul a Liri amne. — *Gesoriacum*. Quod fuit portus Morinorum in Gallia Belgica, nunc vero *Caletum* (*Calais*), ut est opinio, dicitur. Alii malunt *Soiacum* esse iuxta Audomari fanum.

9. *Coriolos... victos*. Scripti nonnulli habent *Coriolus... victus*. Corioli autem erant Italiae urbs, Volscorum metropolis. — *Caius Marcius*. Liv. Cnaeum Marcium vocat; Dionysius autem Halic. Plutarchusque cum Nostro *Caium*. — *Nomini induerit*. Ita probatissimi codices, pluresque MSS. Quidam autem quos inter Graevius Dukerusque respuunt *nomini*, reponentes *nomen*, quum, inquiunt, omnino insolens sit illa phrasis, *oppidum nomini induere*.

10. *Antio*. Volscorum, in Latio portus. — *Suggestu fori*. Suggestus fori est locus editior in foro, unde ad populum verba fiebant. Antiatum rostratis navibus ornatus fuit, unde *rostra* vocatus. Et inde patet rostra et suggestum idem esse. Ed. Delph.

12. *Lucius Quinctius*. Lucius Quinctius Cincinnatus. Sed hoc capite iungit Florus quae longo intervallo distant. Nam L. Quinctius Volscos domuit anno Vrbis 294, ante C. N. 460, quo tempore bellum Etruscum, de quo capite sequenti, iamdiu finem ceperat. — *Marci Minucii*. Livio dicitur *Lucius* Minucius; Aurelio Victori *Quinctius*.

iugum misit. Sic expeditione finita, rediit ad boves 14
rursus, triumphalis agricola. Fidem numinum! qua 15
velocitate! inter quindecim dies coeptum peractumque bellum: prorsus ut festinasse dictator ad relictum opus videretur.

XII.

BELLVM CVM ETRVSCIS, FALISCIS ET FIDENATIBVS.*

Assidui vero et anniversarii hostes ab Etruria fuere Veientes; adeo ut extraordinariam manum adversus eos
promiserit, privatumque gesserit bellum gens una Fa- 1

13. *Sub iugum.* Liv. III, 28, 13: *Tribus hastis iugum fit, humi fixis duabus, superque eas transversa una deligata.*

15. *Prorsus ut festinasse... videretur.* Non modo haec, inquit Titze, nihil addunt gravitati praecedentis expositionis, sed, quantum equidem sentio, multum demunt: exercitamentum rhetoricum cernis, etc... Nos autem hic omnino ab eruditissimo Titze dissentimus; et haec verba minime gravitati praecedentis expositionis contraria iudicamus. Saepe fit quidem, ut Florus tumore poetico elatus, in *exercitamenta rhetorica* abripiatur: sed hoc loco nobis intra fines veri et pulchri se continuisse videtur. Quippe in civitate, ubi tam claris paupertas nobilitata fuit exemplis, ubi Regulus ille, ut apud Livium videmus, consul creatus Punico bello, imperium recusabat, nempe quia servus, colendo agello praepositus, ablato rustico instrumento, aufugerat, quid tam insolens, alium occurrere *triumphalem agricolam*, qui bellum peragere festinaverit, nempe ut *ad relictum opus reverteret?*

* Cap. XII. Bellvm cvm Etrvscis, etc. Hoc caput annos 85 continet. Nam bellum Etruscum in se recepere Fabii A. V. 275, ante C. N. 479, Falisci se dedidere A. V. 360, ante C. N. 394, secundo anno post Veios captos. Historiam autem Fabiorum scribunt Liv. II, 48, 50; Dionys. IX, 17; Eutrop. I, 11; Oros. II, 6; Aurel. Victor de Vir. Illustr. cap. 14; Ovid. Fast. II, 195; Silius II, 3, et VII, 40. Vide etiam Servium ad Aeneid. VI, 846. Camers.

1. *Privatum.* Privato sumtu et milite, ut Fabius cos. apud Livium II, 48: *Nostrum id nobis velut familiare bellum, privato sumtu gerere in animo est. Respublica et milite illic, et pecunia vacet.*

2 biorum. Satis superque idonea clades. Caesi apud
Cremeram trecenti, patricius exercitus; et scelerato si-
gnata nomine, quae proficiscentes in praelium porta
3 dimisit. Sed ea clades ingentibus expiata victoriis, post-
quam per alios atque alios duces robustissima capta
sunt oppida: vario quidem eventu. Falisci se sponte
4 dediderunt. Cremati suo igne Fidenates. Rapti fundi-
5 tus deletique Veientes. Falisci quum obsiderentur,
mira visa est fides imperatoris, nec immerito: quod
ludimagistrum, urbis proditorem, cum iis, quos ad-
6 duxerat, pueris, vinctum sibi ultro remisisset. Eam
namque vir sanctus et sapiens veram sciebat victoriam,
7 quae salva fide et integra dignitate pararetur. Fidenae,
quia pares non erant ferro, ad terrorem movendum
facibus armatae, et discoloribus, serpentum in modum,

2. *Satis superque idonea clades. Idonea clades* est Freinshemio in Indice clades satis magna: est talis, quae clades dici mereretur, quae nomine cladis digna esset. Ovid. Epist. Didon. VII, 105, et Sueton. August. 31, habent *idoneus auctor* pro eo qui dignus est nomine auctoris, qui fidem meretur. De re autem plures, quos inter Cl. Perizonius, falsa esse contenderunt quae de trecentorum et sex Fabiorum exercitu, tanto consensu, veteres tradiderunt; quia, inquit Perizonius, vix tot numero patricii omnium gentium patriciarum, tum temporis, trigesimo scilicet post exactos reges anno, Romae fuerint. — *Trecenti*. Sex et trecentos numerant Livius Dionysiusque. — *Scelerato signata nomine*. Dicta est *scelerata* ab *infelicitate* exitus Fabiorum. Nam *sceleratus* interdum significationem calamitatis habet. Sic *scelerata castra* apud Sueton. Claud. 1, in quibus Drusus obiit; *sceleratum frigus* in Virg. Georg. II, 256, scilicet frigus nocens, omnia exurens.

4. *Rapti* Nempe expugnati, direpti.

5. *Falisci*. Quidam ex MS. Franeq. *Faliscis*. — *Fides imperatoris*. Exstat historia apud. Liv. V, 27; Val. Max. VI, 5, 1; Frontin. Strateg. IV, 4, 1; Aurel. Vict. de Viris Illustr. cap. 32; Plutarch. Camill. cap. 17. — *Vinctum sibi*. Id est, Faliscis. Vide similiter locutos Plautum et Ciceronem apud Scalig. de Caus. ling. lat. VI, cap. 129.

6. *Pararetur*. Nonnulli codices *pareretur*. Hoc loco Bossuet Florum quasi in gallicum sermonem vertisse videtur, his verbis, *Discours sur l'histoire universelle, 1. part., VIII. époque: Rome ne voulait pas vaincre par des trahisons, ni profiter de la perfidie d'un lâche, qui abusait de l'obéissance d'un âge innocent*: quae quidem huic Nostri phrasi mire respondent: *Eam namque vir sanctus et sapiens veram sciebat victoriam, quae salva fide et integra dignitate pararetur.*

vittis, furiali more processerant: sed habitus ille feralis
eversionis omen fuit. Veientium quanta res fuerit, indi- 8
cat decennis obsidio. Tunc primum hiematum sub pel-
libus: taxata stipendio hiberna: adactus miles sua
sponte iureiurando, « nisi capta urbe, non remearet ».
Spolia de Larte Tolumnio rege ad Feretrium repor- 9
tata. Denique non scalis, nec irruptione, sed cuniculo
et subterraneis dolis peractum urbis excidium. Ea de- 10
nique visa est praedae magnitudo, cuius decimae Apol-
lini Pythio mitterentur; universusque populus Roma-
nus ad direptionem urbis vocaretur. Hoc tunc Veii 11
fuere: nunc fuisse quis meminit? quae reliquiae? quod

7. *Facibus armatae... furiali more processerant.* Facium tantum meminit, non etiam serpentum, praelatarum a Fidenatibus eo praelio, Liv. IV, 33: *Ignibus armata ingens multitudo, facibusque ardentibus tota collucens, velut fanatico instincta cursu, in hostem ruit.*

8. *Tunc primum hiematum sub pellibus.* Milites etiam aestate sub pellibus habebantur; sed in hac obsidione illud novum fuit, quod quum ante id tempus hieme semper arma deponi, et milites domum reduci solerent, tunc primum obsidionis urgendae caussa sub pellibus hiemarunt. — *Taxata stipendio hiberna.* Si Livium sequimur IV, 59, stipendium de publico dari coepit anno, antequam obsiderentur Veii: hiberna autem ut idem scribit V, 1 et 2, demum tertio anno obsidionis facta sunt. De hac autem Veientium obsidione Montesquieu, *Grandeur et Décad. des Romains: Le sénat ayant eu le moyen de donner une paie aux soldats, le siége de Veies fut entrepris; il dura dix ans. On vit un nouvel art chez les Romains, et une autre manière de faire la guerre: leurs succès furent plus éclatants; ils profitèrent mieux de leurs victoires; ils firent de plus grandes conquêtes; ils envoyèrent plus de colonies: enfin la prise de Veies fut une révolution.* — *Nisi capta urbe, non remearet.* Hic *remearet* admisimus ex coniectura Salmasii, quamquam legi potest cum plurimis *remeare*. In Nazar. autem, *non* omisso, legitur: *nisi capta Vrbe remearet*: quam quidem lectionem tueri videtur Freinshemius dicens, *nisi* pro *nonnisi* in bonis auctoribus usurpari

9. *Spolia.... reportata*, scilicet a Cornelio Cosso. Perizonius autem in Animadv. Hist. cap. 7, multis disputat, Cossum retulisse spolia opima, quum tribunus militum in legione esset; sed *sive* tum, sive magister equitum, *sive* consul ea retulit Cossus, Florus non caret reprehensione, qui turbata ratione temporis, narrationi interponat de obsidione Veiorum, quod fere annis triginta ante eam inchoatum fuerat.

11. *Laborat annalium fides.* Id est, periclitatur; parum abest quin fidem perdant annales.

vestigium? Laborat annalium fides, ut Veios fuisse credamus.

XIII.

BELLVM GALLICVM.*

1 Hic sive invidia deum, sive fato, rapidissimus procurrentis imperii cursus parumper Gallorum Seno-
2 num incursione supprimitur. Quod tempus populo Romano nescio utrum clade funestius fuerit, an virtu-
3 tum experimentis speciosius. Ea certe fuit vis calamitatis, ut in experimentum illatam putem divinitus, scire volentibus immortalibus diis, an Romana virtus impe-
4 rium orbi mereretur. Galli Senones, gens natura ferox, moribus incondita, ad hoc ipsa corporum mole, perinde armis ingentibus, adeo omni genere terribilis fuit, ut plane nata ad hominum interitum, urbium

* CAP. XIII. BELLVM GALLICVM. Inceptum A. V. 365, ante C. N. 389, et a Dolabella finitum A. V. 471, ante C. N. 283, 106, postquam incoeptum fuerat. Huius belli praecipue meminerunt Liv. V, 36; Valer. Max. I, 5, 1; Plutarch. Camill. 27, et Problem. 24; auctor de Viribus Illustr. cap. 23; August. de Civit. Dei, II, 22, et III, 17; Veget. IV, 28; Virgil. Aeneid. VIII, 652; Martial. XIII, 74; Ovid. Fast. VI, 351: quae loca congessit Camers; et quibus adde Eutropium I; Oros. II, 19.

1. *Gallorum Senonum.* Galli Senones, Galliae populi, Nerviis vicini versus occasum. Hos primum Ξένους appellatos fuisse traditur Historicis, quia in Italiam venerint ex Transalpina regione. ED. DELPH.

3. *In experimentum.* Hanc sententiam hausisse videtur Florus ex Silio Ital. lib. III, 573, ubi Iupiter ad Venerem de bellis Carthaginiensium cum Romanis gerendis: *Hac ego Martis Mole viros spectare paro, atque expendere bello.* Hoc est, hoc bello experiar, an Romani sint digni orbis imperio. Eiusdem sententiae est quod idem poëta eodem in libro, vs. 163, canit: *Tum pater omnipotens gentem exercere periclis Dardaniam, et fama saevorum tollere ad astra Bellorum meditans, priscosque referre labores,...* GRAEVIVS.

4. *Omni genere.* Scilicet omni modo,

stragem, videretur. Hi quondam ab ultimis terrarum 5
oris, et cingente omnia Oceano, ingenti agmine pro-
fecti, quum iam media vastassent, positis inter Alpes
et Padum sedibus, ne his quidem contenti, per Italiam
vagabantur. Tum Clusium urbem obsidebant. Pro so- 6
ciis ac foederatis populus Romanus intervenit. Missi
ex more legati. Sed quod ius apud barbaros? ferocius
agunt; et inde certamen. Conversis igitur a Clusio, 7
Romamque venientibus, ad Alliam flumen cum exer-
citu Fabius consul occurrit. Non temere foedior clades.
Itaque hunc diem fastis Roma damnavit. Fuso exercitu, 8
iam moenibus Vrbis appropinquabant: erant nulla
praesidia. Tum igitur, aut numquam alias, apparuit
vera illa Romana virtus. Iam primum maiores natu, 9

5. *Cingente omnia Oceano*. Illud *cingente omnia*, Homericum est epithetum, ex natura rerum depromtum: nec plane scio cur hoc loco haereant commentatores. — *Positis ... sedibus*. Parum vere, si Livio credimus. Nam Senones, ut ille scribit V, 35, postremi Gallorum in Italiam venerunt, et quum iam omnia inter Alpes et Padum ab aliis Gallis, qui ante eo venerunt, occupata invenissent, cis Padum sibi sedes ceperunt inter Vtentem et Æsim fluvios. At Florus hoc ita scribit quasi Senones primi, et soli Gallorum in Italiam venissent.

6. *Ferocius agunt; et inde certamen*. In Ryck., Florent., et editt. vett. legitur, *Ferocius agunt, movent, et inde certamen*: et hanc vocem *movent* non recte expunctam fuisse adnotat Graevius, quia, inquit, *movere* absolute positum recte dicitur pro movere castra, movere signa. Sed, quamquam hoc sensu accipitur, illa vox hoc loco non convenit, inquit Dukerus. Nam Galli non moverunt infesta signa in Romanos, ut hoc exponit Graevius, ante, sed post certamen de quo hic Florus: qui agit de praelio inter Clusinos et Gallos, quum hi legatis Romanis ferociter respondissent *se jus in armis ferre*, et omnia fortium virorum esse, ut est apud Livium V, 36. Quapropter recentiores omnes editores Dukerusque, et Titze, et Seebode, hanc vocem delent.

7. *Alliam*. Vmbriae fluvius in Sabinis, ex Crustumerinis montibus in Tiberim defluens. PONTAN. — *Non temere fœdior clades*. Id est, non facile inveniatur maior clades. Notabilis tamen utique lectio MSS. Berol. Duisb. Fran. Voss. et duarum edd. antiquissimarum, *non Cremerae fœdior clades*. Quae quidem lectio confirmari potest ex Oros. II, 19: *Testatur hanc Fabii cladem fluvius Allia, sicut Cremerae Fabiorum*: adeoque concinna videtur Freinshemio, ut eam recepisset, nisi altera tot libris firmaretur. — *Fastis.. damnavit*. Lucan. VII, 403: *Et damnata diu Romanis Allia fastis*.

amplissimis usi honoribus, in forum coëunt. Ibi, devo-
10 vente pontifice, diis se manibus consecrant; statimque in suas quisque aedes regressi, sicut in trabeis erant, et amplissimo cultu, in curulibus sellis sese posuerunt; ut, quum venisset hostis, in sua dignitate morerentur.
11 Pontifices et Flamines, quidquid religiosissimi in templis erat, partim in doliis defossa terrae recondunt,
12 partim imposita plaustris secum avehunt. Virgines simul ex sacerdotio Vestae, nudo pede fugientia sacra comitantur. Tamen excepisse fugientes unus e plebe fertur, Lucius Albinus, qui, depositis uxore et liberis, virgines in plaustrum recepit: adeo tum quoque in ultimis religio publica privatis affectibus antecellebat!
13 Iuventus vero, quam satis constat vix mille hominum fuisse, duce Manlio, arcem Capitolini montis insedit,

9. *Ibi, devovente pontifice, diis se manibus consecrant.* Pro certo ponit Florus, quam fuisse quorumdam opinionem perhibet Livius lib. V, 41: *Sunt, qui, M. Fabio pontifice maximo praefante carmen, devovisse eos se pro patria Quiritibusque Romanis, tradant.* Salmas. — Carmen et ritum devotionis vide apud Liv. VIII, 9, 5; VIII, 10, 11, etc.; X, 28, 15.

10. *Sicut in trabeis erant.* Hanc formulam *sicut erant*... etc. saepius usurpant Latini scriptores, quae quidem gallice hoc loco sic verti possit: *Parés comme ils l'étaient de leur robe, et de tous les insignes de leur magistrature.* De trabeis autem, hic Florus dicit *trabeas* confuse pro amplissimo cultu, et quos hic in *trabeis*, eos paullo post in *praetextis* sedisse dicit. Sic II, 17, *trabeas* pro paludamentis imperatorum ponit. Apud alios quoque haec nomina confunduntur. — *In sua dignitate morerentur.* Voltaire, *Henriade, chant IV:*

Tels dans les murs de Rome abattus
et brûlants,
Ces sénateurs courbés sous le fardeau
des ans,
Attendaient fièrement, sur leur siège
immobiles,
Les Gaulois et la mort avec des yeux
tranquilles.

11. *Terrae recondunt* Quidam *terra*. Nihil autem interest utro modo legatur: nam et *terrae* et *terra* recondere dicitur. De autem illo *quidquid*, sequente neutro plurali, eodem modo Livius XXX, 17: *Et, quidquid aliud fecerit, quod cordi foret Masinissae, ea patres comprobare atque laudare.*

12. *Nudo pede.* Reverentiae caussa et ταπεινοφροσύνης, ut notat Casaubonus ad Sueton. August. 100, 10: ubi plura huc pertinentia vide. Freinsh.

13. *Duce Manlio.* Florus hic et 15 ita loquitur de Manlio, quasi eum cum imperio in arce fuisse putaverit, quod falsum est. Nam Sulpicius, tribunus militum cos. potestate, ibi ha-

obtestata ipsum quasi praesentem Iovem, « ut, quemadmodum ipsi ad defendendum templum eius concurrissent, ita ille virtutem eorum numine suo tueretur ».

Aderant interim Galli, apertamque Vrbem primo 14
trepidi, ne quis subesset dolus, mox ubi solitudinem vident, pari clamore et impetu invadunt. Patentes passim domos adeunt: ubi sedentes in curulibus suis praetextatos senes, velut deos geniosque venerati, mox eosdem, postquam esse homines liquebat, alioqui nihil respondere dignantes, pari vecordia mactant, facesque tectis iniiciunt, et totam Vrbem igne, ferro, manibus exaequant. Sex mensibus barbari (quis crederet?) circa 15
montem unum pependerunt, nec diebus modo, sed

bebat imperium. Liv. V, 47, 48, et Plutarch. Cam. Dvaen.

14. *Pari clamore et impetu.* Clamantes scilicet, et simul impetum facientes. — *Velut deos geniosque.* Nec Livius in hac re deos memorat V, 41; sed, inquit, *Venerabundi intuebantur viros maiestate simillimos diis.* — *Alioqui.* Nescio cur quidam commentatores, quos inter Titze, hanc vocem respuant: quae, praeter quod in omnibus scriptis et edd. libris invenitur, et probum certe sensum exhibere videtur. Nempe primum nobis depingit Florus barbaros, praetextatos illos senes, velut deos geniosque, venerantes. Postquam autem homines esse liquet, quod nihil respondere dignarentur, irati, etc.... Qui autem reiiciunt *alioqui*, ex coniectura Heinsii reponunt *alloqui:* ita distinguentes: *Mox eosdem, ubi homines esse liquebat, alloqui, nihil respondere dignantes*, etc. — *Vecordia.* Id est, pari venerationis, qua primum eos prosecuti fuerant. Sic Tacit. Hist. IV, 67, 2: *Sabinus festinatum temere praelium pari formidine deseruit.* — *Manibus exaequant.* In quibusdam edd. legitur *manibus solo exaequant*, contra auctoritatem omnium scriptorum librorum et antiquorum codicum, quorum nullus hanc vocem *solo* habet. Sic rursus *adaequare* infra III, 10, 23. Hanc autem historiam non eodem omnino modo narrat Livius V, 41: *Ad eos, velut simulacra, versi quum starent, M. Papirius, unus ex his, dicitur Gallo, barbam suam, ut tum omnibus promissa erat, permulcenti, scipione eburneo in caput incusso iram movisse; atque ab eo initium caedis ortum; caeteros in sedibus suis trucidatos.*

15. *Pependerunt.* Haeserunt, morati sunt. Ea vis est autem verbi *pendere*, ut, infecta re sedere, significet. Sic Virgil. Aeneid. IV, 88: *Pendent opera interrupta, minaeque Murorum ingentes.* — *Anseris.* Ex hoc facto et quibusdam aliis colligi potest, Romanos in primis reipublicae temporibus non usque adeo militaris artis peritos fuisse, quam quidam sibi fingere volunt; ita ut Saint-Evremond qui saepius imme-

noctibus quoque omnia experti: quum tandem Man-
lius nocte subeuntes, clangore anseris excitatus, a sum-
ma rupe deiecit; et ut spem hostibus demeret, quam-
quam in summa fame, tamen ad speciem fiduciae,
16 panes ab arce iaculatus est. Et stato quodam die per
medias hostium custodias Fabium pontificem ab arce
demisit, qui solenne sacrum in Quirinali monte con-
ficeret. Atque ille per media hostium tela incolumis
religionis auxilio rediit, propitiosque deos renuntiavit.
17 Novissime quum iam obsidio sua barbaros fatigasset,
mille pondo auri recessum suum venditantes, idque
ipsum per insolentiam, quum ad iniqua pondera ad-
dito adhuc gladio, superbe « Vae victis! » increparent,
subito aggressus a tergo Camillus adeo cecidit, ut om-

rito Romanos carpit, h. l. tamen iure aliquo dixisse videatur: *Si les Lacédémoniens avaient vu l'espèce d'art militaire que pratiquaient les Romains en ce temps-là, je ne doute pas qu'ils n'eussent pris pour des barbares des gens qui ôtaient la bride aux chevaux pour donner plus d'impétuosité à la cavalerie* (vide supra 11, 3); *des gens qui se reposaient de la sûreté de leur garde sur des oies et sur des chiens, dont ils punissaient la paresse et récompensaient la vigilance.* (*Réflexions sur les Romains, chap.* 3).

16. *Solenne sacrum*. Sciendum est non solenne illud sacrum populi Romani fuisse, sed peculiare genti Fabiae. Nec Fabius idem ille pontifex, quo devovente diis manibus se tum consecrarant Romani, cui Marco praenomen fuit, teste Livio, sed C. Fabius Dorsus hic vocabatur, qui hoc sacrificium suae gentis in colle Quirinali tum suscepit conficiendum. Salm.

17. *Venditantes*. Edit. P. *vendicantes*. — *Aggressus a tergo Camillus.* Variant in hac re narranda scriptores vetusti. Livius V, 49, et Plutarch. in Camillo scribunt Camillum in ipso articulo, quum Galli et Romani ponderibus altercarentur, intervenisse, aurumque de medio tolli iussisse, et Gallos urbe expulisse. Alii Camillum Gallos, auro accepto, iam ab Vrbe digressos, insecutum, praelio fudisse, et aurum recuperasse tradiderunt. Vid. Servium in Virgil. Aen. VI, 826, et Festum in *Vae victis!* Quidam denique totam hanc Camilli victoriam commentitiam tradunt, et quod Polybius prodidit, Gallos, auro accepto, obsidionem reliquisse putant. Dvk. — *Omnia incendiorum vestigia.... sanguinis inundatione deleret*. Quantus furor commentatorum haec in verba, velut digna ludo declamatorio, insana, delira! Quae quidem historicae orationis modum vix excedentia, in poëtis, quos saepius imitatur Florus, certe laudarentur. Ita de Camillo Sidonius, carm. VII, 565: *Texit fumantes hostili strage favillas*.

nia incendiorum vestigia Gallici sanguinis inundatione
deleret. Agere gratias diis immortalibus ipso tantae cla- 18
dis nomine libet. Pastorum casas ignis ille, et flamma
paupertatem Romuli abscondit. Incendium illud quid
egit aliud, nisi ut destinata hominum ac deorum do-
micilio civitas, non deleta, non obruta, sed expiata
potius et lustrata videatur? Igitur post assertam a 19
Manlio, restitutam a Camillo Vrbem, acrius etiam ve-
hementiusque in finitimos resurrexit. Hic primum om-
nium illam ipsam Gallicam gentem non contentus moe-
nibus expulisse, quum per Italiam naufragia sua latius
traheret, sic persecutus est, duce Camillo, ut hodie
nulla Senonum vestigia supersint. Semel apud Anie- 20
nem trucidati, quum singulari certamine Manlius au-
reum torquem barbaro inter spolia detraxit: inde Tor-
quati. Iterum Pomptino agro, quum in simili pugna 21
Lucius Valerius, insidente galeae sacra alite adiutus,
retulit spolia; et inde Corvini. Tandem post aliquot
annos, omnes reliquias eorum in Etruria ad lacum

18. *Pastorum casas ignis ille...* etc. De quo incendio Montesquieu, *Grand. et Décad. des Rom. chap.* 1: *La prise de Rome par les Gaulois ne lui ôta rien de ses forces: l'armée, plus dissipée que vaincue, se retira presque entière à Veies; le peuple se sauva dans les villes voisines; et l'incendie de la ville ne fut que l'incendie de quelques cabanes de pasteurs.* — *Destinata hominum ac deorum domicilio civitas.... lustrata videatur.* Cicero in Verrem Act. IV, 31: *Vt illa flamma divinitus extitisse videatur, non quae deleret Iovis Optimi Maximi templum, sed quae praeclarius magnificentiusque deposceret.*

19. *Naufragia sua latius traheret.* Scilicet reliquias naufragii aut cladis. — *Nulla Senonum vestigia.* Falsum, inquit Rupertus: multis enim post Romam captam saeculis, Senonum mentio est apud Polybium, Caesarem, et alios. Vana autem est haec criminatio, inquit Dukerus; nam hi agunt de Senonibus in Gallia Transalpina; Florus autem de iis qui, transcensis Alpibus, sedes in Italia posuerant, et Romam ceperant. Hos autem iam ante Polybii aetatem a Romanis sedibus pulsos, ac deinde interiisse constat e Polybio, II, 19 et 21; Strabone, V, pag. 212, 216; et Plinio, Hist. Nat. III, 15.

20. *Pomptino agro.* In Latio circa Volscos. — *Sacra alite.* Non corvum nominat; sed alitis sacrae nomine intelligit. Sacram alitem vocat ob augurium, cuius gratia multum observabatur haec avis. SALM.

Vadimonis Dolabella delevit: ne quis exstaret in ea gente, quae incensam a se Romam urbem gloriaretur.

XIV.

BELLVM LATINVM.*

1 Conversus a Gallis in Latinos, Manlio Torquato, Decio Mure consulibus, semper quidem aemulatione imperii infestos, tum vero contemtu Vrbis incensae; quum «ius civitatis, partem imperii ac magistratuum» poscerent, atque iam amplius, quam congredi, aude-
2 rent. Quo tempore quis cessisse hostem mirabitur, quum alter consulum filium suum, quia contra imperium

21. *Lacum Vadimonis.* Qui et hodie *Vadimono* dicitur, in Italia, iuxta Amerina praedia.

* CAP. XIV. BELLVM LATINVM. A. V. 414, ante C. N. 340, coss. T. Manlio Torquato, P. Decio Mure. De hoc vid. Liv. VIII; Val. Max. VI, 9, 1, et IX, 3, 4; Plutarch. Parall. cap. 22; Eutrop. III, 1; Oros. III, 9; Auctor de Viris Illustribus, cap. 26 et 28. CAMERS.

1. *Ius civitatis partem imperii ac magistratuum.* Bellum indixit his verbis *ius civitatis* Salmasius, praefatus non ius civitatis petiisse Latinos, sed tantum consortium imperii ac magistratuum. Sed hoc ipsum est ius civitatis. Sine iure civitatis nemo poterat consul aut ullus magistratus creari. Nam nemo, nisi esset iure optimo civis, hoc est, qui ius suffragii ferendi habebat in comitiis, poterat petere magistratus, aut aliis dare. Recte dicit Livius in omnibus aequari voluisse Latinos Romanis. Nolebant diutius esse socii Latini nominis, sed cives Romani, et hac quidem lege, ut alter esset consul Latinus, hoc est, quod Livius dicit, ut alter a Latinis consul daretur. Nec obstat huic sententiae, quod Antium fuit colonia. Non omnes enim coloniae ius civitatis habebant, sed erant, quae ius Latii Italiaeve tantum habebant. GRAEV. — *Atque iam amplius quam congredi auderent.* Plus enim erat partem magistratuum petere, quam armis congredi. Sensus planus est: itaque nihil mutandum, quidquid dicat doctissimus Salmasius. ED. DELPH.

2. *Alter consulum.* Manlium intelligit. — *Quia contra imperium pugnaverat, quamvis victorem...... etc.* Cui rei alludit Bossuet, *Discours sur l'histoire universelle, III. partie, 6 ch.: La victoire était périlleuse et souvent mortelle à ceux qui la gagnaient contre les ordres.* — *Quasi plus in imperio esset quam in victoria.* Id est, quasi utilius reipublicae esset, si non con-

pugnaverat, quamvis victorem occiderit, quasi plus in 3
imperio esset, quam in victoria: alter, quasi monitu
deorum, capite velato, primam ante aciem diis Mani- 4
bus se devoverit, ut in confertissima se hostium tela
iaculatus, novum ad victoriam iter sanguinis sui semita aperiret?

XV.

BELLVM SABINVM.*

A Latinis aggressus est gentem Sabinorum, qui im- 1
memores factae sub Tito Tatio affinitatis, quodam con-
tagio belli se Latinis adiunxerant. Sed Curio Dentato 2
consule, omnem eum tractum, qua Nar, Anio, fontesque

temnerentur imperia ducum, quam si victoriam miles de hoste reportasset. *Imperio* igitur hic dicitur passive.

3. *Quasi monitu.* Cur *quasi*, quum ex Deorum monitu factum esse constet? —*Capite velato.* De more religionis, ne quid occurreret, quod eam turbaret.

4. *Se.... iaculatus.* Ποιητικώτερον videtur esse quum homo se dicitur *iaculari*; Livius quidem, VIII, 9, multo simplicius in hac re narranda: *Armatus in equum insiluit, ac se in medios hostes immisit.*—*Novum ad victoriam iter sanguinis sui semita aperiret.* Post *iter* redundare videtur *semita*. Felicius dixit Racine, *Phèdre, act. V*, *sc.* 6, de Hippolyto:

De son généreux sang la trace nous conduit.

* Cap. XV. Bellvm Sabinvm. A. V. 464, ante C. N. 290, coss. Cornelio Rufino, Man. Curio Dentato. Huius belli tamquam parvi momenti, pauci meminerunt. Lege auctorem de Vir. Illustr. cap. 33; Oros. III, 22; Plin. III, 12; Silium, VIII, 423; Frontin. Strateg. I, 8, 4, et Eusebium.

1. *A Latinis aggressus est gentem Sabinorum.* Falsum, quod ait Florus populum Romanum post debellatos Latinos, in Sabinos conversum; nam multi anni intersunt, et multa alia bella gessit, ut Ausonium, Privernas, Neapolitanum, Samniticum, Etruscum et alia. Nusquam etiam legitur Sabinos se Latinis coniunxisse. Titze autem, Florum excusandi gratia, contendit primum, Sabinos prioribus bellis se Latinis coniunxisse: id est, inquit, cum Æquis et Volscis quos Latinis Noster accenset cap. 2 huius libri; quae cum ita sint, Florum, cui priora illa bella cum Sabinis gesta fusius commemorare in consilio non erat, propere hinc suo more transiliisse

Velini, Adriatico tenus mari, igne ferroque vastavit.
3 Qua victoria tantum hominum, tantum agrorum redactum in potestatem, ut, in utro plus esset, nec ipse posset aestimare, qui vicerat.

XVI.

BELLVM SAMNITICVM.*

1 Precibus deinde Campaniae motus, non pro se, sed,
2 quod est speciosius, pro sociis, Samnitas invadit. Erat

ad ultimam illorum cladem a Curio Dentato illatam.

2. *Qua Nar, Anio, fontesque Velini.* Dukerus ex coniectura Heinsii, *qua Nar ambit, fontesque Velini.* Caeterum, inquit Graevius, in hoc bello describendo Florus hallucinatur, non tantum in ratione temporis, ut Salmasius ostendit, sed et in locorum situ, quum scribit Sabinorum terras a Nare, Anione et Velino fuisse vastatas ad mare Adriaticum usque, quum illorum ager pertineret tantum ab his amnibus ad Apenninum; terras vero ab Apennino usque ad Adriaticum tenuerint Galli Senones. Rectius itaque auctor de Viris Illustribus in M. Curio Dentato: *Manius Curius Dentatus primo de Samnitibus triumphavit: quos usque ad mare superum perpacavit.* Subiicit de his tantum agri et hominum cepisse Curium, de quo et Florus loquitur. Postea subnectit illum de Sabinis quoque triumphasse. Graev. At, inquit Titze pro Floro patrocinans, animadvertendum Freinshemium in Supp. Livian. XI, 19-21, plus fidei tribuere Floro, quam Aurelio Victori. Iure prorsus: nam et Orosius in sua historia cum Floro consentit, et Livii antiquus Epitomator in Summario libri XI: ita ut, hoc de facto, lis adhuc sub judice; et auctorem sequi liceat cuique suum.

3. *Qua victoria tantum hominum,* etc. Hoc loco, his Florus alludit Curii Dentati verbis ad senatum: *Tantum agri cepi, ut solitudo futura fuerit, nisi tantum hominum cepissem; tantum porro hominum cepi, ut fame perituri fuerint, nisi tantum agri cepissem.* Haec autem verba Dentati, sicut ad Samniticam victoriam refert Aurelius Victor, sic Orosius ad Sabinam, quam praecessisse narrat, ut iam supra §. 2 diximus.

* Cap. XVI. Bellvm Samniticvm. Anno Vrbis 411, et ante C. N. 443, coss. M. Valerio Corvo III, A. Cornelio Cosso. Vide Livium de prima huius capitis parte, scilicet deditione Campanorum, VII, 30, etc.

1. *Precibus deinde Campaniae motus.* Hic Florus confundit tempora, inquit Salmasius, dum Samniticum

foedus cum utrisque percussum: sed hoc Campani sanctius et prius omnium suorum deditione fecerant. Sic ergo Romanus bellum Samniticum tamquam sibi gessit. Omnium, non modo Italia, sed toto orbe terrarum, pulcherrima Campaniae plaga est. Nihil mollius caelo: denique bis floribus vernat. Nihil uberius solo: 3

bellum tempore posterius facit Latino ac Sabino bello, de quibus tractat praecedenti capite. Ac de Sabino quidem nullum est dubium, quum tot annorum interstitio praecedatur ab isto Samnitico, quod susceptum est in gratiam Campanorum. Profecto ne Latinum quidem, etsi tanto antiquius Sabino, temporis primas ferre debeat contra Samniticum quod prius est. Ecce enim Campani auxilium adversus Samnitem petiere, coss. M. Valerio Corvo III, et A. Cornelio Cosso, quibus cura huius belli demandata, qui et ambo de Samnitibus triumpharunt. Hoc initium belli Samnitici, et primus de hoc Romanorum triumphus. At Latini cum Campanis defecerunt, tribus ferme annis post consulatum M. Valerii, et initium belli Samnitici, in consulatu Manlii Torquati et Decii Muris. Prius certe finem accepit bellum Latinum quam Samniticum, quod quinquaginta ferme per annos duravit, quum vix debellati statim rebellarent, utpote de quibus quater et vigesies triumphatum sit.

2. *Erat foedus cum utrisque... suorum deditione fecerant.* Duo in his Flori verbis reprehendit Salmasius: quod *deditionem* vocet *foedus*, et quod foedus Campanorum *prius* fuisse dicat foedere Samnitum. Sed nihil hic in se admisit Florus cuius accusari merito possit. Nam deditionem foedus esse quoque, licet omnium iniquissimum, constat: quod quidem clare docet Menippus, Antiochi legatus, apud Liv. XXXIV, 57, ubi ait. *Esse tria genera foederum, quibus inter se paciscerentur amicitias civitates regesque. Vnum, quum bello victis dicerentur leges; ubi enim omnia ei, qui armis plus posset, dedita essent, quae ex iis habere victos, quibus multari velit, ipsius ius arbitriumque esse; alterum, quum pares bello aequo foedere in pacem atque amicitiam venirent; tunc enim repeti reddique per conventionem res, et si quarum turbata bello possessio sit, eas aut ex formula iuris antiqui, aut ex partis utriusque commodo componi. Tertium esse genus, quum, qui hostes numquam fuerint, ad amicitiam sociali foedere inter se iungendam coëunt; eos neque dicere, neque accipere leges; id enim victoris et victi esse.* Hac de re vide etiam Liv. IX, 20. Primum crimen diluimus; alterum longe levius est, et minori negotio potest amoveri a Floro. In eo nodus est difficultatis quod *prius* non ad tempus respicit, sed ad id quod Romani Campanum foedus Samnitico *potius* haberent: quo sensu dicitur, nihil *prius* antiquiusque habere. — *Tamquam sibi gessit.* Nempe, quia pro foederatis dedititiis.

3. *Nihil mollius caelo.* Id est temperatius, clementius. Sic Graeci μαλακὸν usurpant, quod et mari quum tranquillum est tribuunt. — *Denique.* Gallice, *en un mot.* — *Bis floribus vernat.* Floribus gignendis bis habet

ideo Liberi Cererisque certamen dicitur. Nihil hospi-
talius mari: hic illi nobiles portus, Caieta, Misenus,
et tepentes fontibus Baiae: Lucrinus et Avernus, quae-
5 dam maris otia. Hic amicti vitibus montes, Gaurus,
Falernus, Massicus, et pulcherrimus omnium Vesu-
6 vius, Ætnaei ignis imitator. Vrbes ad mare, Formiae,
Cumae, Puteoli, Neapolis, Herculaneum, Pompeii, et
ipsa caput urbium, Capua, quondam inter tres maxi-

ver. — *Liberi Cererisque certamen.* Sic de Campanis Plin. Hist. Nat. III, 5, apud Stadium, *Vt veteres dixere Liberi patris cum Cerere certamen*: nempe, quia erat admodum fertilis vini ac frumenti.

4. *Nihil hospitalius mari.* Non enim homines tantummodo hospitales, sed etiam loca. Inde *inhospita tecta,* deserta scilicet, aut accipiendis hominibus funesta. Ita *inhospita maria*, quorum litus importuosum, et accessu difficile. Sic etiam per antiphrasim εὔξεινος πόντος, qui olim ἄξεινος, inhospitalis dicebatur. Sed propter incolarum barbariem, non ob portuum penuriam, ita appellatum volunt. — *Caieta.* Caietam Latio novo, quia circa Lirim sita est, multi adscribunt. Vrbs est et portus in ora occidentali Formiani sinus. Nomen habet a *Caieta,* Æneae nutrice, sive a litoris curvitate, teste Strabone. STADIVS. — *Misenus.* Portus et promontorium est, olim urbs quoque satis celebris; quae nunc diruta est. Dictus fuit a Miseno, Æneae tubicine, teste Virgilio VI, 164. Vltra Caietam in ortum vergit. — *Baiae.* Promontorium, et urbs, et portus, ob tepentes aquas saluberrima. Ab Vrbe ad centesimum lapidem in ortum brumalem distabat. Nunc fere suis ruderibus obruta iacet, etiam si ob fontium et aquarum salubritatem commendetur. STADIVS. — *Lucrinus et Avernus.* Lacus erant, sed ex eo genere quas Graeci λιμνοθαλάττας, lacus nempe, quibus mare diffunditur, aestuaria. Harum prior ab occasu Baias cingebat; posterior autem a septemtrione. Dicuntur autem *quaedam maris otia,* quia in his mare otiatur et quiescit.

5. *Gaurus, Falernus, Massicus.* Gaurus mons initium habet a ripa Liris orientali, atque ostio eiusdem fluminis, quod a Gauri vicinitate Gaurianus, unde vulgo *Gargiliano* dicitur. Huius montis pars occidentalis, *Gaurus*; orientalis et iuga eiusdem, *Massicus*; septemtrionalis *Falernus* dicebatur. STADIVS. — *Vesuvius.* Distat a Neapoli in ortum ad quartum ferme lapidem, clauditque ripam Sarni fluminis. STADIVS.

6. *Formiae.* Vrbs Campaniae, quadraginta stadiis a Caieta. — *Cumae.* Vetustissima et nobilissima civitas a Chalcidensibus condita. — *Puteoli.* Vrbs Campaniae; Averno ab occasu abluitur; ab ortu, sino cui Puteolano nomen dedit. — *Herculaneum.* Vrbs, ab Hercule, aiunt, condita; fuit autem Vesuvio monti vicina, ad occasum, non longe a *Leucopetra* promontorio; et nunc huius montis cineribus sepulta iacet. — *Pompeii.* Vesuvio vicina, ab ortu ad Sarnum, pari cum Herculaneo fato deleta. STADIVS.

mas, Romam, Carthaginemque numerata. Pro hac ur- 7
be, his regionibus populus Romanus Samnitas invasit,
gentem, si opulentiam quaeras, aureis et argenteis ar-
mis, discolori veste, usque ad ambitum armatam: si
fallaciam, saltibus fere et montium fraude grassantem:
si rabiem ac furorem, sacratis legibus, humanisque
hostiis in exitium Vrbis agitatam: si pertinaciam, sexies
rupto foedere, cladibusque ipsis animosiorem.
Hos tamen quinquaginta annis per Fabios et Papi- 8
rios patres, eorumque liberos ita subegit ac domuit,
ita ruinas ipsas urbium diruit, ut hodie Samnium in
ipso Samnio requiratur; nec facile appareat materia 9
quatuor et viginti triumphorum. Maxime tamen nota
et illustris ex hac gente clades apud Caudinas furculas,
Veturio Postumioque consulibus, accepta est. Clauso 10
per insidias intra eum saltum exercitu, unde non pos-
set evadere, stupens occasione tanta dux hostium Pon-
tius, Herennium patrem consuluit; et ille, « mitteret

7. *Pro hac urbe.* Scilicet hanc urbem defendendi caussa.—*Aureis atque argenteis armis.* Duo exercitus erant (Samnites): scuta alterius auro, alterius argento caelaverant. —*Vsque ad ambitum.* Scilicet usque ad luxuriam et ostentationem, quod quidem referendum est ad *aureis et argenteis armis*, sicut ad *discolori veste.* — *Saltibus fere et montium fraude.* Fraudes saltuum et montium dicit, pro insidiis in saltibus ac montibus, quae loca insidiis aptissima sunt struendis. Sic Virgil. Aeneid. XI, 522: *Est curvo anfractu valles adcommoda fraudi, Armorumque dolis.* — *Sacratis legibus.* Quidam *sacris legibus*: melius. Sacrae leges erant, quibus caput eorum qui non issent in praelium, vel fugissent, vel alio quovis modo sibi defuissent, Diti sacrum fiebat. Hac de re vide Livium X, 38. Adigebantur etiam hoc iureiurando, nisi victo hoste, non redire: quod etiam Romani prius usurpaverunt.

8. *Quinquaginta annis.* Scilicet tres et quinquaginta, quum hoc bellum finitum fuerit coss. Cornelio Rufino, et M. Curio Dentato. — *Per Fabios et Papirios.* Non quidem solos, sed praecipue hos.— *Nec facile appareat materia quatuor et viginti triumphorum.* Montesquieu, *Essai sur le goût: Florus, en parlant des Samnites, dit que leurs villes furent tellement détruites, qu'il est difficile de trouver actuellement le sujet de vingt-quatre triomphes; et par les paroles qui marquent la destruction de ce peuple, il fait voir la grandeur de son courage et de son opiniâtreté.*

« omnes, vel occideret » sapienter, ut senior, suaserat.
11 Hic armis exutos mittere sub iugum maluit; ut nec amici forent beneficio, et post flagitium, hostes magis.
12 Itaque et consules statim magnifice voluntaria deditione turpitudinem foederis dirimunt, et ultionem flagitans miles, Papirio duce (horribile dictu), strictis ensibus per ipsam viam ante pugnam furit, et « in « congressu arsisse omnium oculos » hostis auctor fuit. Nec prius finis caedibus datus, quam iugum et hostibus et duci capto reposuerunt.

12. *Voluntaria deditione*. Quae quidem iuris foederumque violatio, cuius haud semel Romani crimen subierunt, iis saepius merito exprobrata fuit. Montesquieu, *Grand. et Décad. des Rom.*, *chap. 5: Lorsqu'un de leurs généraux faisait la paix pour sauver son armée prete à périr, le sénat, qui ne la ratifiait pas, profitait de cette paix, et continuait la guerre.* — *Strictis ensibus, per ipsam viam ante pugnam furit.* Dicit milites, antequam manus consererent, in ipsa procursione atque impetu, quo in hostem vadunt, strictis ensibus furorem significasse. Nempe hic mos praelii fuit militi Romano, ut in concursu auspicando, pila prius emitteret, deinde, gladiis strictis, rem gereret. At hic conserendae manus adeo avidus erat Romanus miles, ut pila, velut signo dato, abiiceret; strictosque gladios in ipso concursu praeferret. Qui quidem sensus planus est: nihilque textui mutandum, quem imperiti librarii perversa licentia mille modis temeraverant. — *Arsisse omnium oculos*. Quod si Florus hic translative vocem *arsisse* accipit, nempe, dicens Romanum militem usque adeo furoris stimulis actum fuisse, ut ardentiores oculi emicare viderentur, nihil in eo tam mirum, ut huius rei hostem quasi testem excitare necesse sit. Quod si autem innuit reipsa militum oculos arsisse, id est, ignitos radios, fulguris instar, emisisse, tunc *credat Iudaeus Apella*!

XVII.

BELLVM ETRVSCVM ET SAMNITICVM.*

Hactenus populo Romano bellum cum singulis gen- 1
tium, mox acervatim: tamen sic quoque par omnibus
fuit. Etruscorum duodecim populi, Vmbri in id tem-
pus intacti, antiquissimus Italiae populus, Samnitum
reliqui, in excidium Romani nominis repente coniurant.
Erat terror ingens tot simul tantorumque populorum. 2
Late per Etruriam infesta quatuor agminum signa vo-
litabant. Ciminius interim saltus in medio, ante invius, 3
plane quasi Calidonius, vel Hercynius, adeo tunc ter-
rori erat, ut senatus consuli denuntiaret, ne tantum pe- 4
riculi ingredi auderet. Sed nihil horum terruit ducem.

* Cap. XVII. Bellvm Etrvscvm et Samniticvm. Hic Florus confundit: nam Etruscum bellum, quo silva Ciminia superata est, contigit anno Vrbis 444, ante C. N. 310, coss. Fabio Maximo Rulliano, C. Marcio Rutilio Censorio. Samniticum vero quod et Etruscum dictum fuit, nam Etrusci, Vmbri, Samnites et Galli se iunxerant, contigit decimo quinto anno post, scilicet A. V. 459, ante C. N. 295, coss. Q. Fabio Maximo Rulliano V, Publio Decio Mure. Quae hoc capite continentur scribit Livius IX et X; Oros. III, 20; Eutrop. II, 1.

1. *Populo Romano.* Quidam codices *populus Romanus.*— *Vmbri in id tempus intacti... Samnitum reliqui.* Hunc locum non integrum esse suspicantur Freinshemius Dukerusque, quia in eo de Gallia, praecipuo Romanorum terrore, nulla mentio sit: ita ut ambo coniiciant legendum esse *Gallique*, quam vocem Freinshemius pro *reliqui* reponendam censet, Dukerus autem post *reliqui* adiiciendam. Titze autem hanc lectionem, qualem vulgavimus, tuetur, dicens Florum non ideo errasse, quia alios auctores, quam quos Livius, secutus sit: et alios quippe auctores de Vmbris memorare, quae Livius tribuit Gallis. Ipse enim fatetur Livius, annalium scriptores in historia huius belli mirum in modum dissentire.

3. *Ciminius.* Libri manu exarati et impressi variant in *Geminius, Ceminius, Ciminius.* Ciminius autem saltus et mons est prope Viterbum: et hodie *Monte Viterbo* dicitur. — *Calidonius.* Quidam *Caledonius*, ut graece Καληδόνιος.

4. *Sed nihil horum terruit ducem. Quin fratre praemisso explorat accessus.* Ex Salmasii emendatione sic hunc

Quin fratre praemisso, explorat accessus. Ille per noctem
5 pastorio habitu speculatus omnia, refert tutum iter. Sic Fabius Maximus periculosissimum bellum sine periculo explicavit: nam subito inconditos atque palantes aggressus est; captisque superioribus iugis, in subiectos
6 suo iure detonuit. Ea namque species fuit illius belli, quasi in terrigenas e caelo ac nubibus tela mitteren-
7 tur. Nec incruenta tamen illa victoria: nam oppressus in sinu vallis alter consulum Decius, more patrio devotum diis Manibus obtulit caput; solennemque familiae suae consecrationem in victoriae pretium redegit.

locum cum Dukero distinguendum censuimus, quum in editis plerisque legatur: *Sed nihil horum terruit ducem, quin, fratre praemisso, explorat,* (aut in quibusdam *exploret,* aut in quibusdam aliis *exploraret*) *accessus.* — *Speculatus omnia, refert tutum iter.* Vinetus ex Iornande restituerat, *speculatus omnia refert totum iter.* Sed praeterea Iornandis duo libri vetustissimi, et Langobardico charactere exarati, leguot: *refert tutum iter:* quam quidem lectionem cum Seebode secuti sumus. At ex alio Nazar. codice, habente *refert tum iter,* Freinshemius Dukerusque sic hunc locum legerunt. *Speculatus omnia, refert. Tum iter. Sic,* etc.

5. *Explicavit;* perfecit: metaphora ab aulaeis desumta. — *Suo iure detonuit.* Id est, suo arbitrio, ut saepe loquitur Noster. Ita infra III, 17: *Interceptis vectigalibus, suo iure peculabantur rempublicam.* Nonnulli *suo more*: male. Lipsius ex coniectura *Iovis more.*

6. *Ea namque species... tela mitterentur.* Quem quidem locum iure carpserunt omnes commentatores, utpote declamatorium: ita ut illum Titze ex interpolatis esse existimet. Pro *mitterentur* autem, quidam *iacerentur.*

7. *Incruenta illa victoria.* Vide supra ad titulum. Quod bello contra Samnites, Gallos et Etruscos contigit, id male de Etruscos, quo Ciminia silva facta est pervia, narrat. — *Nam oppressus in sinu vallis.* Hoc fingit Florus, et nusquam factum fuisse legitur. — *More patrio.* Vide supra I, 14, 3. — *Solennemque familiae... in victoriae pretium redegit.* Fecit illam consecrationem pretium victoriae, sive rem qua victoria redimi et comparari posset.

XVIII.

BELLVM TARENTINVM ET CVM PYRRHO REGE.*

Sequitur bellum Tarentinum, unum quidem titulo 1
et nomine, sed victoria multiplex. Hoc enim Campa-
nos, Apulos, atque Lucanos, et, caput belli, Tarenti-
nos, id est, totam Italiam, et cum istis omnibus Pyr-
rhum, clarissimum Graeciae regem, una veluti ruina
pariter involvit: ut eodem tempore et Italiam consum-
maret, et transmarinos triumphos auspicaretur. Taren- 2
tus, Lacedaemoniorum opus, Calabriae quondam, et
Apuliae, totiusque Lucaniae caput, quum magnitudine
et muris portuque nobilis, tum mirabilis situ: quippe
in ipsis Adriatici maris faucibus posita, in omnes ter- 3
ras, Istriam, Illyricum, Epirum, Achaiam, Africam, Si-
ciliam, vela dimittit. Imminet portui ad prospectum
maris positum maius theatrum; quod quidem caussa

* CAP. XVIII. BELLVM TARENTINVM. A. V. 473, ante Christum natum 281, coss. Lucio Æmilio Barbula, Q. Marcio Philippo. De hoc bello scribit Epit. Liv. XII, 13, 14; Val. Max. II, 2, 5; Aurel. de Vir. Illustr. cap. 35; Plutarch. in vita Pyrrhi; August. Civit. III, 17; Oros. IV, 1; Eutrop. II, 1; Plin. VIII, 6; et XIV, 10; Iustin. XVIII, 1; et alii passim. CAMERS.

1. *Campanos*. Nemo umquam tradidit, Campanos huic bello immistos fuisse. Haud dubie peccavit librarius, et Florus scripsit *Calabros*. Confirmant id paullo post sequentia verba: *Tarentus, Lacedaemoniorum opus, Calabriae quondam, et Apuliae totiusque Lucaniae caput*. TITZE. Audacior forsan coniectura. — *Italiam consummaret.* Id est, omnes illius urbes, regiones et imperia in unam ditionem redigeret. Translatio petita ab his, qui multas minores summas colligunt, et in unam redigunt. DVK.

2. *Tarentus, Lacedaemoniorum opus*. Tarenti originem, situm, opes, potentiam, etc. lege apud Strabonem, lib. VI; Plin. III, 10; Silium Italicum, XII, 432; Iustinum, III, 4, 11.

3. *Maius theatrum.* Suspecta iure lectio. Seebode ex coniectura Iornandis hunc locum ita legit: *imminet portui ad prospectum maris positum thea-*

4 miserae civitati fuit omnium calamitatum. Ludos forte
celebrabant, quum adremigantem litori Romanam clas-
sem inde vident; atque hostem rati, emicant, sine
5 discrimine insultant: « qui enim, aut unde Romani? »
Nec satis: aderat sine mora querelam ferens legatio.
Hanc quoque foede per obscoenam turpemque dictu
6 contumeliam violant: et hinc bellum. Sed apparatus
horribilis, quum tot simul populi pro Tarentinis con-
surgerent, omnibusque vehementior Pyrrhus, qui semi-
graecam ex Lacedaemoniis conditoribus civitatem vin-
dicaturus, cum totius viribus Epiri, Thessaliae, Mace-
doniae, incognitisque in id tempus elephantis, mari,
terra, viris, equis, armis, addito insuper ferarum ter-
rore, veniebat.

trum. Vnus MS. pro *maius* habet *Vrbis*. Editio princeps *Iovis theatrum*.

4. *Adremigantem litori Romanam classem*. Edit. princeps, *remigantes litori Romanas classes*. — *Emicant*. Saepius dictum de piscibus qui corpora saltu in aëra subiiciunt. Saepius etiam pro subito incurrere, irruere. Virg. Aen. VI, 5: *Iuvenum manus emicat ardens Litus in Hesperium*. — *Qui enim, aut unde Romani?* Ita textum restituit ex vett. edd. Salmasius, quum in pluribus legatur, *qui autem aut unde Romani?*

5. *Obscoenam turpemque dictu contumeliam*. Quum non satis eleganter graece locutus esset legatus, a Tarentinis, nullo accepto responso, derisus est, et lotio etiam conspersus. Qua de caussa iratus legatus, *Sanguine*, inquit, *hanc vestem aliquando eluetis*. Dion. Excerpt. legat. IV,

6. *Semigraecam*. Erat quippe graeca ratione conditionum, sed situ italica. — *Viribus Epiri, Thessaliae, Macedoniae*. Florus more suo rem exaggerat. Nam Pyrrhus a Lysimacho Macedonia eiectus, tum solam Epirum tenebat, et non multo plus quam quinque et viginti millia militum secum in Italiam duxit, quorum pars naufragio periit. *La grandeur de Pyrrhus ne consistait que dans ses qualités personnelles. Plutarque nous dit qu'il fut obligé de faire la guerre de Macédoine, parcequ'il ne pouvait entretenir six mille hommes de pied, et cinq cents chevaux qu'il avait. Ce prince, maître d'un petit état dont on n'a plus entendu parler après lui, était un aventurier qui faisait des entreprises continuelles, parcequ'il ne pouvait subsister qu'en entreprenant*. Montesquieu, *Grandeur et Décad. des Rom.*, *chap.* 4. — *Viris, equis, armis*. Haec saepe dicuntur pro totis viribus, omni conatu et contentione. Male igitur sic hunc locum interpungit Titze: *Viris, equis, armis addito insuper terrore*.

Apud Heracleam, et Campaniae fluvium Lirim, Le- 7
vino consule, prima pugna: quae tam atrox fuit, ut
Frentanae praefectus Obsidius, invectus in regem,
turbaverit, coëgeritque, proiectis insignibus, praelio
excedere. Actum erat, nisi elephanti, converso in spe- 8
ctaculum bello, procurrissent: quorum quum magni-
tudine, tum deformitate, et novo odore simul ac stri-
dore consternati equi, quum incognitas sibi belluas
amplius, quam erant, suspicarentur, fugam stragem-
que late dederunt. In Apulia deinde apud Asculum 9
melius dimicatum est, Curio Fabricioque consulibus:
iam quippe belluarum terror exoleverat; et Caius Mi-
nucius quartae legionis hastatus, unius proboscide ab-

7. *Apud Heracleam et Campaniae fluvium Lirim.* Errant haud dubie commentatores, quum Floro adscribunt peccata hic admissa, quae mea opinione interpolatorum et librariorum sunt. Certe hoc loco restituenda vera Flori scriptura, *Apud Heracleam, et fluvium Sirim,* quam Salmasio debemus. Ibi pugnam primam cum Pyrrho commissam auctores omnes consentiunt: nec potuit in re tam clara errare Florus. Quam facile a librariis in voce *Sirim* vitium committi potuerit, quivis videt. Et fortasse pro *Sirim* aliquis rescripsit *Lirim*: deinde lector aliquis qui sciret *Lirim* Campaniae fluvium, etiam adscripsit *Campaniae*; ita alterum ex altero. Tzsch.

8. *Converso in spectaculum bello.* Hac recepta lectione intelligendus est hic locus sicut explicat Graevius: nempe, vicissent Romani, nisi elephantes procurrissent, et Romanos magnitudine sua sic perculissent, ut praelium converteretur in spectaculum, et ut immemores pugnae spectatores essent terrore invisarum antea sibi belluarum tam monstrosarum. Dukerus autem et Seebode legunt *conversi in spectaculum belli*, intelligentes prorsus elephantes ad belli apparatum ante primum ordinem collocatos fuisse; quae quidem lectio minime spernenda est, et ex eo auctoritatem ducit quod iterum infra dicit: *Producti in primam aciem rursus elephanti*.

9. *Asculum.* Plutarch. in Pyrrho, et Frontin. II, 3, 21, praelium apud *Asculum* factum tradunt; ubi autem id situm fuerit non addunt. Rupert. ad hunc locum, et Cellar. Geogr. Antiq. II, 9, duas hoc nomine urbes in Italia fuisse ostendunt, alteram in Piceno, alteram in Apulia, quae hodieque *Ascoli* dicatur. De hac igitur haec verba intelligenda sunt, non de *Asculo* Piceno. Duker. — *Curio Fabricioque consulibus.* Manifestus hic est error. Curio enim in consulatu numquam collegam fuisse Fabricium, annales consulares testantur. Scribendum itaque *Fabricio et Aemilio consulibus*, quibus ad Asculum cum Lucanis, Bruttiis, Tarentinis, et Samnitibus, pugnatum esse, triumphorum

10 scissa, mori posse belluas ostenderat. Itaque et in ipsas
pila congesta sunt, et in turres vibratae faces tota ho-
stium agmina ardentibus ruinis operuere: nec ante cladi
finis fuit, quam nox dirimeret; postremusque fugien-
tium ipse rex a satellitibus humero saucius in armis
11 suis referretur. Lucaniae suprema pugna sub Aru-
sinis, quos vocant, campis, ducibus iisdem qui supe-
rius: sed tunc ad totam victoriam exitum, quem datura
12 virtus fuit, casus dedit. Nam, productis in primam
aciem rursus elephantis, unum ex his pullum adacti in
caput teli gravis ictus avertit; qui, quum per stragem
suorum percurrens stridore quereretur, mater agno-
vit, et, quasi vindicaret, exsiluit: tum omnia circa quasi
13 hostilia gravi timore permiscuit. Ac sic caedem ferae,
quae primam victoriam abstulerant, secundam parem
fecerant, tertiam sine controversia tradidere.

14 Nec vero tantum armis, et in campis, sed consiliis
quoque et domi intra Vrbem cum rege Pyrrho dimi-

tabulae recensent. Stad. — *Hastatus*. Hastati milites dicebantur qui hastis pugnabant.

10. *In armis suis referretur*. Palat. secund. *in castris suis*. Arma, hoc loco, clypeum vel scutum proprie significant, in quo mos erat saucios referri. Virg. Aen X, 841: *At Lausum socii exanimum super arma ferebant*.

11. *Sub Arusinis* Arusini campi in Lucania iidem sunt qui Arunci. — *Ducibus iisdem, qui superius*. Melius si legas, *quibus superius*: vel propius ad lectionem *queis* Sed hoc etiam falsum est, iisdem quibus ad Asculum pugnatum est ducibus, in Arusinis etiam fuisse pugnatum: nam Curius Dentatus consul pugnavit, tertio anno post pugnam ad Asculum, sexto post incoeptum bellum. Ed. Delph. Consentiunt Dukerus et Titze post Graevium. — *Sed tunc ad totam victoriam exitum*. Pro hac lectione certe vitiosa Salmasius, Gruterus et Dukerus, legendum suadent ex MS. Nazar., *sed tunc tota victoria. Exitum quem*, etc. Quam quidem lectionem Titze in textum admisit.

12. *Percurrens*. Salmasius Graeviusque reponendum censent *recurrens*. — *Quasi vindicaret*. Plures editt. *vindicatura*: non male si firmaret scriptorum codicum auctoritas. — *Gravi timore*. Sic habet MS. Vossianus 3. Quidam libri ostendunt *gravi mole*, quam lectionem expressit Dukerus, probatque Titze post Salmasium et Graevium.

13. *Secundam parem fecerant*. Immo ea ad Pyrrhum magis visa est inclinare, quum Romanorum sex millia

catum est. Quippe post primam victoriam rex callidus,
intellecta virtute Romana, statim desperavit armis,
seque ad dolos contulit. Nam interemtos cremavit, ca- 15
ptivosque indulgenter habuit, et sine pretio restituit:
missisque deinde legatis in Vrbem, omni modo adnisus
est, ut, facto foedere, in amicitiam reciperetur. Sed 16
bello et pace, foris et domi, omnem in partem Romana
virtus tum se approbavit; nec alia magis, quam Tarentina victoria, ostendit populi Romani fortitudinem,
senatus sapientiam, ducum magnanimitatem. Quinam 17
illi fuerunt viri, quos ab elephantis primo praelio obtritos accepimus? omnium vulnera in pectore: quidam
hostibus suis immortui: omnium in manibus enses, et
relictae in vultibus minae, et in ipsa morte ira vivebat. 18
Quod adeo Pyrrhus miratus est, ut diceret: « O quam
« facile erat orbis imperium occupare, aut mihi, Ro-

ceciderint, et ex parte Pyrrhi tria et quingenti quinque. Ed. Delph.—*Sine controversia*. Sine caede et pulvere.

14. *Desperavit armis*. Quum enim Pyrrho priorem victoriam quidam gratularentur, « si denuo, inquit, ita vicerimus, actum de nobis erit». Bossuet, *Discours sur l'Histoire universelle*, *I. partie*, *VIII. époque*: *Il remporta contre les Romains des victoires qui le ruinaient.*

17. *Quidam hostibus suis immortui.* Quam dulce sit super interfectorum hostium corpora animam exhalare, hoc versu exprimit Mithridates, apud nostrum Racine, *Mithridate*, *act. V*, *sc. 5*:

J'expire environné d'ennemis que j'immole.

— *Relictae in vultibus minae, et in ipsa morte ira vivebat.* Iunior poëta, nostrae spes Camoenae, quem post se laudari non succensebit noster Racine, nempe Delavigne, citatum hunc Flori locum imitari videtur, dum, recentiores patriae nostrae clades commemorans, ita de Gallis canit militibus, *première Messénienne*:

Les voilà ces héros si long-temps invincibles!
Ils menacent encore leurs vainqueurs étonnés!
Glacés par le trépas que leurs yeux sont terribles!
Que de hauts faits écrits sur leurs fronts silonnés!

Chateaubriand, *Martyrs*, *livre VI*: *Les Sicambres, tous frappés par devant, et couchés sur le dos, conservaient dans la mort un air si farouche, que le plus intrépide osait à peine les regarder.*

19 « manis militibus, aut, me rege, Romanis! » Quae autem eorum, qui superfuerunt, in reparando exercitu festinatio? quum Pyrrhus, « Video me, inquit, plane » Herculis sidere procreatum, cui, quasi ab angue « Lernaeo, tot caesa hostium capita de sanguine suo
20 « renascuntur ». Qui autem ille senatus fuit? quum, perorante Appio Caeco, pulsi cum muneribus suis ab Vrbe legati, interroganti regi suo, quid de hostium sede sentiret: « Vrbem templum sibi visam: senatum
21 regum consessum esse » confiterentur. Qui porro ipsi duces? vel in castris? quum medicum venale regis Pyrrhi caput offerentem Curius remisit; Fabricius oblatam sibi a rege imperii partem repudiavit: vel in
22 pace? quum Curius fictilia sua Samnitico praeferret

18. *Aut mihi, Romanis militibus.* Nempe, cum Romanis militibus.

19. *Quae autem... in reparando exercitu festinatio?* Ea nempe Romanis approbata erat sententia, quam profert Montesquieu, *Grandeur et Décadence des Romains*, *chap.* 4: *Ce n'est pas ordinairement la perte réelle que l'on fait dans une bataille (c'est-à-dire de quelques milliers d'hommes), qui est si funeste à un État; mais la perte imaginaire et le découragement qui le prive des forces mêmes que la fortune lui avait laissées.* Plura autem huius mirae constantiae exempla in posterum praebebit populus Romanus.

19. *Herculis sidere.* De quarta luna, inquit Freinshemius, singulare hoc legitur, quia ex Genethliacorum doctrina et praeceptis, ista nati laboriosam acturi sunt vitam, quemadmodum de Hercule prodidit Eusthatius. Nugatur prorsus Freinshemius cum suis Genethliacorum praeceptis. *Herculis sidere* nihil aliud hic est, quam Herculis fato.

20. *Vrbem templum.* Varie referunt veteres, Plutarch. in Pyrrho; Iustin. XVIII, 2; Eutrop. II, 7; et Ammianus Marcel. XVI, 10. Solus, ni fallor, Florus refert dixisse legatos, Vrbem templum *sibi* visam

21. *Medicum.* De hac historia vide praeter caeteros Valer. Max. IV, 3, 5. — *Offerentem.* Quidam *afferentem.* — *Curius remisit.* De re non ambigitur; circumstantiae variant. Ab utroque consule remissum, Cl. Quadrigarius apud Agellium, III, 8, auctor est: a toto senatu Valerius Antias, quem alter Valerius sequitur. Alii Fabricio tribuunt. Freinsh.

22. *Fictilia sua* Hanc historiam scribunt passim omnes. Lege Valer. Max. IV, 3, 5; Agellium, I, 14; Plin. XXXIII, 12; Augustin. Civit. Dei, V, 18. — *Rufinum.* Ab hoc Rufino ortum Syllae deducit Plutarch. princ. vitae. Cuius avaritiam idem Fabri-

auro; Fabricius decem pondo argenti circa Rufinum,
consularem virum, quasi luxuriam censoria gravitate
damnaret!

Quis ergo miretur his moribus, hac virtute militum, 23
victorem populum Romanum fuisse; unoque bello
Tarentino intra quadriennium maximam partem Ita-
liae, fortissimas gentes, opulentissimas urbes, uberri-
masque regiones in ditionem redegisse? Aut quid adeo 24
fidem superet, quam si principia belli cum exitu con-
ferantur? Victor primo praelio Pyrrhus, tota tremente
Italia, Campaniam, Lirim, Fregellasque populatus,
prope captam Vrbem a Praenestina arce prospexit; et
a vicesimo lapide oculos trepidae civitatis fumo ac pul-
vere implevit. Eodem postea bis exuto castris, bis 25
saucio, et in Gracciam suam trans mare ac terras fugato,
pax et quies; et tanta de opulentissimis tot gentibus
spolia, ut victoriam suam Roma non caperet. Nec enim 26
temere ullus pulchrior in Vrbem aut speciosior trium-
phus intravit. Ante hunc diem nihil nisi pecora Vol- 27
scorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta

cius eleganti dicto taxavit apud Ciceronem, de Orat. II, 66; et Agell. IV, 8 fin. Freinsh.

23. *Quis ergo miretur his moribus, hac virtute*, etc. Quos quidem mores, quam quidem virtutem usque adeo miratur Bossuet, ut exclamare non dubitet: *voilà le fruit glorieux de la patience Romaine. Des peuples qui s'enhardissaient et se fortifiaient par leur malheur avaient bien raison de croire qu'on sauvait tout, pourvu qu'on ne perdit pas l'espérance. Disc. sur l'hist. univ., III. part.*, 6. *chap.* — *Quadriennium*. Immo octo annis duravit: sex cum Pyrrho, et duobus antequam Pyrrhus se Tarentinis iungeret.

24. *Tota tremente Italia, Campaniam*, etc. Melius prorsus, quam quod plures editiones habent: *totam trementem Italiam, Campaniam*, etc

25. *Bis exuto castris*. Falsum: semel tantum exutus, et semel saucius (id est, fusus fugatusque). Nam primo et secundo praelio victor, tertio tantum victus fuit. Ed. Duker.

26. *Nec enim temere... triumphus intravit*. Nec enim facile ullus alius triumphus citari possit, etc.

27. *Nil nisi pecora Volscorum*, etc. Montesquieu, *Grandeur et Décadence des Romains, chap.* 1, de Romanorum triumphis, primis imperii temporibus: *Ils revenaient dans la ville avec les dépouilles des peuples vaincus.*

Samnitum arma vidisses: tum si captivos adspiceres,
Molossi, Thessali, Macedones, Bruttius, Apulus, atque
Lucanus: si pompas, aurum, purpura, signa, tabulae,
28 Tarentinaeque deliciae. Sed nihil libentius populus
Romanus adspexit, quam illas, quas timuerant, cum
turribus suis belluas: quae, non sine sensu captivitatis,
submissis cervicibus, victores equos sequebantur.

XIX.

BELLVM PICENS.*

1 Omnis mox Italia pacem habuit: qui enim post
Tarentum auderent? nisi quod ultro persequi socios
2 hostium placuit. Domiti ergo Picentes, et caput gentis
Asculum, Sempronio duce: qui, tremente inter prae-
lium campo, Tellurem deam, promissa aede, placavit.

C'étaient des gerbes de blé et des troupeaux. Cela y causait une grande joie. Voilà l'origine des triomphes.

28. *Sensu.* Haec vox hic non ita ut solet accipitur, sed pro *intellectu.*

* Cap. XIX. Bellvm Picens. Anno Vrbis 486, ante C. N. 268, coss. P. Sempronio Sopho, Appio Claudio Crassino. Vide Epit. Liv. XV; Eutrop. II, 9, 2; Oros. IV, 4; Front. I, 12, 3. Bellum autem *Picens* dicitur, ut *bellum Gallum, bellum Illyrium, bellum Dacum,* et alia huiusmodi. Quidam legunt *bellum Picenum*: male quidem, quum haec vox sit nomen provinciae. *Picens* autem dicitur pro *Picentinus*: sic Plauto *Campans genus,* pro *Campanum*; sic vetustissimus *Lucans* pro *Lucanus,* atque inde *Lucas* pro eodem et *Luca.* Inde bos *Lucans,* vel *Lucas* elephantus dictus priscis Romanis, quod in Lucania primum visus esset.

1. *Qui enim... auderent?* Et alia lectio est: *quid enim post Tarentum auderent?*

2. *Picentes.* Habitant inter Rubiconem et Aufidum fluvios, ad litora maris Adriatici. — *Asculum.* Vide supra XVIII, 9.

XX.

BELLVM SALLENTINVM.*

Sallentini Picentibus additi, caputque regionis Brun- 1
dusium cum inclyto portu, Marco Atilio duce. Et in 2
hoc certamine, victoriae pretium templum sibi pasto-
ria Pales ultro poposcit.

XXI.

BELLVM VOLSINIENSE.*

Postremi Italicorum in fidem venere Volsini, opu- 1
lentissimi Etruscorum, implorantes opem adversus ser- 2
vos quondam suos, qui libertatem a dominis datam,
in ipsos erexerant; translataque in se republica do-
minabantur. Sed hi quoque, duce Fabio Gurgite, poenas 3
dederunt.

* CAP. XX. BELLVM SALLENTINVM. Anno Vrbis 457, ante C. N. 267, coss. M. Atilio Regulo, et L. Iulio Libone. De hoc bello vide Epit. Livii, XV; Aurel. de Vir. Illustr. cap. 4; Eutrop. II, 9.

1. *Brundusium*. Quidam *Brundisium*, aut *Brundesium*, et *Brentesium*, apud Graecos Βρενδέσιον, et Βρεντέσιον.

2. *Pastoria Pales*. Pales pastorum dea, cuius festa die vicesima aprilis celebrabantur. Ovid. Fast. IV, 721.

* CAP. XXI. BELLVM VOLSINIENSE. A. V. 489, ante C. N. 265. Vide Val. Max. IX, 1; Aurel. de Vir. Illustr. cap. 36; Plin. XXXIV, 7, 2; Oros. IV, 5. Quidam legunt *Volsinense*.

2. *Erexerant*. Freinshemius et alii coniiciunt *exercuerunt*, male, ut nobis videtur: nam *erigere* libertatem suam in aliquem, est, oppressa illius libertate, suam erigere. Admitti tamen potest coniectura Dukeri, *se erexerant*.

XXII.

DE SEDITIONIBVS.

1 Haec est secunda aetas populi Romani, et quasi adolescentia: qua maxime viruit, et quodam flore virtutis exarsit ac ferbuit. Itaque inerat quaedam adhuc ex pastoribus feritas, quae quiddam spirabat indomitum. Inde
2 est, quod exercitus Postumium imperatorem, inficiantem, quas promiserat, praedas, facta in castris seditione, lapidavit; quod sub Appio Claudio noluit vincere hostem, quum posset; quod, duce Volerone, detrectan-
3 tibus plerisque militiam, fracti consulis fasces: inde, quod clarissimos principes, quum adversarentur vo-

1. CAP. XXII. *Haec est secunda... adolescentia.* Supra in Prooemio: *Hoc fuit tempus viris armisque incitatissimum; ideoque quis adolescentiam dixerit.* — *Itaque inerat quaedam*, etc. Reduximus cum Dukero et Titze lectionem quam complures MSS et edd. vetustiores fere omnes defendunt, contra recentius vulgatam, *Ita quae inerat quaedam*, etc. — *Ex pastoribus feritas, quae quiddam spirabat indomitum.* De qua feritate optime Saint-Évremond, *Réflexions sur les Rom.*, *ch.* 2: *Il faut avouer que des moeurs si rudes et si grossières convenaient à la république qui se formait. Une âpreté de naturel qui ne se rendait jamais aux difficultés, établissait Rome plus fortement que n'auraient fait des humeurs douces avec plus de lumière et de raison*

2. *Postumium.* A. Postumium Album Regillensem, qui urbem Volas oppugnans, praedam militibus promiserat, deinde vero, oppido capto, fidem mutavit, ideoque lapidibus coopertus, anno Vrbis 340, ante C. N. 414. Vide Liv. IV, 50. Idem postea accidisse Q. Pompeio testes Velleius II, 20, 2; Liv. Epit. LXXVII, 1. — *Appio Claudio.* Appius Claudius Sabinus, qui consul fuit cum Tito Quinctio Capitolino Barbato, A. V. 283, ante C. N. 471. Is quum exercitum in Volscos invitum duxisset, ille, duci infestus, omnia perverse egit, ita ut Appius ab hostibus vinceretur. — *Duce Volerone.* Quum consules delectum haberent, citatus est Volero; qui quum ordines duxisset, iam gregarius miles esse nolebat: ob id spoliari iussus, lictores repellit et plebem concitat, quae, violatis lictoribus, fractisque fascibus, consules in curiam fugat, et fiunt ingentes turbae. Quod quidem accidit A. V. 281, ante C. N. 473, coss. L. Aemilio Mamercino III, Vopisco Iulio Iulo.

luntati suae, exsulatione multavit, ut Coriolanum co-
lere agros iubentem; nec minus ille ferociter iniuriam
armis vindicasset, nisi quod iam inferentem signa filium
mater Veturia lacrymis suis exarmavit: ut ipsum Ca- 4
millum, quod inique inter plebem et exercitum divi-
sisse Veientem praedam videretur. Sed hic melior in
capta Vrbe consenuit, et mox supplices de hoste Gallo 5
vindicavit. Cum senatu quoque vehementius aequo
bonoque certatum est; adeo ut, relictis sedibus, soli-
tudinem et interitum patriae suae minaretur.

3. *Coriolanum.* Cuius mira brevitate sic indolem adumbrat Bossuet, *Discours sur l'Histoire universelle, III. part., 6. chap.: Les Volsques, toujours battus par les Romains, espérèrent de se venger, ayant à leur tete le plus grand homme de Rome, le plus entendu à la guerre, le plus incompatible avec l'injustice; mais le plus dur, le plus difficile, et le plus aigri.* — *Colere agros iubentem.* Per secessionem plebis agri inculti manserunt: inde annonae caritas, cuius levandae gratia, quum magna vis frumenti ex Sicilia adveheretur, Coriolanus plebi infensus, ut illam premeret, sic in senatu locutus est: *Audeo dicere hoc malo domitos ipsos potius cultores agrorum fore, quam ut armati per secessionem coli prohibeant.* Quapropter irata plebs illi diem dixit, et, praecipua caussa omissa, eum propter praedam superiori anno ex hostibus captam nec in publicum relatam, sed inter suos divisam, in exsilium eiecit. Ed. Delph.

4. *Camillum.* In exsilium Ardeam abiit A. V. 365, ante C. N. 389. — *Veientem.* Hanc vocem omittunt nonnulli. — *Sed hic melior in capta Vrbe consenuit.* Secuti sumus cum Graevio, Dukero et Titze codicem Ryckianum contra quosdam codd. in quibus legitur, *sed hic melior obsessis,* etc. Non enim obsessis Romanis melior erat Camillus, sed Coriolano, qui iniuriam patriae vindicaturus erat armis. *Consenuit* vero hoc loco est, quod exsilium plenum taedii in hac urbe egit, sic et *γεράσκειν* apud Hesiodum, et *esse senio* apud comicos. Non autem apertum est, in qua urbe capta exsilium plenum moeroris egerit Camillus. Nam quod Salmasius *captam urbem* exponit *Veios*, id refellitur e Plutarcho in Camillo; Liv. V, 43 et 46; Aurelio Victore, 23: qui omnes Camillum non Veiis, sed Ardeae exsulasse tradunt: ita ut admittendum sit, aut Florum hic errasse, aut corruptum esse textum.

5. *Cum senatu quoque.* Hanc historiam scribunt Liv. 5, et Aurel. de Vir. Illustr. cap. 23.

XXIII.

PRIMA SEDITIO.

1 Prima discordia ob impotentiam foeneratorum: qui-
bus in terga quoque serviliter saevientibus, in Sacrum
montem plebs armata secessit; aegreque, nec, nisi tri-
bunos impetrasset, Menenii Agrippae, facundi et sa-
2 pientis viri, auctoritate revocata est. Exstat orationis
antiquae satis efficax ad concordiam fabula, qua « dis-
« sedisse inter se quondam humanos dixit artus, quod,
« omnibus opere fungentibus, solus venter immunis
« ageret: deinde moribundos a seiunctione rediisse in
« gratiam, quando sensissent, quod eius opera reda-
« ctis in sanguinem cibis irrigarentur. »

1. Cap. XXIII. *Prima discordia.* De qua Liv. II, 32, etc., Dionys. VI, 37, etc.; Val. Max. VIII, 9, 1; Aurel. de Vir. Illustr. cap. 18; Eutrop. I, 11; Oros. II, 6; August. Civit. II, 18, et III, 17; Appian. de Bell. Civil. I; Ovid. Fast. III, 663. Cicero autem apud Priscianum, lib. VI, hanc discordiam accidisse auctor est, anno post reges exactos decimo sexto, id est, A. V. 260, ante C. N. 494. — *Foeneratorum. Foeneratores* Latinis dicuntur homines pecuniosi, qui aliis pecunias sub usuris legitimis et civilibus credunt. Is quaestus uti per se non inhonestus est, ita nec nomen foenoris habet. Sed hoc propter avaritiam multorum modum lege positum in foenerando excedentium, et acerbitatem in exigenda pecunia credita, etiam in malam partem sumitur.

2. *Fabula.* Hanc narrant Val Max VIII, 9, 1; auctor de Viris Illustr. cap. 18; Liv. II, 32. — *Quando sensissent quod irrigarentur.* Minus purae latinitatis videri possit istuc *quod*, et Floro dicendum fuisse videtur, *quando sensissent se irrigari*. Attamen et ita infra II, 4, *deprehensum est quod habent*. Est autem graecismus, cuius non desunt exempla.

XXIV.

SECVNDA SEDITIO.*

Secundam in Vrbe media decemviratus libido con- 1
flavit. Allatas a Graecia leges decem principes lecti, iubente populo, conscripserant; ordinataque erat in duodecim tabulis tota iustitia, quum tamen traditos
fasces regio quodam furore retinebant. Ante caeteros 2
Appius eo insolentiae elatus est, ut ingenuam virginem stupro destinaret, oblitus et Lucretiae, et regum, et
iuris, quod ipse composuerat. Itaque quum oppressam 3
iudicio filiam trahi in servitutem videret Virginius pater, nihil cunctatus, in medio foro manu sua interfecit; admotisque signis commilitonum, totam eam dominationem obsessam armis, in carcerem et catenas ab Aventino monte detraxit.

*CAP. XXIV. SECVNDA SEDITIO. Quae evenit A. V. 304, ante C. N. 450. Lege Liv. III, 44, etc.; Val. Max. VI. 1, 3; auctorem de Vir. Illustr. cap. 21; Oros. VII, 13; August. Civit. III, 16. — *Regio quodam furore*. De quo regio furore Montesquieu, *Grandeur et Décadence des Romains, chap.* 1 : *On vit manifestement, pendant le peu de temps que dura la tyrannie des décemvirs, à quel point l'agrandissement de Rome dépendait de sa liberté : l'état sembla avoir perdu l'âme qui le faisait mouvoir.* Nec minus eleganter et vere Ferrand, *Esprit de l'histoire, Lettre XIV*, qui, descripta decemvirorum tyrannide, haec insuper addit : *Le peuple Romain put se rappeler alors comment Numa lui donnait des lois; et en tremblant devant les licteurs d'Appius, il dut regretter la paisible fiction de la nymphe Égérie.*

3. *Aventino*. Obscurus est nimia brevitate. Nam hic innuere videtur decemviros se in Aventinum recepisse, atque inde a plebe detractos fuisse; et sic videtur accepisse Ampelius, qui *Virginius*, inquit, *Appium et totam eius factionem in Aventino circumvenit, effecitque ut, abdicato magistratu, accusati atque damnati variis suppliciis punirentur.* Sed ex historia cognoscimus, in Aventino monte castra posuisse exercitum, qui Virginium secutus fuerat. Quum autem dicit Florus totam eam dominationem ab Aventino monte in carcerem et catenas detractam fuisse, illud de solo Appio intelligendum est, quum reliqui exsilio poenas vitaverint.

XXV.

TERTIA SEDITIO.*

1 Tertiam seditionem excitavit matrimoniorum dignitas; ut plebeii cum patriciis iungerentur: qui tumultus in monte Janiculo, duce Canuleio, tribuno plebis, exarsit.

XXVI.

QVARTA SEDITIO.*

1 Quartam honorum cupido, ut plebeii quoque ma-
2 gistratus crearentur. Fabius Ambustus duarum pater,
alteram Sulpicio patricii sanguinis dederat, alteram
3 plebeio Stoloni. Haec quodam tempore quod lictoriae
virgae sonum ignotum penatibus suis expaverat, a

* Cap. XXV. Tertia Seditio. A. V. 309, ante C. N. 445. Vide Livium IV; August. Civit. III, 17.

1. *Ianiculo.* In monte Ianiculo connubiorum promiscuorum caussa tumultum fuisse, Canuleio duce, auctorem praeter Florum haud facile invenias. Certatum quidem eam ob caussam seditiose inter patricios et tribunos plebis contentionibus variis ex Livio constat. Secessisse autem plebem in Ianiculum propter aes alienum, post graves et longas seditiones, invenio, atque inde a Q. Hortensio dictatore deductam; eumque legem tulisse in Esculeto, ut, quod plebs iussisset, omnes Quirites teneret: nec aliam tertiae secessionis caussam auctores recensent. Stad.

* Cap. XXVI. Qvarta Seditio. A. V. 379, ante C. N. 375. Vide Liv. VI; Val. Max. VIII, 6, 3, et auctor. de Vir. Illust. cap. 20.

1. *Honorum cupido.* Montesquieu, *Grand. et Decad. des Romains*, chap. 8: *Dans une ville où la pauvreté était la vertu publique, où les richesses, cette voie sourde pour acquérir la puissance, étaient méprisées, la naissance et les dignités ne pouvaient pas donner de grands avantages. La puissance devait donc revenir au plus grand nombre, et l'aristocratie se changer peu à peu en état populaire.*

sorore satis insolenter irrisa esset, iniuriam non tulit.
Itaque nactus tribunatum, honorum et magistratuum 4
consortium, quamvis invito, senatui extorsit. Verum in 5
his ipsis seditionibus principem populum non imme-
rito suspexeris: siquidem nunc libertatem, nunc pudi-
citiam, tum natalium dignitatem, honorum decora et
insignia vindicavit; interque haec omnia nullius acrior 6
custos, quam libertatis, fuit; nullaque in pretium eius
potuit largitione corrumpi, quum, ut in magno, et in
dies maiore populo, interim perniciosi cives exsisterent. 7
Spurium Cassium agraria lege, *Maelium* largitione
suspectum regiae dominationis, praesenti morte mul-
tavit. Ac de Spurio quidem supplicium pater ipsius
sumsit: hunc Quinctii dictatoris imperio, in medio foro
magister equitum Servilius Ahala confodit. Manlium 8
vero Capitolii vindicem, quia plerosque debitorum li-
beraverat, altius se et incivilius efferentem, ab illa,

3. *Lictoriae virgae sonum*. De hoc more Plin. VII, 30; Lipsius Elect. 23; Petron. cap. 65.

4. *Itaque nactus tribunatum*. Hic merito desideratur vox aliqua cui *nactus* referri possit, ut *maritus*, aut *Stolo*, aut *vir*. — *Honorum...... consortium*. Nam, invito senatu, obtinuit, ut alter consulum e plebe crearetur.

6. *In pretium eius*. Id est, quae pretium libertatis esset; qua, tamquam pretio, libertatem venderet.

7. *Spurium Cassium agraria lege, Maelium largitione*. Sic lectionem codicum, etiam in optimis aperte mancam et turbatam (quippe ignorant *Maelium*, et vocabulum *largitione* ante *Cassium* ponunt) emendare conatus est Camers. Nec video cur non ab illo stemus, quum nihil offeratur ab aliis melius. Videtur Florus de praenomine *Maelii* dubitasse, quum alii historici item *Spurium Maelium* appellent. At Florus paullo post quum dicit, *Ac de Spurio quidem*, Cassium intelligit. — *Pater ipsius*. Alii tamen, inquit Livius, de illo quaestores supplicium sumsisse tradunt.

8. *Incivilius*. Id est, ut civem non decet. — *Ab illa quam defenderat arce deiecit*. Et ut ait Livius, VI, 20, *locus idem in uno homine, et eximiae gloriae monumentum, et poenae ultimae fuit*. — *Fretum illud adolescentiae*. Pro *fervore adolescentiae*: quae quidem metaphora quamquam durior et insolentior, ita tamen Lucretius, IV, 1024: *Tum quibus aetatis freta primitus insinuantur, Semen ubi ipsa dies membris natura creavit*. — *Totam inter Alpes*. Parum vere, nam etiam plus centum annos post haec tempora, atque etiam post bellum Punicum primum, cum Gallis, Liguribus, aliis-

9 quam defenderat, arce deiecit. Talis domi ac foris; talis pace belloque populus Romanus fretum illud adolescentiae, id est, secundam imperii aetatem, habuit: in qua totam inter Alpes fretumque Italiam armis subegit.

que populis in Italia bellatum est. Romani hac aetate eam partem Italiae subegerunt, quae peculiari appellatione Italiae vocabatur. Dukerus.

L. ANNAEI .FLORI

RERVM ROMANARVM

EPITOME.

LIBER SECVNDVS.

I.

PROOEMIVM.*

Domita subactaque Italia, populus Romanus prope 1
quingentesimum annum agens, quum bona fide adole-
visset, si quod est robur, si qua iuventas, tum ille
vere robustus, et invenis, et par orbi terrarum esse
coepit. Ita (mirum, et incredibile dictu!) qui prope 2
quingentis annis domi luctatus est (adeo difficile fue-

* CAP. I. PROOEMIVM. Pro notitia huius capitis quod locum prooemii obtinet, lege Appianum in operis prologo, qui post enumerationem terrarum quas Romani subegerant: *Harum tantarum innumerarumque nationum, quum tanta sit magnitudo, Italiam tamen magno labore, ac vix quingentis annis stabilem sibi reddidere, etc.* Ibidem enumerat fere nationes omnes quae Romae paruerunt. CAMERS.

1. *Domita subactaque Italia*, etc. Is est huius loci ordo: Domita subactaque Italia, quum populus Romanus prope quingentesimum annum agens, adolevisset bona fide (per bonas artes, sine simulatione), tum ille coepit esse vere robustus et iuvenis, si umquam civitas ulla robusta et iuvenis exstitit; et coepit esse par orbi terrarum. — *Prope quingentesimum.* In Prooemio libri primi, quingentos integros ponit. Vide quae nos ibi diximus.

2. *Domi luctatus est.* Ita supra ducentis quinquaginta prioribus domi

rat dare Italiae caput!), his ducentis annis, qui sequuntur, Africam, Europam, Asiam, totum denique orbem terrarum bellis victoriisque peragravit.

II.

PRIMVM BELLVM PVNICVM.*

1 Igitur victor Italiae populus, quum a terra fretum
usque venisset, more ignis, qui obvias populatus incendio
silvas, interveniente flumine abrumpitur, paul-
2 lisper substitit. Mox quum videret opulentissimam in
proximo praedam, quodam modo Italiae suae abscissam
et quasi revulsam, adeo cupiditate eius exarsit,
ut quatenus nec mole iungi, nec pontibus posset, armis
belloque iungenda, et ad continentem suam revo-
3 canda bello videretur. Et ecce, ultro ipsis viam pan-

luctatum eum dicit in Prooemio lib. I, reliquis vero ducentis quinquaginta Italiam subegisse.

* CAP. II. PRIMVM BELLVM PVNICVM. Incoeptum A. V. 490, ante C. N. 264, coss. Appio Claudio Caudice et M. Fulvio Flacco, duravit annos 24. De hoc primo bello Punico Epit. Liv. XVI et sqq.; Eutrop. II, 3; Oros. IV, 8; August. Civit. III, 18; auctor de Vir. Illustr. cap. 37 et sqq.; Appianus in Lybico; Polyb. I; Silius Ital. VI.

2. *Opulentissimam... praedam.* Haec praeda Sicilia est, quam ab Italia revulsam mari inter omnes constat. — *Italiae.* Merito animadvertit Titze dativum *Italiae* non probe coire cum *revulsam.* — *Abscissam.* Quidam *abcisam*: nil refert. *Abscindere* et *abscidere*, *abscissus* et *abcisus* ubique in libris vetustis permutantur. — *Mole.* Ita correxerunt doctissimi viri pro *more*; quam vocem manifeste corruptam imperiti scribae mutaverant in *mare*. Moles autem sunt constructiones lapideae quas in mare iaciebant, ut iis continens extenderetur. — *Continentem suam.* Quidam libri habent *continentem suum*, Salmasio improbante. Nam, inquit, *continens* quum dicitur, semper subauditur *terra*. Quod si accipiatur *suum*, oporteat subaudiri *agrum*, aut quamvis aliam huius modi vocem.

3. *Et ecce, ultro.* Quidam legunt, quos inter Dukerus, *Sed ecce, ultro.* — *Impotentia.* Nempe tyrannide, vexatione: quo sensu vox illa apud optimos auctores usitatior. — *Paribus*

dentibus fatis, nec occasio defuit, quum de Poenorum
impotentia foederata Siciliae civitas Messana quereretur.
Affectabat autem, ut Romanus, ita Poenus Siciliam; et
eodem tempore, paribus uterque votis ac viribus im-
perium orbis agitabat. Igitur specie quidem socios iu- 4
vandi, re autem solicitante praeda, quamquam terri-
taret novitas rei (tanta tamen in virtute fiducia est!)
ille rudis, ille pastorius populus, vereque terrester,
ostendit nihil interesse virtutis, equis an navibus, terra
an mari dimicaretur. Appio Claudio consule, primum 5
fretum ingressus est, fabulosis infame monstris, aestu-
que violentum: sed adeo non est exterritus, ut illam
ipsam ferventis aestus violentiam pro munere amplecte-
retur: statimque ac sine mora Hieronem, Syracusanum 6
regem, tanta celeritate vicit, ut ille ipse, se prius victum,
quam hostem videret, fateretur.

Duillio Cornelioque consulibus, etiam mari congredi 7

uterque votis... imperium orbis agitabat. Non tamen eiusdem generis ambitione movebantur Romani et Carthaginienses, ut optime observat Montesquieu, *Grand. et Décad. des Romains, cap.* 4: *Les Romains étaient ambitieux par orgueil: et les Carthaginois par avarice; les uns voulaient commander, les autres voulaient acquérir; et ces derniers, calculant toujours la recette et la dépense, firent toujours la guerre sans l'aimer.*

4. *Quamquam territaret novitas rei.* Quippe qui nunquam mare conscenderant. — *Terrester.* Terrester hic maritimo opponitur. Alias *terrester*, γηγενῆ, natum terra notat, quales se haberi volebant quidam populi, quorum ignorabatur origo.

5. *Fabulosis.* De quibus tam multae sunt fabulae, de quibus saepius fari homines consueverunt; ut apud Horatium *fabulosus Hydaspes*, et *fabulae Manes*. — *Infame.* Id est, notissimum, magnam habens famam, ut apud Horatium Carm. I, 3: *Infames scopulos Acroceraunia.* — *Ferventis.* Ita repositum ex sententia Graevii pro vitioso *ruentis*; quidam, Heinsio auctore, *furentis*. — *Pro munere amplecteretur.* Quia aestu illo velocitas navium iuvabatur.

7. *Duillio Cornelioque consulibus.* Quinto anno incoepti belli: et hic trium annorum res gestas praeterit Florus. — *Quum quidem.... victoriae auspicium fuit.* Deest *victoriae* in Ryckiano, ut in aliis omnibus MSS. In Iornandis tamen libris non frustra reperitur, nec tam a Iornande adtexta, quam ex ipsius Flori, qui tum exstiterunt, codicibus hausta, sensu illam vocem exigente. Nempe, classis tam velociter comparata, fuit omen vi-

ausus est, quum quidem ipsa velocitas classis comparatae, victoriae auspicium fuit. Intra enim sexagesimum diem, quam caesa silva fuerat, centum sexaginta navium classis in anchoris stetit: ut non arte factae, sed quodam munere deorum conversae in naves atque mutatae ar-
8 bores viderentur. Praelii vero forma mirabilis, quum illas celeres volucresque hostium naves hae graves tardaeque comprehenderent. Longe illis nauticae artes,
9 detergere remos, et ludificari fuga rostra. Iniectae enim ferreae manus, machinaeque aliae, ante certamen

ctoriae. Graev. Hanc vocem et nos cum Graevio tuemur contra Salmasium, Dukerum, Titze, et Seebode, qui eam omittunt. — *Sexagesimum diem, quam.* Est elliptica locutio etiam Livio et aliis usitata. De re autem, non minus admirabilis Scipionis celeritas in eadem re, qui *ita insistit operi, ut die quadragesimo quinto, quam ex sylvis detracta materia erat, naves instructae ornataeque in aquam deductae* sint. Livius, XXVIII, 45, 19. Freinsh. At illud hic praecipue mirandum, quod Romani tam mira celeritate classem fabricaverint, quum huc usque adeo artis nauticae rudes fuissent, ut, in hac classe construenda, ratem quamdam in Italiae oras tempestate iactatam pro specimine habuerint. Itaque Bossuet, *Discours sur l'histoire universelle, III. part.*, 6. *chap.: Qui ne sait qu'ils (les Romains) ont appris des Carthaginois l'invention des galères par lesquelles ils les ont battus, et qu'enfin ils ont tiré de toutes les nations qu'ils ont connues de quoi les surmonter toutes.* — *Munere deorum, conversae in naves.* Quae quidem μεταμορφώσις minime ferenda in historico.

8. *Forma.* Libri plures *fama*: praestat vulgat. — *Longe illis nauticae artes.* Id est, nihil tum iuvabant Carthaginienses nauticae artes. Sic Virgil. Aeneid. XII, 52: *Longe illi dea mater erit....* Immo sic Noster infra, II, 6, 34. — *Detergere remos.* Ita Lipsius emendavit pro *detorquere remos*, approbantibus et Salmasio, et Graevio, et Dukero, et Titze, et Seebode. Proprium est enim loquendi genus detergere remos, quum nimirum in praeternavigando hostilis navis remos frangerent, et navem hac ratione praelio inutilem redderent. — *Ludificari fuga rostra. Ludificari hostem* veteres in descriptione pugnarum saepe dicunt de his qui non conserunt stabilem pugnam, sed modo incurrendo, modo se recipiendo hostem fatigant. Hoc genere pugnandi maxime utebantur equites. Liv. XXXIII, 47: *Infestis hastis concitarunt equos: dein libero spatio inter se ludificantes, sine vulnere pugnam extrahebant.* Silius, VII, 641:.... *varie nunc laevus in orbem Nunc dexter levibus flexo per devia gyris Ludificatus equo....* Erat autem eadem ratio praeliorum navalium, quae equestribus comparat Florus in fine huius capitis. Dukerus.

9. *Ferreae manus*, aut *Harpagones*,

multum ab hoste derisae; coactique hostes quasi in so-
lido decernere. Victor ergo apud Liparas, mersa et fu-
gata hostium classe, primum illum maritimum egit
triumphum. Cuius quod gaudium fuit! quum Duillius 10
imperator, non contentus unius diei triumpho, per vi-
tam omnem, ubi a coena rediret, praelucere funalia,
praecinere sibi tibias iussit, quasi quotidie triumpha-
ret. Prae tanta victoria leve huius praelii damnum 11
fuit. Alter consulum interceptus Asina Cornelius;
qui, simulato colloquio evocatus, atque ita oppressus
fuit: perfidiae Punicae documentum. Calatino dicta- 12
tore, fere omnia praesidia Poenorum, Agrigento, Dre-

ut vocat Livius, XXX, 10, 13; et Caesar de Bello Civili, I, 57.— *Machinaeque aliae.* His verbis circumscribit corvos, quos depingit Polyb. I, 23. Non enim ferreae manus et corvi idem sunt, quod vel ex Curtio intelligere liceret, IV, 2, 12: *Ferreae manus, corvique, et alia tuendis urbibus*, excogitata. Freins. — *Liparas.* Insula una e Liparaeis, quae frequentius in singulari *Lipara* dicitur, interdum tamen numero plurali. Fieri tamen potest Florum, nove quidem, dixisse *Liparas* pro omnibus insulis Liparaeorum. Non exacte porro definitur locus huius pugnae, nisi quod e Polybio, I, 23, colligitur, eam factam inter Mylas, et has insulas.—*Maritimum egit triumphum.* Memoriam huius victoriae Duillianae consecravit populus Romanus, posita columna, rostris captarum navium ornata, in foro, de qua Quinctil. Instit. I, 13; Silius Italicus Punic. VI, 664. Est omnium Latinae linguae monumentorum antiquissimum, ex quo videre licet, quaenam illius aetatis fuerit loquendi scribendique ratio. Expositionem eius vide apud Ciacconium, qui singulari libello hunc titulum illustravit, quamvis et alii eruditi in illo exponendo desudarint. Graev.

10. *Iussit.* Plures hanc vocem *iussit* reprehendunt, quum superbius sit illis temporibus exemplum, consulem sibi honorem ullum decerni *iubere*. At primum haec lectio a Cicerone firmatur de *Senectute*, caput 13. Praeterea, ut observat Freinshemius, novum non est, ut qui praeclare quid gesserat, aliquem honorem suo arbitrio sibi sumeret. Ita, auctore Dione, lib. XLIX, *Cornificius tantum sibi ob servatos a se milites tribuit, ut Romae, quoties foris deinde coenaret, elephanto domum revectus sit.*

11. *Asina Cornelius.* Quidam *Cornelius Asina.* Placet autem vulgata, nempe, quia amant scriptores cognomen praeponere. Nihil frequentius Tacito, nihil Velleio, nihil aliis. — *Atque ita oppressus fuit: perfidiae Punicae documentum.* Quidam legunt *atque ita oppressus, fuit* etc.

12. *Dictatore* Reprehendit Stadius, Calatinum hic a Floro dictatorem dici, qui tum, quum haec gererentur, non dictator, sed consul fuerit. Hinc Frein-

13 panis, Panormo, Eryce, Lilybaeo detraxit. Trepidatum
est semel circa Camerinensium saltum; sed eximia virtute
tute Calpurnii Flammae, tribuni militum, evasimus,
qui, lecta trecentorum manu, infestum et insessum ab
hostibus tumulum occupavit, adeoque moratus hostem,
14 dum exercitus omnis evaderet; ac sic pulcherrimo
exitu Thermopylarum et Leonidae famam adaequavit:
hoc illustrior noster, quod expeditioni tantae superfuit
et supervixit, licet nihil scripserit sanguine.
15 Lucio Cornelio Scipione, quum iam Sicilia suburbana
esset populi Romani provincia, serpente latius
bello, Sardiniam, adnexamque ei Corsicam transit: ibi
16 Olbiae, et hic Aleriae urbis excidio incolas terruit,
adeoque omnes terra, mari Poenos expugnavit, ut iam
17 victoriae nihil nisi Africa ipsa restaret. Marco Atilio
Regulo duce, iam in Africam navigabat bellum. Nec

shemius suspicabatur legendum *Calatino ducatore*. Sed vocem istam ut vetustioribus Romanis inusitatam, non vult admittere Dukerus; quid ergo si scribamus *ductore*, quod vocabulum sine dubio aureae aetatis est? Titze. —*Agrigento*. Vrbs in inferiore parte Siciliae, versus meridiem, ad fluvium Agragam sita, unde nomen. Observat autem Dukerus ex Polybio I, 17 sqq., Agrigentum captum fuisse a Lucio Postumio, et Quincto Mamilio coss. quatuor annis ante primum consulatum Calatini. — *Drepanis*. Promontorium Siciliae, versus occidentem. — *Panormo*. Vrbs Siciliae, ab occidente, Boream versus. — *Eryce*. Vrbs Siciliae, e regione Panormi.

14. *Licet nihil scripserit sanguine*. Omnes animadverterunt commentatores, hic hallucinari Florum, qui Leonidae attribuat, quod fuit Othryadis. Porro tam frigent haec verba, ut ea a quocumque alio, quam a Floro esse, Freinshemius, Dukerusque, et alii existimaverint.

15. *Lucio Cornelio Scipione*. Quod nunc narrat Florus anno prius est, quam quod supra narravit de Calatino et Calpurnio. Ed. Delph.

16. *Ibi Olbiae, et hic Aleriae urbis*. Sic locum hunc foede vitiatum restituit Perizonius, Graevio, Dukero, et Titze approbantibus. — *Expugnavit*. Nescio cur hanc vocem solicitent commentatores, inepte proponentes *repurgavit*. Nihil mutandum. Hae autem voces *adeo terra, mari Poenos expugnavit*, gallice verti possunt: *Il pressa si fort les Carthaginois sur terre et sur mer*.

17. *Marco Atilio Regulo*. Qui tunc consul erat II. — *Navigabat bellum*. Eodem fere modo Plin. Panegyr. 12: *Quum Danubius ripas gelu iungit, duratusque glacie, ingentia tergo bella*

deerant, qui ipso Punici maris nomine ac terrore deficerent, augente insuper tribuno Mannio metum: in quem, nisi paruisset, securi districta, imperator metu mortis navigandi fecit audaciam. Mox ventis remisque properatum est; tantusque terror hostici adventus 18
Poenis fuit, ut, apertis paene portis, Carthago caperetur.

Prima belli praemium fuit civitas Clypea: prima 19
enim a Punico litore quasi arx et specula, procurrit.
Et haec, et trecenta amplius castella vastata sunt. Nec 20
cum hominibus, sed cum monstris quoque dimicatum est: quum quasi in vindictam Africae nata mirae magnitudinis serpens posita apud Bragadam castra vexaret. Sed omnium victor Regulus, quum terrorem nomi- 21
nis sui late circumtulisset; quumque magnam vim iuventutis, ducesque ipsos aut cecidisset, aut haberet in vinculis; classemque ingenti praeda onustam, et triumpho gravem, in Vrbem praemisisset, etiam ipsam belli caput Carthaginem urgebat obsidio, ipsisque por-

transportat. — *Punici maris nomine.* Quod periculosum propter Syrtes. — *Mannio.* Incerta huius nominis scriptura. Nam MSS. ostendunt *Nautrio*, *Nanrio*, *Natio*, *Nannio*, *Nautio*; solus unus codex habet *Mannio*, unde Dukerus coniecit legendum *M. Annio*.

18. *Ventis remisque properatum est.* Pro omni conatu et festinatione. Idem est, remis velisque. — *Apertis paene portis.* Nempe, ut ex agris in urbem fugientes reciperentur.

19. *Clypea.* Hodie *Zafaran.* — *Specula.* Pro loco edito, e quo prospectari possunt omnia circumiecta, ut obvium saepe apud Florum et alios. — *Procurrit.* Sic Virgilius, Aen. V, 204: *infelix saxis in procurrentibus haesit.*

20. *Mirae magnitudinis serpens.* De qua Agell. VI, 3; Val. Max. I, 8, 19; Plin. VIII, 14. — *Bagradam.* Africae fluvium.

21. *Magnam vim iuventutis.* Id est, permultos iuvenes. — *Cecidisset.* Dukerus legit *cepisset* ex omnibus Flori libris manu exaratis, quamquam hanc lectionem minime probet; quippe quae redundat cum seqq. *in vinculis haberet.* — *Triumpho gravem.* Id est, gravatam praeda quae in triumphi ornamentum auferebatur. — *Vrgebat obsidio.* Ryckianus *obsidione*. Non autem repudiandum est *obsidio*, quum *obsidium* occurrat, non modo apud recentiores scriptores, verum etiam apud Ennium, Coelium, Varronem et Sallustium.

22 tis inhaerebat. Hic paullulum circumacta fortuna est; tantum ut plura essent Romanae virtutis insignia: cu-
23 ius fere magnitudo calamitatibus approbatur. Nam, conversis ad externa auxilia hostibus, quum Xanthippum illis ducem Lacedaemon misisset, a viro militiae peritissimo vincimur.

Tum foeda clade, Romanisque usu incognita, vivus in manus hostium venit fortissimus imperator. Sed ille quidem par tantae calamitati fuit: nam nec Punico
24 carcere infractus est, nec legatione suscepta. Quippe diversa, quam hostes mandaverant, censuit; ne pax
25 fieret, nec commutatione captivorum reciperetur. Sed nec illo voluntario ad hostes suos reditu, nec ultimo sive carceris, sive crucis supplicio deformata maiestas;

22. *Circumacta.* Mutata, conversa. —*Insignia.* Signa, indicia.

23. *Xanthippum.* Appianus in Princ. Punic. Carthaginienses a Lacedaemoniis ducem petivisse, et ab his Xanthippum missum tradit. Nec multo aliter in Epit. Livii XVIII. Contra Polybius, I, 32, nihil aliud, quam unum e mercenariis in Graecia conductis, Lacedaemoniumque et laconica disciplina imbutum fuisse, ac rei militaris mediocrem usum habuisse, auctor est. Et Aurel. Vict. cap. 40, mercenarium militem vocat. Praeterea Cicero de Officiis, III, 26; et Val. Max. I, 14, scribunt Regulum ex insidiis captum fuisse: Polybius nullam insidiarum mentionem facit. Dvk. — *Tum, foeda clade, Romanisque usu incognita, vivus*, etc. Quidam legunt, *Tum foeda clades, Romanisque usu incognita. Vivus*, etc. Alii autem, *Tum (foeda clades Romanisque usu incognita) vivus*, etc. Ea autem clades erat Romanis usu incognita, quia nullus antehac Romanorum dux in potestatem hostium venerat. — *Par tantae calamitati fuit.* Reguli quidem fortitudinem usque adeo miratur Montaigne, *Essais, livre II, cap.* 3, ut eam longe supra fortitudinem Catonis extollat, violentas sibi manus inferentis. *Il y a bien plus de constance à user la chaisne qui nous tient, qu'à la rompre, et plus d'espreuve de fermeté en Régulus qu'en Caton. C'est l'indiscrétion et l'impatience qui nous haste le pas: nuls accidents ne font tourner le dos à la vifve vertu; elle cherche les maulx et la douleur comme son aliment; les menaces des tyrans, les gehennes et les bourreaux l'animent et la vivifient.* — *Nec.... infractus est.* Hic *infractus* nihil aliud significat quam fractus, ut apud Virgilium: *torpent infractae in praelia vires.* Et alibi passim. —*Legatione suscepta.* Illum Romam miserant Carthaginienses ut captivorum mutationem suaderet: ille autem labantem senatum firmavit ne faceret.

25. *Crucis.* Crucem dicit Florus cum Seneca de Provident. cap. 3, et

immo his omnibus admirabilior, quid aliud quam victus
de victoribus, atque etiam, quia Carthago non cesserat,
de fortuna triumphavit? Populus autem Romanus 26
multo acrior infestiorque pro ultione Reguli, quam
pro victoria fuit. Metello igitur consule, spirantibus 27
altius Poenis, et reverso in Siciliam bello, apud Pa-
normum sic hostes cecidit, ut ne amplius eam insulam
cogitarent. Argumentum ingentis victoriae, centum cir- 28
citer elephantorum captivitas: sic quoque magna praeda,
si gregem illum non bello, sed venatione cepisset.
Appio Claudio consule, non ab hostibus, sed a diis 29
ipsis superatus est, quorum auspicia contemserat; ibi
statim classe demersa, ubi ille praecipitari pullos ius-
serat, quod pugnare ab his vetaretur. Marco Fabio 30
Buteone consule, classem hostium in Africo mari

Epist. 88. I. Fr. Gronovius existimat ab his *crucem* vocari arcam illam clavis ferreis acutis praefixam, in quam Regulum impositum, atque ita enecatum tradunt plerique. Nam crux etiam pro omni gravi supplicio et cruciatu dicitur. — *His omnibus admirabilior.* Ita Bossuet, *Discours sur l'hist. univers. I. part.*, 8. *époque*: *Le général romain est battu et pris: mais sa prison le rend plus illustre que ses victoires.* — *De fortuna triumphavit.* Senec. de Benef. V, 3: *Nemo trecentos Fabios victos dicit, sed occisos; et Regulus captus est a Poenis, non victus; et quisquis alius saevientis fortunae vi atque pondere oppressus non submittit animum.*

27. *Metello igitur consule.* Anno decimo quinto huius belli Punici, et hic L. Caecilius Metellus non vere consul erat tunc, sed proconsul. Ed. Durn. — *Spirantibus altius Poenis.* Id est, superbis et elatioribus re bene gesta. — *Ut ne amplius hanc insulam cogitarent.* Recte sic Lipsius et Salmasius. Nam olim legebatur, *ut nec amplius hanc insulam concitarent.*

28. *Sic quoque magna praeda... venatione cepisset.* Sensus est, satis magna praeda fuisset, si hos centum elephantos in venatione, ubi complures saepe capiuntur, non in praelio cepisset.

29. *Appio Claudio consule.* Sequenti anno post victoriam Metelli. Aliis autem scriptoribus Claudius hic dicitur *Publius.* — *Auspicia contemserat.* Cic. de Natura Deorum, II: *P. Claudius per iocum deos irridens, quum cavea liberati pulli non pascerentur, mergi eos in aquam iussit, ut biberent quoniam esse nollent. Qui risus, classe devicta, multas ipsi lacrymas, magnam populo Romano cladem attulit.*

30. *M. Fabio Buteone.* Anno istius belli vigesimo primo. Vnde patet multa Florum praeterire. Polybius autem qui omnes pugnas navales, et naufragia classium Romanarum ad-

apud Ægimurum, iam in Italiam ultro navigantem ce-
31 cidit. Quantus o tunc triumphus tempestate intercidit,
quum opulenta praeda classis, adversis acta ventis, nau-
fragio suo Africam et Syrtes, et omnium ripas gentium,
32 insularum litora implevit! Magna clades, sed non sine
aliqua principis populi dignitate, interceptam tempe-
state victoriam, et triumphum periisse naufragio. Et
tamen, quum Punicae praedae omnibus promontoriis
insulisque frustrarentur et fluitarent, populus Roma-
nus et sic triumphavit.

33 Lutatio Catulo consule, tandem bello finis impo-
34 situs apud insulas, quibus nomen Ægates. Nec maior
alias in mari pugna; quippe commeatibus, exercitu,
propugnaculis, armis gravis hostium classis, et in ea
35 quasi tota Carthago: quod ipsum exitio fuit. Romana
classis promta, levis, expedita, et quodam genere ca-
strensis, ad similitudinem pugnae equestris, sic remis,
quasi habenis, agebatur; et in hos, vel in illos mobilia
36 rostra, speciem viventium, praeferebant. Itaque mo-
mento temporis laceratae hostium rates, totum inter

curate recenset, hanc victoriam et naufragium classis eorum praeterit, sicut caeteri historici.

31. *Omnium ripas gentium*. Sic Graevius textum restituit, pro *omnium imperia gentium*, quod tolerari non potest.

32. *Interceptam.... periisse*. Id est, quum intercepta victoria perierit. — *Promontoriis insulisque frustrarentur et fluitarent*, etc. Quum hic *frustrarentur* nullum sensum habeat, commentatores omnes, auctore Salmasio, censuerunt reponendum *frustarentur*: quum haec praeda frustatim ad omnia promontoria et insulas appelleretur, et fluitaret, populus tamen Romanus et sic (id est, deficiente praeda qua triumphantium agmen ornari solebat) triumphum egit.

33. *Lutatio Catulo consule*. Anno huius belli vigesimo quarto.—*Aegates*. Inter Africam et Siciliam tres numero *arae*, ut volunt, a Virgilio dictae, quod ibi foedus cum Carthaginiensibus ictum sit.

35. *Quodam genere castrensis*. Paucis et circumcisis sarcinis, quemadmodum solent esse milites in castris. — *Speciem viventium*. Id est, in speciem viventium equorum. Hic autem sufficiebat referre, pugnam navium Romanarum similem fuisse equestri, quod etiam Dio de classe Augusti dicit, sed omittens declamatoria et turgida illa, quae hic appingit Florus.

Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio suo operuerunt. Tanta denique fuit illa victoria, ut de exscinden- 37
dis hostium moenibus non quaereretur. Supervacuum visum est in arcem murosque saevire, quum iam in mari esset deleta Carthago.

III.

BELLVM LIGVSTICVM.*

Peracto Punico bello, secuta est brevis sane, et quasi 1
ad recipiendum spiritum, requies; argumentumque pacis, et bona fide cessantium armorum, tunc primum, post Numam, clausa porta Iani fuit; sed statim ac sine mora patuit. Quippe iam Ligures, iam Insubres 2
Galli, nec non et Illyrii lacessebant: sic desub Alpibus, id est, desub ipsis Italiae faucibus, gentes, deo quodam assidue incitante, ne rubiginem scilicet ac situm arma sentirent. Denique utrique quotidiani et quasi do- 3
mestici hostes tirocinia militum imbuebant, nec aliter utraque gente, quam quasi cote quadam, populus Ro-

37. *Exscindendis* Malebat N. Heinsius *excidendis*.

* Cap. III. Bellvm Ligvsticvm. Anno Vrbis 517; ante Christum natum 237; coss. L. Cornelio Lentulo Caudino, Q. Fulvio Flacco. De his autem quae hoc capite continentur, vide Epit. Liv. XX; Eutrop. III, 1; Oros. IV, 11, 12; August. de Civit. Dei, III, 9 — Pro *Ligusticum* autem, Nazarii membranae habent *Ligurium*.

1. *Argumentumque pacis*. Id est, quod est indicium pacis.

2. *Desub*. Compositum pro simplici *sub*. Frequens huius praepositionis sic compositae mentio occurrit in fragmentis agrimensorum veterum: *desub monte, desub lapide,* et similia. Sic apud Plautum *deprocul*. — *Ne rubiginem....... arma sentirent*. Liv. XXXIX, 1, 1, de Liguribus: *Is hostis velut natus ad continendam inter magnorum intervalla bellorum Romanis disciplinam militarem erat: nec alia provincia militem magis ad virtutem acuebat*.

3. *Vtrique*. Vox illa de tribus dici non solet, nisi Ligures et Insubres intelligat, Illyricos vero praetermittat, utpote remotiores. — *Tirocinia*

4 manus ferrum suae virtutis acuebat. Ligures imis Alpium iugis adhaerentes inter Varum et Macram flumen, implicitosque dumis silvestribus, maior aliquanto labor erat invenire, quam vincere. Tuti locis et fuga, durum atque velox genus, ex occasione magis latrocinia, quam bella faciebat.
5 Itaque quum diu multumque eluderent Salyi, Deceates, Oxybii, Euburiates, Ingauni, tandem Fulvius latebras eorum ignibus sepsit: Baebius in plana deduxit: Postumius ita exarmavit, ut vix reliquerit ferrum, quo terra coleretur.

IV.

BELLVM GALLICVM.*

1 Gallis Insubribus, et his adcolis Alpium, animi fera-

militum imbuebant. Nemo unquam ante Florum dixit *imbuebant tirocinia militum.* Intelligit sine dubio Florus, Romanos tirones imbutos fuisse militari disciplina a Liguribus et aliis. — *Nec aliter.... quam quasi*, etc. Plurimi optimi quidem libri omittunt *quam.* — *Quasi cote quadam.... ferrum virtutis suae acuebat.* Quem quidem locum omnes post Graevium merito reprehenderunt, utpote vana affectatione putidum.

4. *Ligures.* Qui Alpes maritimas incolunt. — *Imis Alpium iugis.* Non audeo cum MS. Ryckii hic rescribere *inviis* pro *imis.* Alioquin enim inutiliter sequeretur, *implicitosque dumis silvestribus*, quia bis idem sic diceretur. Titze. — *Invenire.* Infra III, 8, 6, de Balearibus: *Dilapsi in proximos tumulos quaerendi erant ut vincerentur.* Adde III, 10, 14; et Tacit. Agric. 34, 3. — *Durum... genus. Durus* pro eo qui duro generi vitae assuetus, qui malorum ac laborum patiens est. Virg. Aen. III, 94, *Dardanidae duri.* — *Latrocinia magis, quam bella faciebat.* Idem Livius, XL, 27, de Liguribus, quos *latrones* potius quam *iustos hostes* vocat.

5. *Salyi, Deceates, Oxybii, Euburiates*, etc. Non debet nobis scrupulum iniicere, quod geographi veteres horum populorum quosdam inter Transalpinos nominent. Neque enim Florus universos hos omnino Cisalpinos dicit, sed, ut ex initio sequentis capitis cernimus, *adcolas Alpium.* Licet autem coniicere, his ipsis bellis effectum esse ut sedes suas nonnulli trans Alpes aufugientes mutarint. Titze.

* Cap. IV. Bellvm Gallicvm. Anno Vrbis 529, ante C. N. 225; coss. L. Aemilio Papo, Caio Atilio Regulo.

rum, corpora plus quam humana erant: sed experimento deprehensum est, quippe sicut primus impetus eis maior quam virorum est, ita sequens minor quam
feminarum. Alpina corpora humenti caelo educata, 2
habere quiddam simile nivibus suis: quae mox, ut caluere pugna, statim in sudore eunt; et levi motu,
quasi sole laxantur. Hi saepe et alias, sed Britomaro 3
duce « non prius soluturos se baltea, quam Capitolium « ascendissent » iuraverant. Factum est: victos enim Æmilius in Capitolio discinxit. Mox, Ariovisto duce,
vovere « de nostrorum militum praeda Marti suo 4
« *torquem* ». Intercepit Iupiter votum: nam de torqui-

De hoc bello scribunt Epit. Livii XX; Eutrop. III, 2; Oros. IV, 13; auctor de Vir. Illustr. cap. 45; lege etiam Polyb. II, 24. — *Experimento deprehensum est, quippe sicut*, etc. Mirum quantopere vox ista *quippe* viros doctos turbaverit, ut etiam novas lectiones introducerent. Sed ne longum faciam, sic lege et intellige: Sed experimento deprehensum est illud, quippe (id est, scilicet) sicut primus impetus, etc.—*Primus impetus eis maior quam virorum est, ita sequens*, etc. Hoc habet ex Livio X, qui non de Gallis Insubribus id dictum memorat, sed de Senonibus. De his enim ibi loquitur: *Prima eorum praelia plus quam virorum, postrema minus quam feminarum esse*. Item ibidem: *Gallos primo impetu feroces esse, quos sustineri satis sit*. In eamdem sententiam libro V, de Gallis in universum pronuntiat: *Naturam eis animos et corpora magna magis dedisse, quam firma*. SALM.

2. *Vt caluere pugna, statim in sudorem eunt*. Sic Liv. libro XXXIV, *mollia et fluida Gallorum corpora esse* dicit. Idem libro X, *Gallorum corpora, intolerantissima laboris atque aestus, fluere*. Quod Florus hic interpretatur in sudorem ire, hoc est, sudore diffluere. SALM.

3. *Hi saepe et alias*. Quasi Galli non tum modo, sed et saepe alias, idem iuraverant. Ita intelligere videtur Dukerus. At verisimilius est Florum per ellipticam admodum constructionem innuere, Gallos Insubres saepe et alias irruptionem adversus Romam tentasse, sed tunc praecipue, Britomaro duce, iuravisse, etc. — *Soluturos se baltea*. Vsitatum veteribus, ubi quid efficiendum suscepissent, obstringere se tali voto, quo tamquam assiduo monitore urgerentur ad maturandam rem quam proposuerant. Germani veteres *crinem barbamque submittebant*, ut ex Tacito Hist. IV, 61, 1, liquet. Contrarium Argivorum votum *comam non alere*, legendum est apud Herodotum, I, 82. FREINSH.

4. *Marti suo*. Docet Caesar de Bello Gall. VI, 17, Gallos quinque potissimum deos coluisse, Mercurium, Apollinem, Iovem, Martem, atque Minervam. CAMERS. — *Intercepit Iupiter votum*. Non passus est ad Martem

bus eorum aureum tropaeum Iovi Flaminius erexit.
5 Viridomaro rege, « Romana arma Vulcano » promiserant. Aliorsum vota ceciderunt: occiso enim rege, Marcellus tertia, post Romulum patrem, Feretrio Iovi arma suspendit.

V.

BELLVM ILLYRICVM.*

1 Illyrii, seu Liburni, sub extremis Alpium radicibus agunt inter Arsiam Titiumque flumen, longissime per
2 totum Adriani maris litus effusi. Hi, regnante Teutana muliere, populationibus non contenti, licentiae
3 scelus addiderunt. Legatos quippe nostros, ob ea quae deliquerant, iure agentes, nec gladio quidem, sed ut victimas, securi percutiunt; praefectos navium igni

pervenire, quod ei voverant Galli, sed avertit et sibi vindicavit. — *Flaminius*. C. Flaminius Nepos qui cum P. Furio Calvo consul fuit, et quem ad Trasimenum mox caedet Annibal.

5. *Marcellus*. M. Claudius Marcellus qui finem bello imposuit, quod duravit annos quatuor. — *Tertia post Romulum*. Ita Virgil. Aen. VI, 869, *Tertiaque arma patri suspendet capta Quirino*. Nam prima Romulus, secunda Cossus suspenderant.

* Cap. V. Bellvm Illyricvm. A. V. 525, ante C. N. 229; coss. L. Postumio Albino II, Cn. Fulvio Centimalo. Recte adnotavit Freinshemius, quod hoc bellum cum Illyriis, post illud Gallicum Ariovisti descriptum hic legamus, quum tamen prius gestum sit, id fecisse auctorem, ne rerum Gallicarum seriem in prioribus interrumperet. De hoc bello et aliis cum Illyriis getis, exstat liber Appiani qui Illyrius inscribitur. Lege Livii Epit. XX; Eutrop. III, 4; Oros. IV, 13. Vide etiam Polybium II, 8, etc.

1. *Illyrii, seu Liburni*. Nam Liburnia Illyridis regio est. — *Arsiam Titiumque*. *Arsia*, fluvius ad occidentem Italiae terminus; *Titius* ad orientem. Alii Illyricos fines latius extendunt. Ed. Delph.

2. *Teutana*. In Polyb. II, 5 et seqq. et Iustin. Proleg. XXVIII, est *Teuta*.

3. *Legatos*. Legatorum istorum nomina variant apud scriptores. Caium et Lucium Coruncanos Polyb. II, 8, vocat: Publium Iunium et Titum Coruncanium Plin. XXXVI, 6: Appian. in Illyr. unius Coruncanii meminit.

comburunt; idque, quo indignius foret, mulier imperabat. Itaque, Cnaeo Fulvio Centimalo duce, late do- 4
mantur. Strictae in principum colla secures, legatorum Manibus litavere.

VI.

BELLVM PVNICVM SECVNDVM.*

Post primum Punicum bellum, vix quadriennii re- 1
quies: ecce alterum bellum minus quidem spatio (nec enim amplius quam decem et octo annos patet), sed adeo cladium atrocitate terribilius, ut, si quis conferat damna utriusque populi, similior victo sit populus

Porro et de numero interfectorum controversia est. — *Securi percutiunt.* Ignominioso mortis genere.

4. *Manibus litavere*) *Litare manibus* est eos placare, poena et ultima iis satisfacere, ut III, 18 fin.

* Cap. VI. Bellvm Pvnicvm secvndvm. Incoeptum A. V. 535, ante C. N. 219; coss. M. Livio Salinatore, L. Aemilio Paullo. Bellum secundum scribunt fere omnes, tam Latini quam Graeci, Livius tota Decade tertia; Plutarchus in Vita et Fabii, et Scipionis, et Marcelli, et Annibalis, et Flaminii. Appianus in Libyc.; auctor de Viris Illustr. cap. 42, 43, 45, 48, 49, 50; Polybius; Eutrop. in tertio; Orosius in quarto; Augustinus saepe, maxime tamen Civit. III, 19; Silius Italicus per totum. Quae passim scribuntur ab aliis, suis locis adducentur. Camers.

1. *Vix quadriennii requies.* Respice verba Nostri, initio capitis 3 huius libri posita; ita intelliges, praesentibus verbis nihil aliud significari, quam, ut recte explicavit Vinetus, toto illo tempore quod inter primum bellum Punicum et secundum fuit, vix quatuor annis Romanos a bellis quievisse. Itaque bene constat sibi Florus, quidquid in eius chronologiam Salmasius et alii commentatores effuderint. Intermedia erant bella cum Liguribus, Illyriis et Insubribus, de quibus in praecedd. actum est: tum arreptio Sardiniae, de qua videbimus alio loco Florum loqui. Titze. — *Alterum bellum.* Montesquieu, *Grand. et Décad. des Romains, chap. 4: La seconde guerre Punique est si fameuse, que tout le monde la sait. Quand on examine bien cette foule d'obstacles qui se présentèrent devant Annibal, et que cet homme extraordinaire surmonta tous, on a le plus beau spectacle que nous ait fourni l'antiquité.* — *Decem et octo annos patet.* Orosius IV, 20, dicit 17; Eutropius in fine tertii di-

2 qui vicit. Vrebat nobilem populum ablatum mare, raptae insulae, dare tributa, quae iubere consueverat. Hinc ultionem puer Annibal ad aram patri iuraverat:
3 nec morabatur. Igitur in caussam belli Saguntus delecta est, vetus Hispaniae civitas et opulenta, fideique erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum:
4 quam in libertatem communi foedere exceptam Annibal, caussas novorum motuum quaerens, et suis et ipsorum manibus evertit, ut Italiam sibi rupto foedere
5 aperiret. Summa foederum Romanis religio est: itaque

cit 19; Appianus autem 16 fere. Camers. — *Similior victo....... qui vicit.* Livius initio libri XXI, de hoc ipso bello Punico: *Et adeo varia belli fortuna, ancepsque Mars fuit, ut propius periculo fuerint, qui vicere.* Sil. I, 77: *Propiusque fuere periclo, Queis superare datum.* Vide etiam Augustin. Civit. III, 19, qui ipsa Flori verba rescribit.

2. *Vrebat.* Editio P. *pudebat*, quod inde in plurimas emanavit. — *Ablatum mare.* Hoc ad leges pacis a Romanis primo bello Punico datas referendum est: quas ita fere Polyb. I, 62, refert: *Poeni Sicilia et omnibus insulis, quae inter Italiam et Africam sunt excedunto: MCC talenta in annos viginti pendunto, etc.* Livius itidem libro XXI. — *Raptae insulae.* Sardinia, Corsica. — *Hinc ultionem.* Ita editio P. Salmasius restituendum censet *in ultionem.* Nil mutandum. — *Nec morabatur.* Id est, in mora non erat Annibal. Gallice: *Il n'attendait que l'occasion.*

3. *In caussam belli.... delecta.* Male quidam, ne soloece dicam, *in caussa;* alii *deleta* pro *delecta.* — *Vetus Hispaniae civitas.* Quippe ducentis annis ante excidium Troiae condita, auctore Plinio XVI, 40. Ea autem urbs Saguntus erat Hispaniae Tarraconensis a Zacynthiis condita, distabatque a mari Balearico septem stadiis, ut Polyb. III, 17, et Livius XXI, 7, 2, numerant.

4. *Communi foedere.* Res ita habet. Legibus pacis inter Romanos et Carthaginienses convenerat, ut utriusque populi socii ab utroque tuti essent: de Saguntinis nihil nominatim cautum fuerat. Deinde inter Romanos et Asdrubalem generum Amilcaris facta erat pactio qua nominatim comprehendebantur Saguntini. Sed Poeni se hac pactione teneri negabant, quod ea sine auctoritate S. P. Q. Carthaginiensis facta fuisset. Saguntinos autem ideo legibus pacis non comprehendi dicebant, quod demum post pacem factam in societatem Romanorum venissent. Polyb. III, 21, 27; Liv. XXI, 18. Dvk. — *Ipsorum.* Saguntinorum.

5. *Summa foederum Romanis religio est.* Quod falsum est de populo Romano, quum nullus unquam populus magis iura bellique pacisque nesciverit. Hac de re vide Montesquieu, *Grandeur et Décad. des Romains*, in capite dicto *de la conduite que les Romains tinrent pour soumettre les peuples;* vide etiam Bossuet, *Disc. sur l'Hist. univers., III part.*, 6 *chap.*, sub fine; et Ferrand, *Esprit de l'histoire, Lettre XIII: A l'époque de la puissance*

ad auditum sociae civitatis obsidium, memores icti cum
Poenis quoque foederis, non statim ad arma procur-
runt, dum prius more legitimo queri malunt. Inte-
rim iam novem mensibus fessi fame, machinis, ferro, 6
versa denique in rabiem fide, immanem in foro exci-
tant rogum: tum desuper se suosque, cum omnibus
opibus suis, ferro et igni corrumpunt. Huius tantae 7
cladis auctor Annibal poscitur. Tergiversantibus Poe-
nis, dux legationis Fabius: «Quae, inquit, mora est?
«In hoc ego sinu bellum pacemque porto; utrum eli-
«gitis?» Subclamantibus «Bellum»: «Bellum igitur»
inquit «accipite»; et excusso in media curia togae
gremio, non sine horrore, quasi plane sinu ferret, bel-
lum effudit. Similis exitus belli initio fuit. Nam quasi 8

de Rome on y reconnait une société mal constituée, qui, violant perpétuellement, vis-à-vis de la société générale, les droits et les devoirs de tous les hommes, cherche vainement à les maintenir entre les membres qui la composent. — *More legitimo.* Per legatos scilicet.

6. *Novem mensibus.* Liv. XXI, 15, 2, *Octavo mense, quam coeptum oppugnari, captum Saguntum* dicit: idem Polyb. III, 17. — *Corrumpunt* Sallust. Iugurth. 76: *Domum et semet igni corrumpunt.* Liv. XXV, 11: *Alia (opera) disiecerunt, alia igni corruperunt.*

7. *Poscitur.* Accusatur. Gallice, *on demande justice d'Annibal.* — *Dux legationis, Fabius.* Videtur mihi nomen *Fabius* expressisse auctor, sed ita, ut edidimus et auctoritate duorum codd. Idem iam Graevius voluit. Vulgata lectio ex aliis libris desumta sic ordinat: *dux legationis: Quae, inquit, mora est, Fabius?* Quod mea opinione vix tulissent aures latinae. Titze. — *Subclamantibus*, « *Bellum* ». Diversus hic abit a Livio. Non enim ut bellum daret subclamasse Carthaginienses dicit, sed utrum vellet: *Sub hanc vocem haud minus ferociter, daret utrum vellet, subclamatum est. Et quum is iterum, sinu effuso, bellum se dare dixisset, accipere se omnes responderunt.* — *Non sine horrore.* Iniecto terrore horrifico. — *Quasi plane sinu ferret.* Quae quidem verba hic usque adeo inepta sunt, ut ea merito spuria et interpolata censuerit Titze. Nam postquam Fabius inductus est dicens, *hoc ego sinu pacem bellumque porto,* quomodo deinde Florus subtexuit, *quasi plane sinu ferret?*

8. *Similis exitus belli initio fuit.* Quae, sic declarato bello, consecuta sunt, non minus horrifica fuere, quam haec ipsa belli declaratio: Gallice: *Les suites de cette guerre n'en furent pas moins terribles que le prélude.* — *Inferias.* Sic proprie dicebantur sacrificia, libationes, quae mortuis inferebant. — *Parentatum est. Parentare* est proprie parentibus iusta facere, sed

has inferias sibi Saguntinorum ultimae dirae in illo publico parricidio incendioque mandassent: ita Manibus eorum, vastatione Italiae, captivitate Africae, ducum et regum, qui id gessere bellum, exitio parentatum est.

Igitur ubi semel se in Hispania movit illa gravis et
9 luctuosa Punici belli vis atque tempestas, destinatumque Romanis iam diu fulmen Saguntino igne conflavit, statim quodam impetu rapta medias perfregit Alpes; et in Italiam ab illis fabulosae altitudinis nivibus, velut
10 caelo missa, descendit. Ac primi quidem impetus turbo inter Padum et Ticinum valido statim fragore detonuit. Tunc Scipione duce, fusus exercitus. Saucius etiam ipse venisset in manus hostium imperator, nisi protectum patrem praetextatus admodum filius ab ipsa
11 morte rapuisset. Hic erat Scipio, qui in exitium Africae
12 crescit, nomen ex malis eius habiturus. Ticino Trebia succedit. Hic secunda belli Punici procella desaevit,

per synecdochen, de quibusve mortuis dicitur. Ed. Delph.

9. *Vbi igitur semel se in Hispania* etc. In hunc locum omnes commentatores, Graevius praecipue, invehuntur, utpote declamatorium. Abiectis autem his verbis, *destinatumque Romanis iamdiu fulmen Saguntino igne conflavit*, animadvertendum caetera, quamvis poëtice dicta, tamen coeptam allegoriam iuste et decore absolvere. *Conflavit* autem hic dicitur passive pro conflatum est.—*Medias perfregit Alpes*. Transitum Annibalis per Alpes describit Sil. Ital. libro tertio; Virg. Aen. X, 13; Iuv. Sat. X, 147. Conf. Excurs. ad Liv. nost. ed. tom. IV, p. 437 seq Lege etiam Livium, August., et Plut. in vita Annibal. — *Fabulosae*. Fabulosum hic certe non idem est quod falsum, quod commentitium; sed quod, licet verum, fabulas in se commistas habet, aut de quo multae fabulae narrantur.

10. *Praetextatus admodum filius*. Praetextatus nomen fit aetatis; ita dicit *admodum praetextatum*, sicut aliquis dicitur *admodum adolescens*. Hic autem *admodum*, fere, non amplius, significat: ut apud Iustinum, XI, 14, 11: *Octingenti admodum Graeci Alexandro occurrunt*; apud eumdem, XVIII, 2, 4: *Post menses admodum septem*; et alibi passim.

11. *Hic erat Scipio, qui in exitium Africae crescit*. Pro *Hic erat*, Salmasius volebat scribi *Hic erit*, ex auctoritate vetustissimi codicis. De re autem, similis fere huic locus laudatur apud Bossuet, *Oraison funèbre du prince de Condé*, qui postquam descripsit Galliae turbas et pericula, per tutelam Ludovici quarti decimi, vix quatuor annos nati, subito, quasi

Sempronio consule. Tunc callidissimi hostes, frigidum et nivalem nacti diem, quum se ignibus prius oleoque fovissent (horribile dictu) homines a meridie et sole venientes nostra nos hieme vicerunt.

Trasimenus lacus tertium fulmen Annibalis, impe- 13
ratore Flaminio. Ibi quoque ars nova Punicae fraudis: quippe nebula lacus, palustribusque virgultis tectus eques, terga subito pugnantium invasit. Nec de 14
diis possumus queri: imminentem quippe temerario duci cladem praedixerant insidentia signis examina, et aquilae prodire nolentes; et commissam aciem secutus ingens terrae tremor: nisi illum horrorem soli, equitum virorumque discursus, et mota vehementius arma fecerunt.

Quartum, id est, paene ultimum vulnus imperii Can- 15

oculos in infantis regis incunabula defigens, et huius saeculi miracula animo prospiciens, exclamat: *Laissez-le croitre ce roi chéri du ciel! tout cèdera à ses exploits*, etc.

12. *Trebia*. Galliae Cisalpinae fluvius. — *Horribile dictu!* Haec exclamatio immerito quibusdam frigida videtur. Nam certe horribile est et mirum, si quia populus propriis quasi armis debelletur, et incolae regionum frigidiorum ab iis qui a meridie veniunt, vincantur.

13. *Trasimenus*. Veteres scribunt *Trasumenius*, aut *Trasymenius*. Hic autem locus est in Tuscia. — *Palustribusque virgultis tectus eques*. Haec ars Punicae fraudis, qua, palustribus virgultis tectus eques, terga subito pugnantium invasit, non est adhibita ab Annibale in hoc praelio apud Trasimenum lacum, sed in altero ad Trebiam flumen. In ea quippe pugna quae ad Trasimenum pugnata est, nihil aliud fraudis commentus est Poenus, nec aliud curavit, quam ut clausum lacu et montibus, copiisque suis circumfusum haberet hostem; eumque ita circumclusum ad satietatem militi suo praebuit caedendum. Vide Livium, loc. supr. laud.

14. *Insidentia signis examina, et aquilae prodire nolentes*. Ita examen apum pro malo omine fuit Scipioni in eo praelio, quod commissum est inter Padum et Ticinum; Liv. XXIX. *Aquilae* autem *prodire nolentes* nihil aliud est, quam quum hastilia, quibus aquilae, signa militaria, insidebant, humi defixa, nullo modo possent convelli. — *Illum horrorem soli... arma fecerunt*. Non erat opus tam multis verbis, quot de hoc loco commentatores, temporia et chartae dispendio fecerunt, ut probaretur non fieri potuisse terram sic tremere equitum virorumque discursu. Hoc nihil aliud est quam phantasia poëtica, sane

nae, ignobilis Apuliae vicus, sed magnitudine cladis emersit; et quadraginta millium caede parta nobilitas. Ibi in exitium infelicis exercitus, dux, terra, caelum,
16 dies, tota denique rerum natura consensit. Siquidem non contentus simulatis transfugis Annibal, qui mox terga pugnantium ceciderunt, insuper callidissimus imperator, patentibus in campis, observato loci ingenio, quod et sol ibi acerrimus, et plurimus pulvis, et Eurus ab Oriente *semper* quasi ad constitutum, ita instruxit aciem, ut, Romanis adversus haec omnia adversis, quasi secundum caelum tenens, vento, pulvere,
17 sole pugnaret. Itaque duo maximi exercitus caesi ad

apud historicum non laudanda, sed cuius plura exempla, apud Homerum praecipue, invenias.

15. *Cannae*. Vicus hic iuxta Aufidum amnem. *Cannam* etiam ibi amnem fuisse ex carmine Marcii vatis, quod Livius recitat libro XXV colligitur, idemque ex verbis ipsius Livii discitur. Vbi tamen Cannensem pugnam idem auctor describit, Cannae fluminis nullus unquam meminit. — *Emersit*. Ex ignobilitate sua, scilicet. — *Quadraginta millium*. De numero Romanorum interfectorum non idem sentiunt. Lege Plutarchum in Annibale.

16. *Loci ingenio* Id est, natura loci. Vide Indicem. — *Et Eurus..... semper quasi ad constitutum*. Multa hic ab eruditissimis commentatoribus dicta. Illa omnia, ingenue dico, nihil ad Florum. Neque illi viderunt, quod perquam ridiculum est. Nam haud scio an tale quid scribat puer, ut ventus, qui aequinoctialis oriens est, *semper* esset orientalis. Rem bellam, ingeniosam, doctam et argutam!..... Quid igitur? Delendum *semper*, quod ineptus quidam inscripserat supra illa verba *ad constitutum*, quasi Florum reprehendi vellet, qui ab Oriente illum flare dixisset quasi *ad constitutum*, quum semper *illinc* non *aliunde* flare Eurum norimus. Ed. Delph. — *Adversis*. Vide Livium a quo Noster differt. — *Secundum caelum tenens*. Quasi secundum caelum tenebat Annibal, qui secundo sole, iuxta hunc Nostrum, et secundo vento pugnabat. Secundus porro ventus, qui a tergo spirat euntis navis; ut adversus, qui contrarius.

17. *Duo maximi exercitus*. Quippe aderant C. Terentius Varro, et L. Aemilius Paullus, et quisque suum habebat exercitum. — *Parce ferro*. Nil tale Livius. — *Dubium uter maiore animo*. Solus certe est Florus qui contendat Varronem, magni animi specimen hac in clade ostendisse. Certe quidem se magnum praebuit senatus, qui ei gratias egit, quod non desperasset de republica. At quum senatus ita ageret, ne nimis tanta clade Romanorum animi affligerentur, non eo minus pudenda erat Varronis

hostium satietatem, donec Annibal diceret militi suo,
«Parce ferro». Ducum effugit alter, alter occisus est:
dubium uter maiore animo. Paullum puduit: Varro
non desperavit. Documenta cladis cruentus aliquan- 18
diu Aufidus; pons de cadaveribus, iussu ducis, factus
in torrente Vergelli; modii duo anulorum Carthaginem missi, dignitasque equestris taxata mensura.

Dubium deinde non erat, quin ultimum illum diem 19
habitura fuerit Roma, quintumque intra diem epulari
Annibal in Capitolio potuerit, si (quod Poenum illum
dixisse Adherbalem Bomilcaris ferunt) «Annibal,
«quemadmodum sciret vincere, sic uti victoria scisset».
Tum quidem illum, ut dici vulgo solet, aut fatum 20

inscitia ignaviaque. Melior iudex et Varronis et senatus Montesquieu, *Grand. et Déc. des Rom., ch. 4: Le consul Térentius Varron avait fui honteusement jusqu'à Venouse. Cet homme, de la plus basse naissance, n'avait éte élevé au consulat que pour mortifier la noblesse. Mais le sénat ne voulut pas jouir de ce malheureux triomphe: il vit combien il était nécessaire qu'il s'attirât, dans cette occasion, la confiance du peuple; il alla au-devant de Varron, et le remercia de ce qu'il n'avait pas désespéré de la république.*

18. *Torrente Vergelli.* Sic *fons Arethusae* hoc ipso capite, § 34. Sic dicitur *urbs Patavii* apud Virg. Aen. I, 247; *mons Synae* apud Iustinum, XXXVI, 2. — *Dignitas equestris taxata mensura.* Hic *dignitas equestris* dicitur pro equites, ut apud poëtas *vis Herculea* pro *Hercules*. Equites vero taxati fuere mensura, i. e. per mensuram anulorum notum quot equites occubuerint, quum ii tantum anulos ferrent.

19. *Adherbalem Bomilcaris.* Quae verba tribuit Livius Maharbali, qui erat Himilconis filius. — *Sic uti victoria scisset.* Quum omnes fere auctores unanimo consensu Annibali culpae vertant, quod post Cannensem pugnam non recta Romam perrexerit, haud omittenda est sententia clarissimi scriptoris, qui Annibalem ab illo crimine absolvere nititur, hisce, quaecumque sint, rationibus. *Il y a des choses que tout le monde dit, parcequ'elles ont été dites une fois. On croit qu'Annibal fit une faute insigne de n'avoir point été assiéger Rome après la bataille de Cannes. Il est vrai que d'abord la frayeur y fut extrême; mais il n'en est pas de la consternation d'un peuple belliqueux, qui se tourne presque toujours en courage, comme de celle d'une vile populace qui ne sent que sa faiblesse. Une preuve qu'Annibal n'aurait pas réussi, c'est que les Romains se trouvèrent encore en état d'envoyer partout des secours. (Grand. et Décad. des Rom. chap. 4).*

20. *Vt dici vulgo solet.* Hoc est quod vulgo dicunt, quod vulgo iactatur

urbis imperaturae, aut ipsius mens mala, et aversi a
21 Carthagine dii in diversum abstulerunt. Quum victoria posset uti, frui maluit; relictaque Roma, Campaniam Tarentumque peragrare; ubi mox et ipse, et exercitus ardor elanguit: adeo ut vere dictum sit,
22 «Capuam Annibali Cannas fuisse». Siquidem invictum Alpibus, indomitum armis, Campaniae (quis crederet?) soles, et tepentes fontibus Baiae subegerunt.
23 Interim respirare Romanus, et quasi ab inferis emergere. Arma non erant: detracta sunt templis. Deerat iuventus: in sacramentum militiae liberâta servitia.
24 Egebat aerarium: opes suas libens senatus in medium protulit; nec, praeter quod in bullis singulisque anulis
25 erat, quidquam sibi auri reliquere. Eques secutus

de Annibalis peccato. Sic intelligendus est hic locus, qui, caeterum, non immerito suspectus est doctis hominibus. — *Aut fatum Urbis, aut ipsius mens mala.* Eodem fere modo Livius Annibalem inducit dicentem: *Potiundae sibi urbis Romae modo mentem non dari, modo fortunam.* Sic autem Annibal loquitur in Livio, non quidem tunc quum devicisset pugna Cannensi Romanos; sed aliquamdiu post, quum, Capua a Romanis obsessa, ut eam liberaret obsidione, contendit et ipse ad Romam obsidio premendam, et tempestate subito immani exorta, ab incoepto desistere coactus est.

21. *Capuam Annibali Cannas fuisse.* Annibal etiam propter illud culpatur, quod exercitum ad hiemandum Capuam duxerit. Quomodo autem Montesquieu hae etiam culpa Annibalem absolvere nitatur, vide *Grand. et Décad. des Rom. chap.* 4.

22 *Campaniae (quis crederet?) soles,* etc. Haec poëtica potius elegantia, quam historica fide, dicuntur. Intra muros et tecta Capuae urbis hibernavit exercitus Annibalis. Ibi maximam hiemis partem in vino, epulis, balneis, scortis transegerunt. Hae res eum perdiderunt, non Campaniae soles, aut tepentes fontibus Baiae, quae in Campania quidem, sed satis longe a Capua. Salm.

23. *Interim respirare Romanus.* Subaudito *coepit*, ut saepissime invenias. — *In sacramentum militiae liberata servitia.* Non vero liberata ad delectum, sed publice emta, diuque in ea conditione retenta, donec, post fortem fidelemque in bello navatam operam, meruere libertatem: qua de re videndus Livius, lib. XXIV. Salm.

24. *Egebat aerarium...., senatus in medium protulit.* Non hoc eos facere adegit Cannensis calamitatis necessitas, nec statim post eam ad id venerunt; sed diu post, quum iam Capua recepta esset, ac Sicilia tota, captis Syracusis, in potestatem venisset, Marcello et Laevino consulibus. Vide Liv. XXVI. Salm. — *Bullis.* Bullae

exemplum, imitataeque equitem tribus. Denique vix suffecere tabulae, vix scribarum manus, Laevino Marcelloque consulibus, quum privatae opes in publicum deferrentur. Quid autem in eligendis magistratibus, 26
quae centuriarum sapientia, quum iuniores a senioribus consilium de creandis consulibus petivere? Quippe adversus hostem toties victorem, tam callidum, non virtute tantum, sed suis etiam pugnare consiliis oportebat.

Prima redeuntis, et, ut sic dixerim, reviviscentis 27
imperii spes Fabius fuit; qui novam de Annibale victoriam commentus est, non pugnare. Hinc illi cognomen novum, et reipublicae salutare, *Cunctator*. Hinc illud ex populo, ut *Imperii scutum* vocaretur. Itaque 28
per Samnium totum, per Falernos Gauranosque sal-

erant ornamenta, quae gestabant filii senatorum, quaeque iis ex collo dependebant.

25. *Scribarum.* Gallice *greffiers*.

26. *Iuniores a senioribus.* Quippe centuriae *iuniorum* a centuriis *seniorum* discernebantur. Sic, exempli gratia, in prima classe civium, octoginta centuriae numerabantur, ex quibus quadraginta *iunioribus* constabant, id est, civibus ex anno septimo decimo usque ad quadragesimum sextum natis; quadraginta autem *senioribus*.

27. *Reviviscentis imperii spes Fabius fuit.* Praepostere res Fabii gestas, cunctationisque eius artem, qua Annibalis fervorem ludificatus est, et impetus eius tardavit, in id tempus confert, quod secutum est Cannensem cladem, quum nihil eorum ille gesserit, nisi ante Cannense praelium, nec post id omnino. Titze autem Florum ab omni crimine absolvere nititur, contendens, illud esse artis, non inscitiae, et consueto sic agere Florum non hic modo, sed in omnibus maioribus bellis et pacis rebus describendis. Huic autem conveniens erat in singulis imaginibus id maxime curare, ut similia quaeque rerum momenta successive oculis subiicerentur. Ita postquam una serie prosecutus est damna Romanorum ab Annibale illata, tunc vero transiturus ad res prosperas eadem lege exsequendas, primum colligit quaedam animi ingentis, et virtutis in summis etiam infortuniis inconcussae documenta, quae populus Romanus post Cannensem pugnam, quamvis diversis temporibus, edidit; ipsam autem seriem rerum prospere gestarum, inde iam a Fabio Cunctatore, atque ita ante tempus Cannensis cladis orditur. — *Cognomen novum.* Novum dicit, quia ducibus Romani non facile nisi de regionibus, terris, urbibus, populis devictis cognomenta tribuere solebant. Titze.

28. *Samnium.* Italiae regio media

tus sic maceravit Annibalem, ut, qui frangi virtute
29 non poterat, mora comminueretur. Inde, Claudio
Marcello duce, etiam congredi ausus est. Cominus
venit, et pepulit a Campania sua, et ab obsidione
30 Nolae urbis excussit. Ausus et, Sempronio Graccho
duce, per Lucaniam sequi, et premere terga cedentis; quamvis tunc, o pudor! manu servili pugnaret.
Nam hucusque tot mala compulerant; sed libertate
31 donati, fecerant de servitute Romanos. O horribilem
in tot adversis fiduciam! o singularem animum ac spiritum populi Romani! tam arctis afflictisque rebus,
quum de Italia sua dubitaret, ausus est tamen in di-
32 versa respicere; quumque hostes in iugulo per Can-

inter Picenum, Campaniam et Apuliam. — *Per Falernos Gauranosque saltus.* Hoc falsum. Gaurus fuit mons non longe Puteolis, sed Falernus fuit pars Massici, quem tenuit Fabius, qui erat ad Sinuessam. Liv. *Per iuga Massici montis, Fabio ducente.* Error inde natus est, quod uterque mons praestantissimum vinum ferat; inde a Floro pro uno eodem monte habetur.

29. *Cominus venit*) *Cominus ire* et *venire*, est manum conserere, congredi. Florus, III, 8, 6: *Postquam cominus ventum est, expertique rostra et pila;* et III, 22, 7: *Ipsi duces cominus invicem experti.* — *Pepulit a Campania sua.* Atqui Capuam Campaniae caput, non eo anno amisit Annibal, nec opera Marcelli Campaniae possessione cessit, sed obsidione tantum Nolae expulsus est. Illud autem eo referri potest, quod Liv. XXIV, 17, scribit, Annibalem postremo praelio ad Nolam victum, relicta Campania, Tarentum profectum fuisse Florus vero hoc quoque ut pleraque alia in maius extollens, Annibalem Campania pulsum dixit, qui quum magnam partem illius obtineret, nemine impediente, in ea manere potüerat, sed spe Tarentinae urbis potiundae sponte illa excesserat.

30. *Sempronio Graccho.* Hoc de Sempronio nusquam legitur, sed de Marcello. — *Manu servili pugnaret.* Ex Livio tenemus, servos, tum primum ad militiam vocatos, non illico libertate fuisse donatos, sed serius ad id consilium esse descensum; nec illos, nisi post navatam duobus annis strenuam reipublicae operam, auctoritate senatus, per Sempronium Gracchum libertatem esse consecutos. — *Libertate donati, fecerant de servitute Romanos. Facere Romanos* hic eo sensu usurpatur, quo dicimus agere personam: ut idem sit *fecerant de servitute Romanos*, ac si dicas *agebant de servis Romanos.* Dubitandum tamen an illud hoc sensu latine dicatur. Idcirco locum corruptum existimans Salmasius coniicit: *sed libertate donati, fecerunt se de servis virtute Romanos.*

31. *In diversa respicere.* Claud. de Laud. Stilic. III, 145: *Post Cannas*

paniam Apuliamque volitarent, mediamque de Italia Africam facerent, eodem tempore et hunc sustinebat, et in Siciliam, Sardiniam, Hispaniam, divisa per terrarum orbem arma mittebat.

Sicilia mandata Marcello, nec diu restitit: tota 33
enim insula in una urbe superata est. Grande illud, et ante id tempus invictum caput, Syracusae, quamvis Archimedis ingenio defenderentur, aliquando cesserunt. Longe illi triplex murus, totidemque arces, por- 34

maior (P. R) Trebiamque fremebat; Et quum iam premerent flammae murumque feriret Hostis, in extremos aciem mittebat Iberos.

32. *In iugulo.* Id est, quasi in faucibus Romae, et sub ipsius urbis moenibus. — *Mediamque de Italia Africam facerent.* Eadem fiducia in media Italia versabantur, quam media Africa. Hoc dicit Florus ut ostendat Poenos totam fere Italiam domuisse. Ed. Delph.

33. *Nec diu restitit...... in una urbe superata est.* Immo diu, nec aliter dicat qui historiam oppugnationis Syracusanae apud Livium legerit, qui, quot labores, quot pericula, Marcellus circa moenia Syracusana exhauserit, non uno libro pertexuit. Sed nec in hac urbe superata est Sicilia. Nam successori Laevino consuli, quod in ea ageret, reliquit. Agrigentum tenebatur adhuc valido Carthaginiensium praesidio, quod ille expulit; et sic, quod reliquum erat belli in Sicilia perfecit. Salmasivs. — *Quamvis Archimedis ingenio defenderentur.* Quid valere poterat Archimedis ingenium contra proditionem qua captae sunt Syracusae?

34. *Longe illi,* etc. Id est, *parum profuit,* ut iam supra notavimus. — *Triplex murus..... et fons celebratus Arethusae.* Induxerat me primum Salmasii et Graevii auctoritas, ut haec verba improbarem. Tunc enim cum illis cogitabam, ineptam esse Arethusae fontis hic mentionem, qui ad Syracusarum defensionem saltem, parum conferre potuerit. Nunc aliter sentio, postquam forte relecta Syracusarum satis plena descriptione, quam Cicero in Verrina V, 52, 53, fecit, adverti adcuratius, quae ibi de fonte Arethusae dicuntur. Erat ille fons in ea parte urbis, quae Nasos seu Insula ex re vocabatur. De eo igitur sunt verba Ciceronis: *In hac insula extrema est fons aquae dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium, qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum a mari distinctus esset.* Ex his verbis Florus defendi potuerit, quod Arethusae fontem inter Vrbis praesidia enumeraverit. Nam ex situ huius fontis in extrema insula, ex eius magnitudine, praecipue autem ex munitione ac mole, qua disiunctum eum a mari fuisse Cicero ostendit, haud difficile apparet, ad defendendas ab ea parte Syracusas, si hostis a mari ingrueret, non exigui momenti esse debuisse. Invenio in eadem Ciceronis descriptione, qua ratione Florus de uno tantum Syracusarum portu loquatur, quum alii scri-

tus ille marmoreus, et fons celebratus Arethusae; nisi
quod hactenus profuere, ut pulchritudini victae urbis
35 parceretur. Sardiniam Gracchus arripuit. Nihil illi gen-
tium feritas, Insanorumque (nam sic vocantur) imma-
nitas montium profuere. Saevitum in urbes, urbemque
urbium Caralim, ut gens contumax, vilisque morti,
36 saltem desiderio patrii soli domaretur. In Hispaniam
missi Cnaeus et Publius Scipiones, paene totam Poenis
eripuerant; sed insidiis Punicae fraudis oppressi, rursus
amiserunt, magnis quidem illi praeliis quum Punicas
opes cecidissent: sed Punicae insidiae alterum ferro
castra metantem; alterum, quum evasisset in turrim,
cinctum facibus oppresserunt.

37 Igitur in ultionem patris ac patrui missus cum exer-
citu Scipio, cui tam grande de Africa nomen fata de-
38 creverant, bellatricem illam, viris armisque nobilem
Hispaniam, illam seminarium hostilis exercitus, illam
Annibalis eruditricem (incredibile dictu), totam a
Pyrenaeis montibus in Herculis columnas et Oceanum

---

ptores duos portus commemorent. Ait enim de his portubus Cicero: *Et portus habet prope in aedificatione aspectuque urbis inclusos; qui quum diversos inter se aditus habeant, in exitu coniunguntur et confluunt.* Titze.

35. *Sardiniam Gracchus arripuit.* Falsum est in Sardiniam quidquam egisse Gracchum. Patet tantummodo ex Livio domitam fuisse hanc insulam a Tito Manlio, quatuor annis ante expugnatas Syracusas. — *Insanorum...... immanitas montium.* Insani Montes, Graece Μαινόμενοι, hodie *Canelle* dicuntur. Non autem Insani illi montes tam ardui atque ascensu difficiles sunt, ut prohibere potuerint Insulam adiri vel domari. — *Vrbemque urbium.* Supra I, 16, 6, *caput urbium.* — *Vilisque morti.* Id est, quae mortem vilem putat, eamque facile excipit.

36. *Cnaeus et Publius Scipiones.* Historiam hanc scribunt Livius libris XXIII, XXIV, XXV; Appianus Lybico; Plutarch. in Scipione; Val. Max. I, 6, 2; III, 7, 1; Silius Ital. XIII, 381; et XV, 3; Servius, Aeneid. VI, 843; Eutropius; Oros. IV, 17. Camers.

38. *Illam Annibalis eruditricem.* Quia ab Hispania bellum gerendi initium duxerat, a Sagunto scilicet, ut initio capitis vidimus. — *A Pyrenaeis montibus in Herculis columnas et Oceanum.* Nam hi sunt utrimque eius termini. Iustinus, XLIV, 1, 3: *Hispania inter Africam et Galliam posita, Oceani freto, et Pyrenaeis montibus clauditur.*

recuperavit, nescias citius, an felicius. Quam velociter, 39
quatuor anni fatentur: quam facile, vel una civitas
probat. Eodem quippe, quo obsessa est, die capta est:
omenque Africanae victoriae fuit, quod tam facile victa
est Hispana Carthago. Certum est tamen, ad profli- 40
gandam provinciam maxime profecisse singularem
ducis sanctitatem: quippe qui captivos pueros, puel-
lasque praecipuae pulchritudinis barbaris restituerit,
ne in conspectum quidem suum passus adduci, ne
quid de virginitatis integritate delibasse saltem oculis
videretur.

Haec inter diversa terrarum populus Romanus: nec 41
ideo tamen Italia visceribus inhaerentem submovere
poterat Annibalem. Pleraque ad hostem defecerant; et
dux acerrimus contra Romanos italicis quoque viribus
utebatur. Iam tamen eum plerisque oppidis et regio- 42

39. *Omenque Africanae victoriae... Hispana Carthago.* Omen Carthaginis in Africa facile vincendae fuit, quod facile vicit Carthaginem alteram in Hispania. Valer. Max. IV, 3: *Scipio quum in Hispania, Carthagine oppressa, maioris Carthaginis capiendae sumsisset auspicia.*

40. *Sanctitatem.* Id est, castitatem et abstinentiam. — *Ne quid de virginitatis integritate... videretur.* Scripsit simile quiddam de Alexandri continentia Appion Polyhistor, ut refert Gellius, VI, 8; sed ille tamen multo castigatius: *Victi hostis uxorem, facie inclyta mulierem, vetuit in conspectum suum deduci, ut eam ne oculis quidem suis contingeret.* Titze.

41. *Haec inter diversa terrarum populus Romanus.* Haec agebat populus Romanus per diversas terras.—*Contra Romanos Italicis quoque viribus utebatur.* Nimirum hoc etiam inter caetera habet commodi bellum in hostili solo. *Quippe* (ut ait Agathocles apud Iustinum XXII, 5, 4) verum est *aliter domi, aliter foris, bella tractari: domi ea sola auxilia esse, quae patriae vires subministrent; foris hostem etiam suis viribus vinci, deficientibus sociis, et odio diuturni imperii externa auxilia circumspicientibus*, etc. Suadet hoc idem Antiocho expertus Annibal, apud Livium, XXXIV, 59. Ita Mithridates ad filios orationem habens, suaque explicans consilia, in tragoedia cui noster Racine huius regis nomen indidit:

Non, princes, ce n'est point au bout de l'univers
Que Rome fait sentir tout le poids de ses fers;
Et de près inspirant les haines les plus fortes,
Tes plus grands ennemis, Rome, sont à tes portes.

Mithridate, *acte III, sc. I*

nibus excusseramus. Tarentus ad nos redierat: iam et Capua, sedes et domus et patria altera Annibalis, tenebatur: cuius amissio tantum Poeno duci dolorem
43 dedit, ut inde totis viribus Romam converteretur. O populum dignum orbis imperio! dignum omnium favore, et admiratione hominum ac deorum! Compulsus ad ultimos metus ab incoepto non destitit; et de sua Vrbe solicitus, Capuam tamen non omisit: sed, parte exercitus sub Appio consule relicta, parte Flaccum in urbem secuta, absens simul praesensque pugnabat.
44 Quid ergo miramur, moventi castra a tertio lapide Annibali iterum ipsos deos, deos inquam (nec fateri
45 pudebit) restitisse? Tanta enim ad singulos illius motus vis imbrium effusa, tanta ventorum violentia coorta est, ut divinitus hostem submoveri, nec caelo, sed ab Vrbis ipsius moenibus et Capitolio ferri videretur.
46 Itaque fugit, et cessit, et in ultimum se Italiae recepit sinum, quum Vrbem tantum non adoratam reliquisset.

42. *Tarentus ad nos redierat.* Qua arte Tarentus a Fabio recuperatus fuerit, docet Livius, XXVII, 17; Vide etiam Augustinum Civit. I, 6. — *Capua..... tenebatur.* Sententia Flori est, quum iam in eo esset, ut caperetur Capua, Annibalem, ut Romanos ab ea abstraheret et impediret, amissione Capuae Romam petivisse Nam Capuam, tum nondum captam fuisse, quum Annibal Romam proficiscebatur, mox ipse ostendit. — *Patria altera Annibalis.* Silius, II, 245: *Altera iam patria, atque aequo sub honore vocatur, Altera Carthago Capua.* Annibal Carthagini Capuam aequare solitus erat, de quo vide Livium XXV, 15.

43. *Dignum omnium favore, et admiratione hominum ac deorum.* Salmasius delendum censet *omnium*, et legendum: *dignum favore et admiratione hominum ac deorum.* Nec male: favor deos respicit, admiratio homines. — *Appio consule.* Immo, ut recte observat Dukerus, proconsule. Liv. XXVI, 1 et 8.

44. *Iterum.* Nam iam semel Annibali restiterant, illum impedientes, ne Romam peteret. *Illum enim*, ut supra dixit Noster, *aut fatum urbis imperaturae, aut ipsius mens mala, et aversi a Carthagine dii in diversum abstulerunt.* — *Nec fateri pudebit.* Haec ideo dicit, quod probrosum videri possit, viros fortes deorum potius favore, quam sua virtute victoriam consequi.

45. *Motus.* Gallice *marches.*

46. *Ultimum... sinum.* Id est, ultimam oram. — *Tantum non adoratam reliquisset.* Vulgo legebatur *adortam.* Editio P. habet *adoratam.* Freinshe-

Parva res dictu, sed ad magnanimitatem populi Ro- 47
mani probandam satis efficax; quod illis ipsis, quibus
obsidebatur diebus, ager, quem Annibal castris inse-
derat, venalis Romae fuit, hastaeque subiectus invenit 48
emtorem. Voluit Annibal contra fiduciam imitari; subie-
citque argentarias Vrbis tabernas; nec sector inventus
est: ut scias, etiam praesagia fatis fuisse.

Nihil actum erat tanta virtute, tanto favore etiam 49
deorum; siquidem Asdrubal, frater Annibalis, cum
exercitu novo, novis viribus, nova belli mole venie-
bat. Actum erat procul dubio, si vir ille se cum fratre 50
iunxisset; sed hunc quoque castra metantem Claudius
Nero cum Livio Salinatore debellat. Nero in ultimo 51
Italiae angulo submovebat Annibalem: Livius in di-
versissimam partem, id est, in ipsas nascentis Italiae
fauces, signa converterat. Tanto, id est, omni, qua 52
longissima Italia, solo interiacente, quo consilio, qua
celeritate, consules castra coniunxerint, inopinanter-
que hostem collatis signis compresserint, neque id fieri

mius autem ex MSS. *adoratam* revocavit. Porro, adorare urbem, est urbem salutare: quum autem id fieri nequeat, nisi propius ad urbem accedatur, inde Florus *adorare urbem* sumsit, pro *urbem ingredi*. Hic igitur sensus est: Annibal urbem relinquit, quum tantum non eam ingressus esset. Ed. Delph.

48. *Subiecit*. Hastae. — *Argentarias Vrbis tabernas*. Gallice *les boutiques des banquiers ou caissiers*. Adam, *Antiquités Romaines, tome I, pag.* 83: *Le caissier assistait pour marquer les enchères: c'était entre ses mains que les acquéreurs en déposaient le prix, ou donnaient des gages de solvabilité.* — *Sector*. Gallice *acquéreur, acheteur. Le mot* sectio *se prend pour l'acquisition du butin d'une ville, ou des biens d'un proscrit ou d'un condamné.* Adam, *Antiquités Romaines, tome I, pag.* 68. — *Etiam praesagia fatis fuisse*. Eleganter *fatis* pro *fatorum*: scilicet, ut scias fata etiam nuntiasse victoriam Romanorum et cladem Annibalis.

49. *Siquidem Asdrubal*. Plures, *siquidem ab Hispania Asdrubal*.

51. *In ultimo Italiae angulo*. In Bruttios agros se receperat Annibal. — *In ipsas nascentis Italiae fauces*. Alpes intelligit, quas iam superaverat Annibal. In illas signa converterat Livius, ut Asdrubalem debellaret. Ed. Delph.

52. *Inopinanter*. Edit. princeps *ino-*

53 Annibal senserit, difficile dictu est. Certe Annibal, re
cognita, quum proiectum fratris caput ad sua castra
vidisset, « Agnosco, inquit, infelicitatem Carthaginis ».
Haec fuit illius viri, non sine praesagio quodam fati
54 imminentis, prima confessio. Iam certum erat, Annibalem etiam ipsius confessione posse vinci: sed tot rerum
prosperarum fiducia plenus populus Romanus magni
aestimabat, asperrimum hostem in Africa debellare.
55 Duce igitur Scipione, in ipsam Africam tota mole conversus, imitari coepit Annibalem, et Italiae suae clades
56 in Africa vindicare. Quas ille (dii boni!) Asdrubalis
copias, quos Syphacis exercitus fudit? quae quantaque
utriusque castra facibus illatis una nocte delevit? denique iam non a tertio lapide, sed ipsas Carthaginis por-
57 tas obsidione quatiebat. Sic factum est, ut inhaerentem
58 atque incubantem Italiae extorqueret Annibalem. Non
fuit maior sub imperio Romano dies, quam ille, quum
duo omnium et antea et postea ducum maximi, ille
Italiae, hic Hispaniae victor, collatis cominus signis,
direxere aciem. Sed et colloquium fuit inter ipsos de
59 legibus pacis. Steterunt diu mutua admiratione defixi.

pinatum. Veteres autem editt. habent fere omnes *inopinantem*.

53. *Agnosco, inquit, infelicitatem Carthaginis*. Annibal etiam apud Livium, XXVIII fin. *agnoscere se fortunam Carthaginis fertur dixisse.* Inde Montesquieu, *Grandeur et Décad. des Romains, chap. 5: Encore faudrait-il que les discours qu'on fait tenir à Annibal fussent sensés. Que si, en apprenant la défaite de son frère, il avoua qu'il en prévoyait la ruine de Carthage, je ne sache rien de plus propre à désespérer des hommes qui s'étaient donnés à lui, et à décourager une armée qui attendait de si grandes récompenses après la guerre.*

55. *Tota mole*. Totis viribus. — *Italiae suae clades in Africa vindicare*. Id est, ulcisci contra Africam suas in Italia clades.

56. *Denique non iam a tertio lapide*, etc. Comparat Annibalis factum, idque longe postponit facto Scipionis: ille enim Romam non propius quam a tertio lapide vidit: hic autem ipsis Carthaginis portis inhaerebat, et eos obsidione quatiebat.

59. *Steterunt diu mutua admiratione defixi*. Livius libro supra citato: *Paullisper alter alterius conspectu, admi-*

Vbi de pace non convenit, signa cecinere. Constat 60
utriusque confessione, «nec melius instrui aciem, nec
«acrius potuisse pugnari». Hoc Scipio de Annibalis,
Annibal de Scipionis exercitu praedicaverunt. Sed 61
tamen Annibal cessit; praemiumque victoriae Africa
fuit, et secutus Africam statim terrarum orbis.

VII.

BELLVM MACEDONICVM PRIMVM.*

Post Carthaginem vinci neminem puduit. Secutae 1
sunt statim Africam gentes, Macedonia, Graecia, Sy-
ria, caeteraque omnia, quodam quasi aestu et torrente
fortunae; sed primi omnium Macedones, affectator 2
quondam imperii populus. Itaque quamvis tunc Phi-
lippus regno praesideret, Romani tamen dimicare sibi
cum rege Alexandro videbantur. Macedonicum bel- 3

ratione mutua prope attoniti conticuere. — *Signa.* Id est, tubae quae dant signum.

60. *Hoc Scipio de Annibalis... exercitu.* Montesquieu, *Grand. et Décad. des Romains, chap. 5: Tout ce que peut faire un grand homme d'État et un grand capitaine, Annibal le fit pour sauver sa patrie: n'ayant pu porter Scipion à la paix, il donna une bataille où la fortune sembla prendre plaisir à confondre son expérience et son bon sens.*

* Cap. VII. Bellvm Macedonicvm primvm. Anno Vrbis 540, ante Christum natum 214; coss. Quinto Fabio Cunctatore IV, Claudio Marcello III, sexto anno post incoeptum secundum bellum Punicum. Ea quae hoc capite continentur, scribunt Livius; XXXI, XXXII, XXXIII, XXXIV; Val. Max. IV, 8, 5; V, 2, 6; Iustin. XXIX, XXX; Eutrop. IV, 1; Oros. IV, 20; Plutarch. in Flaminin., cap. 3, etc.; Sil. Ital. XV, vers. 286. Camers.

2. *Affectator quondam imperii populus.* Ad Philippi Alexandri Magni parentis tempora respicit. — *Quamvis tunc Philippus*, etc. Scilicet, quamvis Macedones, Philippo (Demetrii filio) regnante, antiquae virtutis degeneres facti fuissent, Romani tamen sibi cum Alexandro, id est, cum invicto rege, decertaturi videbantur. Itaque Iusti-

lum nomine amplius, quam spectatione gentis fuit.
4 Caussa coepit a foedere Philippi, quo rex iam pridem dominantem in Italia Annibalem sibi sociaverat: postea crevit, implorantibus Athenis auxilium contra regis iniurias, quum ille ultra ius victoriae in templa, aras, et sepulcra ipsa saeviret. Placuit senatui opem
5 tantis ferre supplicibus. Quippe iam gentium reges, duces, populi, nationes, praesidia sibi ab hac urbe pe-
6 tebant. Primo igitur, Laevino consule, populus Romanus, Ionium mare ingressus, tota Graeciae litora veluti
7 triumphanti classe peragravit. Spolia quippe Siciliae, Sardiniae, Hispaniae, Africae praeferebat; et manifestam victoriam nata in praetoria puppe laurus pollicеba-
8 tur. Aderat sponte in auxilium Attalus, rex Pergamenorum: aderant Rhodii, nauticus populus: quibus a mari,
9 consul a terris omnia equis virisque quatiebat. Bis

nus, XXIX, 3: *Terrebat eos et vetus Macedonum virtus, et devicti Orientis gloria*, etc.

3. *Macedonicum bellum... gentis fuit.* Illud bellum fuit amplius ob nomen Macedonum, qui olim fortes et generosi habebantur, quam consideratione et respectu illius gentis, quae illo tempore multum a pristina virtute excessisse videbatur. Itaque recte de hoc bello et aliis observat Montesquieu: *Après l'abaissement des Carthaginois Rome n'eut presque plus que de petites guerres et de grandes victoires, au lieu qu'auparavant elle avait eu de petites victoires et de grandes guerres.* (*Grand. et Déc. des Rom.*, *chap* 5).

5. *Gentium reges.* Quod testantur Rhodii apud Livium, XXXVII, 54, 11: *Omne genus humanum vestrum numen imperiumque, juxta ac deos immortales iampridem intuetur.*

6. *Consule.* Bene ex Fast. Nec est cur cum quibusdam reponas *praetore*, aut *propraetore*. Vide Titze not. crit. ad Florum de hoc loco.

7. *Africae.* Sed nondum spoliata Africa, et Annibal adhuc in Italia versabatur. — *Praetoria puppe.* Praetoriam puppem non intelligas qua praetor vehitur, sed eam quam Graeci *ναυαρχίδα* vocant, hodie *vaisseau amiral*, qua dux vehitur, quisquis ille sit, et quemcumque magistratum gerat; ut *praetorium* dicitur tabernaculum ducis, quod de regum etiam tabernaculis dicunt Curt. V, 2, 7, et Iust. II, 11, 15.

8. *Quibus a mari, consul a terris omnia equis virisque quatiebat.* Id est, quibus (Rhodiis) a mari omnia quatientibus, dum a mari omnia quaterent, consul a terris omnia equis virisque quatiebat. Salmasius autem hunc locum corruptum sic legebat

victus rex, bis fugatus, bis exutus castris; quum tamen
nihil terribilius Macedonibus fuit ipso vulnerum ad-
spectu, quae non spiculis, non sagittis, nec ullo Grae-
culo ferro, sed ingentibus pilis, nec minoribus adacta
gladiis, ultra mortem patebant. Enimvero Flaminino 10
duce, invios antea Chaonum montes, Aoumque
amnem per abrupta vadentem, et ipsa Macedoniae
claustra penetravimus. Introisse victoria fuit: nam 11
nunquam postea ausus congredi rex, ad tumulos, quos
Cynocephalas vocant, uno, ac ne hoc quidem iusto
praelio opprimitur. Et illi quidem consul pacem dedit, 12

ex coniectura, approbante Anna Fabii filia : *Qui navibus a mari, consul a terris, omnia equis virisque quatiebat.* Recentissimus autem Titze, sicut nos ex auctoritate omnium Mss. et codicum legit, at sic interpungens: *quibus a mari, consul a terris, omnia equis virisque quatiebat.* Scilicet, aderat Attalus, aderant Rhodii, per quos consul omnia quatiebat equis virisque, et a mari et a terris.

9. *Vulnerum adspectu.* Liv. XXXI, 34 : *Macedones, qui hastis sagittisque, et rara lanceis vulnera facta vidissent, cum Graecis Illyriisque pugnare assueti, postquam gladio hispaniensi detruncata corpora, brachiis abscissis, aut tota cervice desecta, divisa a corpore capita, patentiaque viscera, et foeditatem aliam vulnerum viderunt, adversus quae tela quosque viros pugnandum esset, pavidi cernebant.* — *Graeculo ferro.* Per contumeliam, quum Graeci brevioribus et levioribus telis uterentur. — *Vltra mortem patebant.* Id est, tanta fuere vulnera, ut, etiamsi multo leviora fuissent, tamen ea mors fuisset secutura.

10. *Chaonum montes.* In Epiro iuxta mare Ionium. — *Aoum amnem.* Libri scripti et editi omnes in hac voce corrupti sunt : nam in iis varie legitur *Indum, Indium, Pindum, Nidum, Inoum,* etc. Primus Vinetus restituit *Aoum*, graece Αῶον, qui fluvius in Macedonia per Taulantiorum regionem in mare Ionicum exit. — *Id est, ipsa Macedoniae claustra.* Ita lego cum Dukero ex auctoritate Mss. Dederat ex ingenio Salmasius, *id est, ipsa Macedoniae claustra* : quem deinde alii secuti sunt. Equidem respuerem τὸ *id est*, etiamsi non omnes Mss. hic respuerent. Titze.

11. *Introisse victoria fuit.* Montesquieu, *Essai sur le Goût : Florus nous donne une idée de toute la guerre de Macédoine, quand il dit :* ce fut vaincre que d'y entrer; *introisse victoria fuit.* — *Ne... iusto.* Non iustum praelium dicit, quod, quum neuter ducum eo die decrevisset dimicare, neque exercitus e castris educti, nec acies instructae fuissent, primo certamen inter paucos contractum, ac deinde subsidiis utrimque missis paullatim auctum fuerat, ita ut ad extremum omnibus copiis dimicaretur. Polyb. XVI, et Liv. XXXIII, 7. Freinsh.

12. *Consul pacem dedit.* Consulem

regnumque concessit: mox, ne quid esset hostile, Thebas, et Euboeam, et grassantem sub Nabide suo La-
13 cedaemona compescuit. Graeciae vero veterem statum
reddidit, ut legibus viveret suis, et avita libertate
14 frueretur. Quae gaudia, quae vociferationes fuerunt,
quum hoc forte Nemeae in theatro quinquennalibus
ludis a praecone caneretur? quo certavere plausu? quid
15 florum in consulem profuderunt? Et iterum iterumque
praeconem repetere illam vocem iubebant, qua libertas Achaiae pronuntiabatur: nec aliter illa consulari sententia, quam modulatissimo aliquo tibiarum aut fidium cantu fruebantur.

VIII.

BELLVM SYRIACVM REGIS ANTIOCHI.*

1 Macedoniam statim, et regem Philippum Antiochus

nominat Florus T. Quinctium Flaminium, et hoc loco et paullo inferius iterum, quamvis tum iam novi Romae creati consules essent, ut docet Livius XXII, 28: suspicor licuisse hoc auctori in Romano imperatore, cui post consulatum gestum, imperium provinciae consularis prorogatum est, donec, ut ait Livius, successor illi venisset. Nam revera talis imperator in provincia pergebat consulem agere. Hinc non audio criticos, qui propter hoc nomen Florum erroris condemnant. Titze.

14. *Quae gaudia, quae vociferationes.* Montesquieu, *Grand. et Décad. des Rom., chap. 5: On voit bien que ces petites républiques* (de la Grèce) *ne pouvaient être que dépendantes. Les Grecs se livrèrent à une joie stupide, et crurent être libres en effet, parceque les Romains les déclaraient tels.* — *Quinquennalibus ludis.* Male Noster quinquennales facit, qui tantum triennales fuere. Nam revera tertio quoque anno hi ludi celebrabantur, unde ἀγὼν τριετέρικος seu τριετὴς dictus est.

* Cap. VIII. Bellvm Syriacvm. A. V. 563, ante C. N. 191; coss. M. Atilio Glabrione, et P. Cornelio Scipione Nasica. Lege de hoc bello Liv. XXXIV et seqq.; Iustin. XXXI; Appianum Syriaco; Val. Max. II, 5, 1; III, 5, 1; IV, 1, 9; Gellium, V, 5; Plutarch. Scipion. et Cat. mai. cap.

excepit, quodam casu, quasi industria, sic adguber-
nante fortuna, ut quemadmodum ab Africa in Euro-
pam, sic ab Europa in Asiam, ultro se subgerentibus
caussis, imperium procederet, et cum terrarum orbis
situ ipse ordo victoriarum navigaret. Non aliud for- 2
midolosius fama bellum fuit: quippe quum Persas et
Orientem, Xerxem atque Darium cogitarent, quando
perfossi invii montes, quando velis opertum mare nun-
tiaretur. Ad hoc caelestes minae territabant, quum 3
humore continuo Cumanus Apollo sudaret. Sed hic
faventis Asiae suae numinis timor erat. Nec sane viris, 4
opibus, armis quidquam copiosius Syria: sed in ma-
nus tam ignavi regis inciderat, ut nihil fuerit in Antio-
cho speciosius, quam quod a Romanis victus est. Im- 5
pulere regem in id bellum, illinc Thoas Ætoliae prin-
ceps, inhonoratam apud Romanos querens adversus
Macedonas militiae suae societatem: hinc Annibal, qui
in Africa victus, profugus, et pacis impatiens, hostem
populo Romano toto orbe quaerebat. Et quod illud 6
fuisset periculum, si se consiliis eius rex tradidisset, id
est, si Asiae viribus usus fuisset miser Annibal? Sed rex
suis opibus et nomine regio fretus, satis habuit bel-

22; Aurelium, de Viris Illustr. cap. 34; Eutrop. IV, 1; Oros. IV, 20; Frontin. IV, 7, 30. CAMERS.

1. *Macedoniam... excepit.* Hoc est, iugum subiit post Macedoniam. — *In Europam.* Docte hoc scripsit, Graeciam et Macedoniam sic intelligens. TITZE.—*Navigaret.* Id est, pergeret.

3. *Apollo suaderet.* Vix digna historiae gravitate fabula. Caeterum, quod hic scribit Florus, lege apud divum August. Civit. III, 11; Cicer. de Divin. II. — *Asiae suae.* Quippe in Asia natus Apollo.

4. *Tam ignavi regis inciderat.* Montesquieu, *Grand. et Décad. des Romains, chap. 5: La faiblesse principale du royaume de Syrie venait de celle de la cour, où régnaient les successeurs de Darius, et non pas d'Alexandre.* — *Quam quod a Romanis victus est.* Sic Virg. X, 829: *Hoc tamen infelix miseram solabere mortem: Æneae magni dextra cadis;* Ovid. Metamorph. XII, 80: *Quisquis es, o iuvenis, dixit, solamen habeto Mortis, ab Æmonio quod sis iugulatus Achille.*

5. *Inhonoratam.* Contemtam.

7 lum movere. Europa iam, dubio procul, iure ad Ro-
manos pertinebat. Hic Lysimachiam urbem, in litore
Thracio positam a maioribus suis, Antiochus ut here-
8 ditario iure reposcebat. Hoc velut sidere Asiatici belli
mota tempestas; et maximus regum contentus fortiter
indixisse bellum, quum ingenti strepitu ac tumultu
movisset ex Asia, occupatis statim insulis, Graeciaeque
9 litoribus, otia et luxus tamquam victor agitabat. Eu-
boeam insulam continenti adhaerentem tenui freto re-
ciprocantibus aquis, Euripus abscidit. Hic ille positis

6. *Satis habuit bellum movere.* Ms. unus, *satis habuit sine Annibale bellum movere*. Nec displicet; nam Florus iis quae facere debuerat Antiochus, apponit ea quae fecit. Debuerat uti consiliis Annibalis, eique vires tanti regni et summam belli committere. Hoc non fecit, sed suis opibus et nomine regis fretus, quasi ea satis valerent adversus Romanos, sine Annibale eiusque consiliis bellum movit. Cur autem potius suis, quam Annibalis consiliis, bellum gesserit, exponunt Livius XXXV, 42; Iust. XXXI, 6.

7. *Lysimachiam urbem .. hereditario iure reposcebat.* Lysimachiam a Lysimacho qui inter duces Alexandri Magni fuit, conditam scribunt Stephanus de Vrbibus; Pausanias, Attic. 9; Iustin. XVII, 1, et alii. Deinde Seleucus Antiochi proavus, Lysimacho in acie caeso, Chersonesum Thraciam, in qua erat Lysimachia, occupaverat. Livius, XXXIII, 40; XXXIV, 58. An autem Lysimachus inter maiores Antiochi fuerit, non scio. Sed Antiochum illo titulo in repetenda possessione usum fuisse, nusquam invenio. DUKERUS. — *Hereditario iure.* Florus non satis adcurate haec narrat. Seleuco paullo post occupatam Chersonesum occiso, posteri illius Chersonesum neglexerant, et possessionem eius amiserant. Deinde Antiochus existimans ea, quae iure belli Seleuci facta fuerant, suae ditionis esse, traiectis in Europam copiis, eam recuperaverat, et Lysimachiam dirutam instauraverat. Sed Romani eum nec in Europa quidquam possidere, nec urbes Graecas Asiae in potestate sua habere volebant. Ita apud Livium, XXXIV, 38 et 58, et XXXV, 16, DUKERUS.

8. *Hoc velut sidere.* Id est, haec controversia concitavit bellum Asiaticum, eiusque caussa fuit; sicut tempestates ortu vel occasu siderum quorumdam moventur. — *Otia et luxus tamquam victor agitabat.* Montesquieu, *Grand. et Décad. des Romains*, *chap.* 5: *Comme s'il avait voulu voir la guerre, et non pas la faire, il ne fut occupé que de ses plaisirs.*

9. *Continenti adhaerentem... Euripus abscidit.* Inde Plinius, IV, 12: *Euboea et ipsa avulsa Boeotiae, tam modico interfluente Euripo, ut ponte iungatur.* — *Reciprocantibus undis.* Euripum septies die ac nocte reciproco aestu agitari quidam contendunt, quos inter Plinius, II, 97. Aliter autem Livius, XXVIII, 6: *Fretum ipsum Euripi non septies die, ut fama fert, temporibus satis reciprocat: sed*

aureis sericisque tentoriis, sub ipso freti murmure, quum inter fluenta tibiis fidibusque concineret, collatis undique, quamvis per hiemem, rosis, ne non aliquo ducem genere agere videretur, virginum puerorumque delectus habebat. Talem ergo regem iam sua 10
luxuria debellatum populus Romanus, Acilio Glabrione consule, in insula aggressus, ipso statim adventus sui nuncio coëgit ab insula fugere. Tum praeci- 11
pitem apud Thermopylas assecutus, locum trecentorum Laconum speciosa caede memorandum, ne ibi quidem fiducia loci resistentem, mari ac terra cedere coëgit. Statim et e vestigio itur in Syriam. Classis regia Poly- 12
xenidae Annibalique commissa: nam rex praelium nec spectare poterat. Igitur, duce Æmilio Regillo, adremigantibus Rhodiis, tota laceratur. Ne sibi placeant 13
Athenae! in Antiocho vicimus Xerxem; in Æmilio Themistoclem aequavimus; Ephesiis Salamina pensavimus. Tum consule Scipione, cui frater, ille modo victor 14
Carthaginis Africanus, voluntaria legatione aderat, debellari regem placet; et iam toto cesserat mari: sed

temere in modum venti, nunc huc, nunc illuc verso mari, velut monte praecipiti devolutus torrens rapitur; ita nec nocte, nec die quies navibus datur. — *Ne non aliquo ducem genere agere videretur.* Lipsius malebat: *ne non aliquo dux genere videretur.* Nec displiceret lectio, si librorum adesset auctoritas.

10. *In insula.* Abiicit Titze has voces cum Dukeso, quae narrationis veritatem tollunt. Sequitur enim statim, Antiochum primo de Romanorum adventu nuntio accepto ab insula fugisse; ergo eum Glabrio *in insula* non aggressus est.

11. *Ne ibi quidem fiducia loci resistentem.* Hic Florus abit a Livio et aliis; nam Livius, XXXVI, 17 et seqq. auctor est, Antiochum in Thermopylis, vel maxime fiducia loci restitisse Romanis, sed magno praelio ab Acilio victum fuisse. Nec aliter Appianus, Syriaco; Plutarch in Cat. Mai. etc. DVKERVS. — *In Syriam.* Hoc bello Romanus exercitus non ingressus est Syriam; sed aut memoria Florum fefellit, aut scripsit, *statim e vestigio itur in Asiam*, ut Lipsio visum. GRAEVIVS.

12. *Polyxenidae.* Qui exsul erat Rhodius.

13. *Themistoclem.* Editio P. *Alcibiadem.* Melius autem *Xerxi* opponitur Themistocles, quam Alcibiades.

14. *Africanus, voluntaria legatione*

15 nos imus ulterius. Maeandrum ad amnem montemque Sipylum castra ponuntur. Hic rex, incredibile dictu,
16 quibus auxiliis, quibus copiis consederat. Trecenta millia peditum; equitum, falcatorumque curruum non minor numerus. Elephantis ad hoc immensae magnitudinis, auro, purpura, argento, et suo ebore fulgenti-
17 bus, aciem utrimque vallaverat. Sed haec omnia praepedita magnitudine sua; ad hoc imbre, qui subito superfusus, mira felicitate Persicos arcus corruperat: primum trepidatio, mox fuga, dehinc triumphus fue-
18 runt. Victo et supplici pacem atque partem regni dari placuit, eo libentius, quod tam facile cessisset.

IX.

BELLVM ÆTOLICVM.*

1 Syriatico bello successit, ut debebat, Ætolicum. Victo quippe Antiocho, Romanus faces Asiatici belli
2 persequebatur. Ergo Fulvio Nobiliori mandata ultio

aderat. Amore fratris, utque ei provincia illa extra sortem daretur, ut refert Livius, XXXVII, 1, 10.

15. *Maeandrum ad amnem montemque Sipylum*. Fallitur Florus quum ad Maeandrum posuisse tradit castra Romanos. Posuerunt illa ad Magnesiam quae ad Sipylum est, teste Livio XXXVI, 37. Fraudi fuit Nostro quod alia Magnesia fuerit ad Maeandrum, alia sub Sipylo, quas perperam pro una eademque urbe habuit. Graevius. Quomodo autem Florum defendere tentet Titze, vide ad notas criticas.

16. *Non minor numerus*. Nempe non minor equitum curruumque vis adfuit, quam multitudo pedestrium copiarum requirebat.

*Cap. IX. Bellum Ætolicum. Anno Vrbis 565, ante C. N. 189; coss. M. Fulvio Nobiliori, Cnaeo Manlio Vulsone. Hoc bellum describunt Livius, libro XXXVIII; Iustin. XXXII; Appianus, Syriaco; Eutrop. IV, 1; Aurelius de Viris Illustr. cap. 52; de Ætolia Plinius, IV, 2; Strabo, X. Camers.

1. *Faces*. Hoc est, auctores; de quibus supra, II, 8, 5; adde supra I, 19, 1. Livius XX, 10, de Annibale, quem vocat *furiam facemque huius belli*.

est. Hic protinus, caput gentis, Ambraciam, regiam
Pyrrhi, machinis quatit. Secuta deditio est. Aderant 3
Ætolorum precibus Attici, Rhodii: et memineramus
auxilii. Sic placuit ignoscere: serpsit tamen latius in 4
proximos bellum, omnemque late Cephaleniam, Zacynthon: et quidquid insularum in eo mari inter Ceramios montes iugumque Maleum, Ætolici belli accessio fuerunt.

X.

BELLVM HISTRICVM.*

Histri sequuntur Ætolos: quippe bellantes eos nuper 1
adiuverant. Et initia pugnae prospera hosti fuerunt,
eademque exitii caussa. Nam quum Cnaei Manlii castra 2

2. *Ambraciam.* Ambracia proprie non erat Ætolorum, sed urbs Epiri ad Arethontem fluvium, et sinum maris, qui ab ea Ambracius dicitur. Itaque et olim regis Epiri regia fuerat. Sed tum ipsa se corpori Ætolorum contribuerat. Liv. XXXVIII.

3. *Aderant Ætolorum precibus Attici, Rhodii.* Id est, Attici, Rhodii, preces iungebant Ætolorum precibus. — *Auxilii.* Cui auxilio tantum tribuit, XXXVI, 7, 7, et ipse Livius, XXXIII, ut ei victoriam Romanorum imputet.

4. *Serpsit tamen latius,* etc. Freinshemius hic ex coniectura legit: *serpsit tamen latius in proximos bellum: omnisque late Cephalenia, Zacynthos, et quidquid,* etc. Minime dubium quin melius sic locus cohaereat: nil mutandum tamen, quum librorum desit auctoritas. — *Cephaleniam.* Insulam in mari Ionio, e regione Peloponesi ad orientem — *Zacynthon.* Insulam infra Cephaloniam.

* Cap. X. Bellvm Histricvm. Anno Vrbis 576, ante C. N. 178; coss. M. Iunio Bruto, A. Manlio Vulsone.

1. *Histri.* Italiae populi, ad summum Adriaticum sinum supra Venetiam. De hac voce libri scripti et editi variant in *Istri*, *Hystri*, etc. De hoc autem Histrorum Ætolis auxilio tacent caeteri historici.

2. *Cnaei Manlii.* Hunc Aulum Manlium appellari a Livio adnotavit Vinetus. — *Appius Pulcher invadit.* Ex tabulis tamen certum est, ante Appii Pulchri adventum, Romanos eodem duce, quo castra amiserant, ea recuperasse, nempe Manlio Vulsone. Ergo quod illi debetur, perperam Noster

cepissent, opimaeque praedae incubarent, epulantes, ac
ludibundos plerosque, atque, ubi essent prae poculis
3 nescientes, Appius Pulcher invadit. Sic cum sanguine
et spiritu male partam revomuere victoriam. Ipse rex,
Apulo equo impositus, quum subinde crapula et capitis errore lapsaret, captum sese vix et aegre, postquam experrectus est, didicit.

XI.

BELLVM GALLOGRÆCVM.*

1 Gallograeciam quoque Syriatici belli ruina convol-
2 vit. Fuerint inter auxilia regis Antiochi, an fuisse
cupidus triumphi Manlius, ac eos visos simulaverit,
dubium est. Certe negatus est victori triumphus, quia

Appio Pulchro tribuit, qui sequenti tantum anno in Istriam profectus, eam, trucidato rege, in provinciam redegit.

3. *Crapula et capitis errore*. Non video quid hic doctissimum Salmasium offenderit, qui tanto opere lectionem novam conetur intrudere. Sensus apertus et recta oratio. Nempe vinolentus rex, equo impositus, infirmo capite, et nunc ad dexteram, nunc ad sinistram praeponderante (hic est enim *capitis error*) subinde lapsabat.

* CAP. XI. BELLVM GALLOGRÆCVM. Eodem anno incoeptum quod Ætolicum. Hoc autem bellum late scribit Livius, XXXVIII; meminit Iustinus, XXIII; Aurelius de Vir. Illus. cap. 55; Val. Max. VI, 1, 2; Oros. IV, 20. De origine, moribus, etc. Gallograecorum lege Dionys. VI. CAMERS.

2. *Fuerint... inter dubium est.* Ita edidimus, approbantibus Titze et Seebode, ex felicissima correctione Iusti Lipsii, quam acutiores critici omnes comprobarunt, nisi quod in fine etiam servavi *est*, a Lipsio abiectum. Ornavit autem Lipsius suam lectionem parva eaque appositissima mutatione scripturae, quam referebat Ms. Nazarianus in hunc modum: *Fuerant inter auxilia regis Antiochi. An fuisset cupidus triumphi Manlius, an eos visos simulavit, dubium est.* Indicativus *fuerant*, quamvis eum Mss. omnes ostendunt, defendi mea opinione non potest, sequente *dubium est;* quandoquidem cuncta haec verba unicam periodum efficiunt. At si separes verba, *fuerunt inter auxilia regis Antiochi*, eaque puncto maximo a sequentibus distinguas, ut voluit Salma-

caussam belli non approbavit. Caeterum gens Gallograe- 3
corum, sicut ipsum nomen indicio est, mixta et adul-
terata, reliquiae Gallorum, qui, Brenno duce, vastave-
rant Graeciam, mox Orientem secuti, in media Asiae
parte sederunt. Itaque ut frugum semina, mutato solo, 4
degenerant; sic illa genuina feritas eorum asiatica
amoenitate mollita est. Duobus itaque praeliis fusi fuga- 5
tique sunt: quamvis sub adventu hostis, relictis sedibus,
in altissimos se montes recepissent, quos Tolostobogi
Tectosagique iam insederant. Vtrique fundis sagittis-
que acti, in perpetuam se pacem dediderunt. Sed alli- 6
gati miraculo quodam fuere, quum catenas morsibus
et ore tentassent; quum offocandas invicem fauces
praebuissent. Nam Orgiagontis regis uxor a centu- 7
rione stuprum passa, memorabili exemplo custodiam
evasit, revulsumque militis caput ad maritum suum
retulit.

sius, vereor, ne non satis sibi constet Florus, qui, quod affirmaverat, postea in dubium revocet. Praeterea ostendunt et mox sequentia, *certe negatus est victori triumphus, quia caussam belli non approbavit*, Florum ipsum dubitasse, an inter auxilia Antiochi Gallograeci fuerint. Titze. — Cui quidem omnino adsentimus de hoc loco, sic explicantes: Dubium est utrum Gallograeci revera fuerint inter auxilia regis Antiochi, an Manlius, cupidus triumphi, simulaverit, eos ibi fuisse, et a se visos in hostium agmine. — *Negatus* Negatus quidem fuit, sed non pernegatus, et post controversiam decretus. Liv. XXXVIII, 50. — *Non approbavit.* Id est, non fecit ut eam probarent Romani, et in ea adquiescerent.

3. *Mixta et adulterata, reliquiae Gallorum.* Ita ex codice Ryckiano. Quidam legunt *mixta*, et adulteratae *reliquiae*, etc. ex pluribus Mss. Nonnulli autem, suadente Salmasio, *mixta et adulterata est; reliquiae*, etc.

5. *Quos Tolostobogi et Tectosagique iam insederant.* Mire hic turbant libri, quorum varietatem vide suo loco. Iornandis libri quorum lectionem Gruterus exhibuit, propius a vero sunt: illi enim: *Colesob egit Olympum tectos Aginaguba insederant.* Magaba enim, sive Magava, quod idem est, nomen montis quem insederunt Tectosagi. Vide Livium, XXXVIII, 19, 1. Freinsh. — Quam quidem Freinshemii emendationem, divinam Fr. Gronovio dictam, in textum receperunt Titze et Seebode.

7. *Orgiagontis.* Livius hunc regem *Ortiagontem* vocat, et hic *Ortiagontis* legendum malim.

XII.

BELLVM MACEDONICVM SECVNDVM.*

1 Dum aliae aliaeque gentes Syriatici belli sequuntur
2 ruinam, Macedonia se rursus erexit. Fortissimum populum memoria et recordatio suae nobilitatis agitabat; et successerat Philippo filius Perses: qui semel in perpetuum victam esse Macedoniam, non putabat ex
3 gentis dignitate. Multo vehementius sub hoc Macedones, quam sub patre, consurgunt: quippe Thracas in vires suas traxerant; atque ita industriam Macedonum viribus Thracum, ferociam Thracum disciplina Mace-
4 donum temperaverunt. Accessit his consilium ducis, qui situm regionum suarum summo speculatus Hae-

* CAP. XII. BELLVM MACEDONICVM SECVNDVM. A. U. 585, ante C. N. 169; coss. Q. Marco Philippo, et Cn. Servilio Caepione. Hoc bellum scribunt passim omnes: in primis Liv. XL et seqq.; Iustinus, XXXIII; Plutarch. Paullo Æmilio; Aurelius, de Viris Illustr. cap. 36; Appianus Mithridatico; Euseb. lib. tempor.; Val. Max. II, 1; II, 2, 1; IV, 3, 8; V, 1, 8; Eutrop. IV, 1; Oros. IV, 20, meminit Plinius, XXIII, 3; et Gellius, VII, 3. CAMERS.

2. *Semel in perpetuum*. Non existimabat Macedoniam in perpetuum victam, quum semel tantum victa fuisset: neque enim id gentis dignitas patiebatur. ED. DELPH.

3. *Atque ita industriam temperaverunt*. In his verbis mendosi aliquid latere quis non sentiat? Eo magis mirandum, neminem adhuc criticorum id notasse. Non potest enim, ut ista nunc leguntur, alius nominativus intelligi quam *Macedones:* quid autem puerilius fieri potest tali locutione: *Atque ita (Macedones) industriam Macedonum viribus Thracum, ferociam Thracum disciplina Macedonum temperaverunt*. Aut igitur in praecedentibus verbis legendum *traxerat*, quemadmodum editio Lipsiensis, ut *rex Perseus* subintelligatur, et perinde in adducto loco *temperaverunt*, vel ut unus Ms. refert, *temperaverant* mutandum in *temperaverat:* aut, relictis his, pro *viribus Thracum* rescribendum erit, *vires Thracum*, ut *vires* et *disciplina* nominativi sint. Vtraque harum emendationum salvus praestabitur textus. TITZE.

mo, positis per abrupta castris, ita Macedoniam suam
armis ferroque vallaverat, ut non reliquisse aditum, nisi
a caelo venturis hostibus, videretur. Tamen, Marcio 5
Philippo consule, eam provinciam ingressus populus
Romanus, exploratis diligenter accessibus, propter
Astrudem paludem, per acerbos dubiosque tumulos,
illa quae volucribus quoque videbantur invia accessit;
regem securum, et nihil tale metuentem, subita belli
irruptione terruit. Cuius tanta trepidatio fuit, ut pe- 6
cuniam omnem in mare iusserit mergi, ne periret;
classem cremari, ne incenderetur. Paullo consule, quum 7
maiora et crebra essent imposita praesidia, per alias
vias Macedonia deprehensa est, summa quidem arte
et industria ducis, quum alia minatus, alia irrepsisset.
Cuius adventus ipse adeo terribilis regi fuit, ut inter- 8
esse non auderet, sed gerenda ducibus bella manda-

4. *Haemo*. Qui mons Thraciam a Mysia dividit.

5. *Tamen, Marcio*. Hanc emendationem ex Nic. Heinsio accepimus: vulgo, *Nam Marcio*. — *Propter Astrudem*. Nil verius correctione *praeter Ascuridem paludem*, quae quum Livium, XLIV, 2, 3, suasorem habeat, a criticis defenditur. *Ascuridem* magis etiam hic probo, propter scripturam Mss. qui terminationem istam ostendunt, quam quod quidam malunt *Ascurida*. Titze. — *Acerbos dubiosque tumulos*. Malim servari mihi istos acerbos dubiosque tumulos, quam cum Nic. Heinsio qui eos concoquere non potuit, *aversos deviosque* rescribere. Recte notavit Dukerus aversos et devios idem paene significare: nec improbabiliter coniecit, pro *acerbos*, quod epitheton hic nove usurpatur, legendum videri *asperos*. Quibus placet retinere vulgatum, hi epitheton istud oportet referant ad laborem militum in superandis illis tumulis. Dubios videtur Florus dixisse partim ob iniquitatem locorum, partim quod in transcendendo metuebant Romani, ne se illis hostes ex insidiis repente alicubi opponerent. Sic Propert. IV, 4, 81: *Mons erat adscensu dubius*.

6. *Pecuniam omnem in mare... ne periret*, etc. Dictum, ut Graeci vocant, ὀξύμωρον, id est, *acute stultum*. Sic illud Themistoclis: perieramus, nisi periissemus. Sic Martialis, II, 80: *Hostem quum fugeret, se Fannius ipse peremit. Dic, rogo, non furor est, ne moriare, mori?* Senec. Epist. 24: *Tantam hominum imprudentiam esse, immo dementiam, ut quidam timore mortis cogantur ad mortem*.

7. *Deprensa est*. Alter Palatinus et editio P. *depressa*, perperam. — *Alia minatus*. Id est, alia via.

9 verit. Absens ergo victus fugit in maria, insulamque
Samothracen, fretus celebri religione, quasi templa et
arae possent defendere, quem nec montes sui, nec arma
10 potuissent. Nemo regum diutius amissae fortunae con-
scientiam retinuit. Supplex quum scriberet ad impe-
ratorem, ab illo, quo confugerat, templo, nomenque
11 epistolae notaret suum, *regem* addidit. Sed nec reve-
rentior captae maiestatis alius Paullo fuit. Quum in con-
spectum venisset hostis, in templum recepit, et convi-
viis adhibuit, liberosque admonuit suos, ut fortunam,
12 cui tantum liceret, revererentur. Inter pulcherrimos
hunc quoque populus Romanus de Macedonia duxit
atque vidit triumphum, quippe cuius spectaculo tri-
13 duum impleverit. Primus dies signa tabulasque; se-
quens arma pecuniasque transvexit; tertius captivos,
ipsumque regem, attonitum adhuc, tamquam subito
14 malo stupentem. Sed multo prius gaudium victoriae

9. *Samothracen*. Insulam in summo mari Ægeo, Thraciae oppositam. — *Celebri religione*. Nam Samothraces sanctitas non tantum unius delubri religione censebatur, sed tota insula sacra, et augusti inviolatique soli habebatur.

10. *Regem addidit*. His verbis, ut videre est apud Livium, XLV, 4 : *Rex Persevs consvli Pavllo salvtem.*

11. *Templum*. Merito *templum* tuentur Gruterus, Rupertus, Gronovius. Templum autem aut vocatur ipsum praetorium, seu imperatoris tabernaculum, ut Lipsius censet lib. V de Milit. Rom. dial. II; aut tribunal in principiis castrorum, quia loca omnia excelsiora, et quae supra alia eminent, unde late prospici potest, templa vocantur. Festus: *Contemplari dictum est a templo, id est, loco, qui ab omni parte adspici, vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui templum nominabant.* Liv. lib. I: *Palatinum Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt.* — *Fortunam, cui tantum liceret, revererentur.* Vide *Annales Romaines*, ann. 585 : *Paul Émile faisait profession d'une philosophie qui ne lui permettait pas de s'enorgueillir de ses victoires : il était de la secte des Stoiciens, qui attribuaient tout ce qui arrive en ce monde à une nécessité fatale.*

12. *Hunc quoque... populus Romanus vidit triumphum*. Vide Velleium, I, 9, 4.

13. *Subito malo stupentem*. Montesquieu, *Grand. et Décad. des Romains*, chap. 6 : *Rien ne servit mieux Rome que le respect qu'elle imprima à la terre. Elle mit d'abord les rois*

populus Romanus, quam epistolis victoris, percepe-
rat: quippe eodem die, quo victus est Perses in Mace-
donia, Romae cognitum est. Duo iuvenes candidis equis 15
apud Iuturnae lacum pulverem et cruorem abluebant:
hi nuntiavere. Castorem et Pollucem fuisse creditum 16
vulgo, quod gemini fuissent; interfuisse bello, quod
sanguine maderent; a Macedonia venire, quod adhuc
anhelarent.

XIII.

BELLVM ILLYRICVM.*

Macedonici belli contagio traxit Illyrios. Ipsi qui- 1
dem, ut Romanum a tergo distringerent, a Perse rege
conducti pecunia militavere. Sine mora ab Anicio
praetore subiguntur. Scordam, caput gentis, delesse 2
suffecit: statim secuta deditio est. Denique hoc bellum
ante finitum est, quam geri Romae nuntiaretur.

dans le silence, et les rendit comme stupides... Risquer une guerre, s'était s'exposer à la captivité, à la mort, à l'infamie du triomphe.

14. *Quippe eodem die.* Suos auctores hic Florus sequitur. Nam aliter Livius, XLV, 1.

16. *Castorem et Pollucem fuisse.* Ferri haec possunt, si advertas vulgi sermones, et indicia hic Florum retulisse. TITZE.

* CAP. XIII. BELLVM ILLYRICVM. A. Vrbis 586, ante C. N. 168; coss. L. Æmilio Paullo II, C. Licinio Crasso. Bellum hoc et eius caussam describit Appianus Illyr.; Plutarch. Æmil. Meminit etiam hoc de bello Epit. Liv. XLIII et XLIV (et ipse Liv.); Eutrop. IV, 1; Val. Max III, 3, 2.

1. *Distringerent.* Scilicet, lacesserent. Liv. XXXV, 18: *Annibalem mittendum esse in Africam ad distringendos Romanos.* Idem XLIV, 35: *Populatione maritimae orae distringere regias copias.* Vid. Indicem.

2. *Scordam.* Legendum *Scodram.* Est autem Scodra Illyrici oppidum litorale prope Epidaurum. ED. DELPH. — *Hoc bellum ante finitum est.* Livius, XLIV, 32, 4: *Hoc unum bellum prius perpetratum, quam coeptum, Romae auditum est.*

XIV.

BELLVM MACEDONICVM TERTIVM.*

1 Quodam fato, quasi ita convenisset inter Poenos et
Macedonas, ut tertio quoque vincerentur, eodem tem-
2 pore utrique arma moverunt: sed prior iugum excutit
Macedo, aliquanto, quam ante, gravior, dum con-
3 temnitur. Caussa belli prope erubescenda: quippe re-
gnum pariter et bellum vir ultimae sortis Andriscus
invaserat, dubium liber an servus, mercenarius certe;
sed quia vulgo ex similitudine Philippi *Pseudophilippus*
vocabatur, regiam formam, regium nomen, animo
4 quoque regio implevit. Igitur dum haec ipsa contemnit
populus Romanus, Iuvencio praetore contentus, virum
non Macedonicis modo, sed Thraciae quoque auxiliis

* Cap. XIV. Bellvm Macedonicvm tertivm. A. V. 602, ante C. N. 152; coss. M. Claudio Marcello III, L. Valerio Flacco. Alii illud quatuor annis posterius faciunt. Vide de hoc bello Epitomen Livii L; Aurel. Vict. cap. 61; Eutrop. IV, 3; Euseb. libr. temporum; Velleium Paterculum, I, 11.

3. *Ex similitudine Philippi Pseudophilippus vocabatur*. Varie hic locus apud varias editt. legitur. Mihi autem, inquit Dukerus, *Pseudophilippus* suspectum est, tamquam ab aliquo ad marginem adscriptum. Quum Philippo similis esset vultu, et ob id vulgo Philippus vocaretur, regiaque forma corporis praeditus esset, etiam animos regios sumsit, non ideo quod *Pseudophilippus* vocabatur. Romani eum Pseudophilippum dixerunt, postquam simulare coepit se stirpe Philippi natum. A Macedonibus qui partes illius secuti sunt, sic appellatum, aut pro *Pseudophilippo* habitum fuisse non est credibile. Ergo Dukerus putat legendum: *Sed quia vulgo Philippus ex similitudine Philippi vocabatur*. Liv. Epit. XLIX: *Andriscus quidam ultimae sortis homo, Persei regis se filium ferens, et mutato nomine Philippus vocatus... multis ad falsam eius fabulam, velut ad veram coeuntibus, totam Macedoniam aut voluntate incolentium, aut armis occupavit*. Huiusmodi subiectitiorum exempla principum lege apud Lipsium, Monit. et Exempl. Polit. II, 5. Berneccerum in Iustinum, XXXI, 5, 6: quales fuerunt *Pseudoagrippa*, Tacit. An. II, 39; *Pseudonero*, Tacit. Hist. II, 8, 2; etc.

ingentibus validum temere tentavit; invictusque a veris regibus, ab illo imaginario et scenico rege superatur. Sed, consule Metello, amissum cum legione praetorem plenissime ultus est. Nam et Macedoniam servitute multavit, et ducem belli deditum ab eo, ad quem confugerat, Thraciae regulo, in Vrbem in catenis reduxit; hoc quoque illi in malis indulgente fortuna, ut de eo populus Romanus, quasi de vero rege, triumpharet.

XV.

BELLVM PVNICVM TERTIVM.*

Tertium cum Africa bellum, et tempore exiguum, nam quadriennio patratum est, et in comparatione

4. *Invictusque a veris regibus, ab illo imaginario et scenico rege superatur.* Huius loci sanitas debetur Freinshemio, qui primus illum insertis vocibus repurgavit. Antea legebatur: *Invictusque non a veris regibus, sed ab illo,* etc.

5. *Consule Metello.* Consulem appellat Florus Metellum, quamvis consul tum non esset, nec antea fuisset; immo et postea, quum consulatum peteret, bis repulsam tulisset. Oportet ergo Metellum saltem cum consulari potestate et imperio in Macedoniam missum esse, quod videtur indigitare Florus, quum paullo ante dixisset, populum Romanum prius *Iuvencio praetore ibi contentum fuisse.* Titze. — *Cum legione.* Cladem nonnihil minuit. In Epit. Livii L, est caesum fuisse cum exercitu praetorem; Eutrop. IV, 6, internecionem exercitus Romani memorat, et Oros. II, 22, maximam cladem totius exercitus. Dvk. — *Servitute multavit.* Victo enim Perse, libera relicta fuerat, legibusque optimis, quas Paullus praescripserat, utebatur. Freinsh. — *Vt de eo populus Romanus... triumpharet.* Egregium solatium, quale Antiocho contigit, supra II, 8, 4, *quod a Romanis victus est.*

* Cap. XV. Bellvm pvnicvm tertivm. Anno Vrbis 605, ante C. N. 149; coss. L. Marcio Censorino, M. Manilio. De hoc bello vide in primis Epit. Liv. XLVIII et XLIX; Appianum Libyco; August. Civit. Dei, III, 21; Plutarch. Catone; Eutrop. IV, 3; Oros. IV, 22 et 23; Aurel. Vict. de Vir. Illustr. cap. 58; Strabonem, XVII, pag. 573.

1. *In comparatione.* Minime reponendum ex sententia Salmasii *in comparationem,* quamquam infra Florus,

priorum, minimum labore: non enim tam cum viris,
quam cum ipsa urbe, pugnatum est: sed plane maxi-
mum eventu; quippe eo tandem Carthago finita est.
2 Atque si quis trium temporum momenta consideret,
primo commissum bellum, profligatum secundo, ter-
3 tio vero confectum est. Sed huius caussa belli, quod
contra foederis legem adversus Numidas quidem semel
parasset classem et exercitum, frequens autem Masi-
4 nissae fines territaret. Sed huic bono socioque regi

IV, 10: *Nihil acciderat in comparationem cladis, quae in posterum diem imminebat.*

2. *Commissum... profligatum... confectum.* Sic hae voces distinguuntur apud Liv. XXI, 40: *Ita forsitan decuit cum foederum ruptore duce ac populo, deos ipsos, sine ulla humana ope committere ac profligare bellum: nos autem qui secundum deos violati sumus, commissum ac profligatum conficere.* Et Augustus in monumento Ancyrano, *Coepta, profligata, ac perfecta opera.* Est autem *profligare bellum*, prope ad exitum adducere, paene conficere. Dukeb.

3. *Caussa belli.* In Epit. Liv. XLIX, quatuor referuntur huius belli caussae, sed non omnes aeque iustae. Vide Appian. in Punic. Velleii de iustitia belli tertii Punici hoc iudicium est, I, 12: *Sub idem tempus, magis quia volebant Romani, quidquid de Carthaginiensibus diceretur, credere, quam quia credenda afferebantur, statuit senatus Carthaginem excidere.* Et apud Ferrand, *Esprit de l'histoire, lettre XV: L'injustice des prétextes de la troisième guerre Punique, la perfidie des propositions qui la précédèrent, l'iniquité des refus que l'on opposa aux offres justes et raisonnables d'un ennemi soumis,... enfin l'infame combinaison de ne déclarer la guerre qu'après avoir, sous des apparences de paix, ôté à l'état qu'on voulait détruire les moyens de se défendre: tout cela annonçait, de la part de Rome, non plus une rivalité, mais une haine implacable, non plus un desir de vaincre, mais un besoin d'anéantir.* — *Territaret.* Suscepi in textum *territaret* pro *territabat*, non modo exemplo illarum editt., quas pro hac lectione Fischerus inde a Gryphiana laudat, sed multo magis auctoritate editionis Viennensis an. 1511, quae id ex codice Ms. habere videtur. Est autem haec lectio constructioni orationis adcommodatior, in qua praecessit *parasset*, et rei narratae veritati magis adposita. Titze. — Plures autem *territarent*, ex quo quidam *tentarent*

4. *Sed*) *Sed* hoc loco significat *autem*, et est transitio. — *Bono*) *Bonum* vocat, aut ob fidam cum populo Romano amicitiam, aut ob aetatem: Masinissa enim tunc temporis nonaginta fere annis natus erat. Sic Virgilius *Acestem bonum* vocat alicubi. — *Sederet.* Eleganter pro placeret, decretum esset. Virg. Æneid. V, 418: *Idque pio sedet Æneae, probat auctor Acestes.* — *Et quum de alio consuleretur.* Tacit. II, 23, 3: *Erat quippe*

favebatur. Quum bellum sederet, de belli fine tracta-
tum est. Cato inexpiabili odio delendam esse Cartha-
ginem, et quum de alio consuleretur, pronuntiabat:
Scipio Nasica servandam, ne, metu ablato aemulae 5
urbis, luxuriari felicitas inciperet. Medium senatus
elegit, ut urbs tantum loco moveretur. Nihil enim 6
speciosius videbatur, quam esse Carthaginem, quae
non timeretur. Igitur Manilio, Censorinoque consuli- 7
bus, populus Romanus aggressus Carthaginem, spe
pacis iniecta, traditam a volentibus classem sub ipso
ore urbis incendit. Tum, evocatis principibus, «si salvi 8
«esse vellent, ut migrarent finibus» imperatum. Quod
pro rei atrocitate adeo movit iras, ut extrema mallent.
Comploratum igitur publice statim, et pari voce cla- 9
matum est «ad arma»; seditque sententia, quoquo
modo rebellandum: non quia spes ulla iam superesset,
sed quia patriam suam mallent hostium, quam suis,
manibus everti. Qui rebellantium fuerit furor, vel hinc 10
intelligi potest, quod in usum novae classis tecta do-
musque resciderunt: in armorum officinis aurum et
argentum pro aere ferroque conflatum est: in tormen-
torum vincula matronae crines suos contulerunt. Man- 11

frequens senatoribus, si quid e republica crederent, loco sententiae promere.

5. *Æmulae urbis.* Nam saepissime, si desint quibus aemulemur, virtus torpet. Sic *Epaminondae morte, etiam Atheniensium virtus intercidit; siquidem amisso, cui aemulari consueverant, in segnitiam torporemque resoluti* etc. Iustin. VI, 9, 1. — *Luxuriari.* Eleganter pro contra pudorem et supra modum sese diffundere. Ed. Delph. — *Loco moveretur.* Situ enim maxime opportuno erat Carthago, unde praecipua illi opum initia et incrementa. Hac etiam de caussa Corinthum, alterum orae maritimae ocellum, sustulerunt Romani, *Opportunitatem loci maxime secuti, ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari.* Cicero de Officiis, I, 11, 4. Freinsh.

9. *Comploratum.* Communi omnium lamentatione ploratum est, ut in funeribus, quum rogus arderet. Ed. Delph.

9. *Seditque sententia.* Vide supra notam, § 4.

cino deinde consule, terra marique fervebat obsidio. Operis portus nudatus; et primus, et sequens, iam et tertius murus: quum tamen Byrsa, quod nomen arci
12 fuit, quasi altera civitas resistebat. Quamvis profligato urbis excidio, tamen fatale Africae nomen Scipionum videbatur. Igitur in alium Scipionem conversa respublica, finem belli reposcebat. Hunc Paullo Macedonico procreatum Africani illius magni filius in decus gentis assumerat, hoc scilicet fato, ut, quam urbem concus-
13 serat avus, nepos eius everteret. Sed ut quam maxime mortiferi esse morsus solent morientium bestiarum,

11. *Mancino consule.* L. Hostilium Mancinum tunc temporis consulem fuisse contra annalium fidem est, sed proximo anno post victam Carthaginem. Legatus vero pro collega Sp. Postumio Albino datus fuit Calpurnio Pisoni cos.; et classi praefectus fuit, quousque eum Scipio Æmilianus Romam remisit. Hoc igitur loco Florus, ex consuetudine, dicit *consulem*, pro *legato* consulari potestate. Vide supra cap. 14, 5.

11. *Operis portus nudatus; et primus*, etc. Hunc locum sic legit et distinguit Lipsius: *fervebat obsidio, operis partitis. Nudatus primus, et sequens, et iam tertius murus.* Ingeniose, fateor, emendatum, si *nudari* simpliciter poni, non addita re, qua quid nudatur, liceret. Freinshemius existimavit, *operis* hoc loco pro *operibus* poni, aut rescribendum esse *operibus*. Adversus autem illud *operis* pro *operibus*, pugnat usus latinitatis. Haec verba *operis portus nudatus*, Graevius interpretatur, operariis privatus et vacuefactus est. *Operas* autem, seu operarios hic nove dictos putat pro defensoribus, seu propugnatoribus. Quem quidem sensum suscipiens recentissimus Titze, at aegre ferens *operas* pro *operarios* dici, coniicit *praesidiis* — *Byrsa.* Carthaginis situm Appianus Libycis, et Strabo, lib. XVII, describunt: sitam esse in peninsula cuius cervix in meridiem continenti Africae trium fere millium latitudine adhaereat, in qua Byrsa et murus ille triplex. STADIVS.

12. *Profligato.* Scilicet, paene confecto. At vix quidquam profligatum erat, quo tempore Scipio cum imperio in Africam venit. Vide Appianum. — *Paullo Macedonico.* Hic est L. Æmilius Paullus, qui Perseum Macedoniae regem vicit, inde Macedonici nomen traxit. — *Nepos.* Per adoptionem.

13. *Sed ut quam maxime mortiferi.* Omnes manuscripti et editiones ante Freinshemianam ignorant *ut*, quod, ut loci sententia constaret, intruserunt. Lipsius coniiciebat, *sed quomodo maxime mortiferi esse morsus solent.* Titze autem adversus Freinshemium invehitur, quod contra omnium codicum et editt. auctoritatem illud *ut* inseruerit; contenditque elegantissime *quam* pro *quemadmodum* dici. Fides forsan huic proposito adhiberetur, si

sic plus negotii fuit cum semiruta Carthagine, quam
integra. Compulsis in unam arcem hostibus, portum 14
quoque maris Romanus obsederat. Illi alterum ibi por-
tum ab alia urbis parte foderunt: nec ut fugerent, sed
quia nemo illos hac evadere posse credebat. Inde quasi 15
enata subito classis erupit; quum interim iam diebus,
iam noctibus, nova aliqua moles, nova machina, nova
perditorum hominum manus, quasi ex obruto incen-
dio subita de cineribus flamma, prodibat. Deploratis 16
novissime rebus, quadraginta se millia virorum dedi-
derunt, quod minus credas, duce Asdrubale. Quanto 17

niteretur exemplis. Ea autem exempla donec excitentur, placeat Freinshemii coniectura.

14. *Portum quoque maris.* Offendit omnes criticos hic portus maris, inquit Titze; nec immerito. Quid enim necesse erat dicere portum maris, quum alium non haberet Carthago, quam eum, quem mare, sinum intrans, fecerat, in duas partes, exteriorem et interiorem, insula Cothon interposita, divisum? Itaque iam Salmasius, coniectura adhibita, dare voluit, *Portum quoque mare Romanus obsederat.* Quod quum nimis poëticum videretur, maluit Gronovius, *Portum quoque mari Romanus obsederat:* explicavitque, antea terra esse portum obsessum, nunc autem classe. Quas quidem coniecturas minime probans Titze, coniicere mavult pro *maris, magis,* aut *acrius:* minime prorsus insulse, at forsan audacius. — *Ibi.* Pro *ibi* Lipsius, Heinsius, Dukerus et Titze legere suadent *sibi.* — *Nec ut fugerent, sed quia...... credebat.* Ms. Ryckianus legit: *nec ut fugerent, sed qua nemo illos nec evadere posse credebat.* Et sic iam emendaverat Salmasius ex Naz. libro; probantque hanc lectionem Lipsius et Graevius. Conatus est tamen Dukerus cum Begero defendere *quia* pro *qua.* Sed abduxit eos in errorem, illud quod Graevium impulit, ut indicaret, frigere totam huius loci sententiam utcumque legas. Atque non frigent modo, sed ne sane quidem cohaerent ista, nisi mecum aliter prorsus interpungas, et comprehensis prioribus ac sequentibus verbis legas: *Illi alterum sibi portum ab alia urbis parte foderunt: nec ut fugerent: sed qua nemo illos nec evadere posse credebat, inde quasi enata subito classis erupit: quum interim,* etc. Sic credo apte sibi respondent *qua* et *inde;* sensusque est apertissimus, fodisse sibi obsessos alium portum, non ut effugerent, sed ut inde, unde minime providerentur, in hostes erumperent. Titze.

16. *Duce Asdrubale.* Annibal duos fratres habebat, qui ambo *Asdrubal* vocabantur: quorum alter in Hispania occisus fuerat a Livio Salinatore; alter is est de quo hoc loco agitur. *Cet homme vain s'était vanté qu'on ne le verrait point survivre à la ruine de Carthage. Mais lorsqu'il vit le danger présent, il crut que c'était à sa famille*

fortius femina, et uxor ducis! quae, comprehensis duobus liberis, a culmine se domus in medium misit incendium, imitata reginam, quae Carthaginem condidit.
18 Quanta urbs deleta sit, ut de caeteris taceam, vel ignium mora probari potest: quippe per continuos decem et septem dies vix potuit incendium exstingui, quod domibus ac templis suis sponte hostes immiserant; ut, quatenus urbs eripi Romanis non poterat, triumphus arderet.

XVI.

BELLVM ACHAICVM.*

1 Quasi saeculum illud eversionibus urbium curreret, ita Carthaginis ruinam statim Corinthus excepit, Achaiae

à acquitter sa parole. Il se retira secrètement auprès de Scipion, qui lui accorda la vie. Et il laissa son épouse entre les mains des transfuges Romains. (*Annal. Rom. année* 607).

17. *Et uxor ducis.* Haec verba quibusdam parum apta visa sunt: sed contra est. Immo et facinoris dignitas eo maior aliquanto, quod quum fuerat uxor ducis, ipsa eum imitari, dum se dederet, recusarit; seque medios in ignes miserit. Ed. Delph.

18. *Quanta urbs deleta sit.* Ferrand, *Esprit de l'histoire, lettre XV: L'histoire de cette dernière guerre éteint tout l'intérêt que celle de la seconde inspirait pour les Romains. Ce massacre presque universel, tant des habitants que des alliés de Carthage, la servitude de tout ce qui échappait à la mort, l'incendie de dix-sept jours, la disparition entière de cette ville florissante pendant sept siècles, l'acharnement avec lequel les débris en sont dispersés, les effroyables imprécations contre quiconque oserait entreprendre de la rebâtir: ce n'est pas là le noble triomphe d'une grande nation qui vient d'assurer sa supériorité, c'est l'orgie féroce et impolitique d'un peuple enivré de sa puissance, et prêt à tourner contre lui-même l'excès de force dont il ne sait qu'abuser.* — *Triumphus.* Id est, materia triumphi.

Cap. XVI. Bellvm Achaicvm. Anno Vrbis 608, ante C. N. 146; coss. Cn. Cornelio Lentulo, et L. Mummio Achaico. Vide Epit. Liv. LI, LII; Iustinum, XXXIV, 1 et 2; Val. Max. VII, 5, 4; Aurel. Vict. de Viris Illustr. cap. 60; Eutrop. IV, 3; Oros. V, 2; Cic. pro Manilio, cap. V, et

caput, Graeciae decus, inter duo maria, Ionium et
Ægaeum, quasi spectaculo exposita. Haec (o facinus
indignum!) ante oppressa est, quam in numerum cer-
torum hostium referretur. Critolaus caussa belli: qui 2
libertate a Romanis data adversus ipsos usus est, lega-
tosque Romanos, dubium an et manu, certe oratione
violavit. Igitur Metello ordinanti tum maxime Mace- 3
doniam mandata est ultio: et hinc Achaicum bellum.
Ac primam Critolai manum Metellus consul per paten-
tes Elidis campos toto cecidit Alpheo. Et uno praelio 4
peractum erat bellum: iam et urbem ipsam terrebat
obsidio: sed (fata rerum!) quum Metellus dimicasset,
ad victoriam Mummius venit. Hic alterius ducis Diaci 5
late exercitum sub ipsis Isthmi faucibus fudit, gemi-
nosque portus sanguine infecit. Tandem ab incolis
deserta civitas, direpta primum, deinde, tuba praeci-
nente, deleta est. Quid signorum, quid vestium, quidve 6
tabularum raptum, incensum atque proiectum est!

Offic. I, 11; Plin. XXXV, 12; Strabonem, libr. VIII. Camers.

1. *Inter duo maria.* Inde *Bimaris*, et ἀμφιθαλάσσος dicta poëtis.—*Quasi spectaculo exposita.* Plin. IV, 4: *Corinthus e summa sua arce, quae vocatur Acrocorinthus, diversa duo maria prospectans.* Quemadmodum autem Corinthus prospectat utraque maria, sic, ut innuit Florus, vicissim spectaculo erat, seque ostendebat iis qui illa navigabant. — *O facinus indignum! ante oppressa est...... referretur.* Non intelligo quid sit quod dicit Florus, Corinthum deletam, antequam in numerum certorum hostium referretur. Nam quum Achaeis indictum est bellum, Corinthus etiam, quae corpori Achaeorum coniuncta erat, in numerum hostium relata est; quum praesertim legati Romanorum, Corinthi, et ab ipsis maxime Corinthiis violati fuissent.

3. *Metello.* Macedonico. — *Tum maxime.* Id est, hoc praecipue tempore. Al. *quum maxime.* — *Consul.* Aut potius *praetor.* Vide quod hac de re supra cap. XIV, 5.

4. *Vno praelio.* Metellum cum Achaeis, Boeotisque duobus praeliis congressum, primo ad Thermopylas, altero in Phocaeis vicisse, auctores habeo tantummodo Pausaniam in Achaicis, et Orosium, V, 3. Freinsh.

5. *Diaci.* Post Critolaum qui sibi mortem consciverat, Achaei Diaeum praetorem elegerant. — *Geminosque portus.* Vtriusque sinus scilicet et Corinthiaci, et Saronici.

6. *Vestium* Gallice, *étoffes.*—*Pra-*

Quantas opes et abstulerit et cremaverit, hinc scias,
quod quidquid corinthii aeris toto orbe laudatur, in-
7 cendio superfuisse comperimus. Nam et aeris notam
pretiosiorem ipsa opulentissimae urbis fecit iniuria;
quia, incendio permistis plurimis statuis atque simula-
cris, aeris, auri, argentique venae in commune fluxere.

XVII.

RES IN HISPANIA GESTAE.*

1 Vt Carthaginem Corinthus, ita Corinthum Numantia
secuta est; nec deinde toto orbe quidquam intactum
2 armis fuit. Post illa duo clarissima urbium incendia,
late atque passim, nec per vices, sed simul pariter
quasi unicum undique bellum fuit; prorsus ut illae urbes, quasi agitantibus ventis, diffudisse quaedam belli incendia toto orbe viderentur.

iectum. Contemtum tamquam nullius pretii. *Les Romains ignoraient les arts de la Grèce, et se contentaient de savoir la guerre, la politique et l'agriculture.* (Bossuet, *Discours sur l'Hist. univers. I partie, IX époque*).

7. *Notam pretiosiorem*. Genus aeris nobilioris; ut apud Cicer. de Orat. LXXXIII, *notae optimae vini*. Nempe quia notis amphorarum aetas vinorumque indicabatur. — *Iniuria* Passive dicitur pro ruina, infelicitate. — *Aeris, auri, argentique venae in commune fluxere*. De hoc corinthiaco aere, ita le chevalier de Jaucourt, *Encyclopédie, art.* Cuivre de Corinthe: *Le cuivre de Corinthe était réellement une composition d'un mélange de cuivre, d'or et d'argent, fait par art; et l'orichalque factice des anciens, suivant toute apparence, était une espèce de cuivre de Corinthe. Mais le secret de cette composition était déjà perdu un siècle avant la destruction d'Éphyra par les Romains. L'interprète syriaque de la Bible prétend que les vases que Hiram donna à Salomon, pour le temple, étaient de cuivre Corinthien.* Ed. Par.

* Cap. XVII. Res in Hispania gestae. Bella quae post deletam Corinthum orta sunt lege in Epit. Liv. LI, LII; Iustin. XXXIV; Eutrop. IV, 3; Oros. V, 3. Caeteri locis suis citabuntur.

2. *Clarissima*. Nullus dubitat Freinshemius, quin legendum sit *clarissimarum*.

Hispaniae numquam animus fuit adversus nos uni- 3
versae consurgere: numquam conferre vires suas libuit,
neque aut imperium experiri, aut libertatem tueri
suam publice. Alioquin ita undique mari Pyrenaeoque
vallata est, ut ingenio situs ne adiri quidem potuerit.
Sed ante a Romanis obsessa est, quam se ipsa cogno- 4
sceret; et sola omnium provinciarum vires suas, post-
quam victa est, intellexit. In hac prope ducentos per 5
annos dimicatum est, a primis Scipionibus in Caesarem
Augustum, non continue, nec cohaerenter, sed prout
caussae lacessierant; nec cum Hispanis initio, sed cum
Poenis in Hispania: inde contagio et series caussaeque
bellorum. Prima per Pyrenaeum iugum signa Romana 6
Publius et Cnaeus Scipiones intulerunt; praeliisque in-
gentibus Hannonem, et Asdrubalem, fratrem Annibalis
ceciderunt; raptaque erat impetu Hispania, nisi for-
tissimi viri in ipsa sua victoria oppressi Punica fraude
cecidissent, terra marique victores. Igitur quasi novam 7
integramque provinciam ultor patris et patrui Scipio
ille, mox Africanus, invasit; isque, statim capta Car-
thagine, et aliis urbibus, non contentus Poenos expu-
lisse, stipendiariam nobis provinciam fecit; omnem

3. *Neque aut imperium experiri*, etc. Nec se Romanorum imperio credere, nec libertatem suam aperte defendere voluit, sed media quadam via et sibi vivere, nec Romanis servire. Ed. Delph. — *Alioquin.* Idem est quod *caeterum*, et est transitio.— *Ingenio.* Id est, natura, ut iam supra diximus.

5. *Prope ducentos.* A tempore quo Cnaeus et Publius Scipiones in Hispaniam missi sunt, usque ad illud quo Augustus Iani templum clausit, devictis Hispanis, anni circiter centum septuaginta quatuor numerandi sunt. — *A primis Scipionibus.* Cnaeo et Publio Scipionibus.

6. *Per Pyrenaeum iugum.* Et hoc inter errores Flori refero. Nam primum Cn. Scipio, primo anno belli Punici, ab ostio Rhodani profectus, et per Pyrenaeos circumvectus, classem Emporiis appulit. Liv. XXI, 26, 32 et 60. Deinde frater eius Publius, prorogato post consulatum imperio, cum classe triginta navium longarum Tarraconem venit anno sequente. Dukeravs.

7. *Stipendiariam nobis provinciam.* Istud *provinciam* eo suspectius est,

citra ultraque Iberum subiecit imperio; primusque Romanorum ducum victor ad Gades et Oceani ora pervenit.

8 Plus est provinciam retinere, quam facere. Itaque
per partes iam huc, iam illuc missi duces, qui ferocis-
simas, et ad id temporis liberas gentes, ideo impatientes
iugi, multo labore, nec incruentis certaminibus servire
9 docuerunt: Cato ille censorius Celtiberos, id est, robur
Hispaniae, aliquot praeliis fregit. Gracchus, pater ille
Gracchorum, eosdem centum et quinquaginta urbium
10 eversione multavit. Metellus ille, cui ex Macedonia

quod in quibusdam mss. legitur pro eo, *urbem*. Quod si autem *urbem* nil hoc loco significat, at certe etiam vox *provinciam* post *stipendiariam* adiecta, redundare videtur.

8. *Plus est provinciam retinere, quam facere*. Eadem sententia recurret IV, 12, 29. Similis apud Livium, XXXVI, 35, 5: *Parari singula adquirendo facilius possunt, quam universa teneri*. Curt. II, 11, 9: *Facilius est quaedam vincere, quam tueri*. Montesquieu, *Grand. et Décad. des Romains, chap.* 4: *Les conquêtes sont aisées à faire, parcequ'on les fait avec toutes ses forces: elles sont difficiles à conserver, parcequ'on ne les défend qu'avec une partie de ses forces.*

9. *Cato*. Gesta huius Catonis contra Celtiberos scribit Plutarchus; Val. Max. IV, 3, 11; Aurel. Vict. cap. 47; Frontinus, I, 1, 1; et IV, 7, 31; Gellius, XIII, 18. In narrandis autem hoc loco rebus in Hispania gestis, Florus utitur ordine geographico, ab aquilone et Celtiberis procedens ad orientalem plagam et Oceanum. Hinc et Metellum praemisit Lucullo, quamvis hic prior in Hispania res gesserat. Sed Metellus Celtiberos subegit, quos ante Cato et Tiberius Gracchus afflixerant: itaque his proxime adcensendus erat. Lucullus vero ulterius iam Turdulos et Vaccaeos diripuit. Tum denique Decimus Brutus latissime Celticos, Lusitanos et Gallaecos usque ad Oceani litus devicit. Et haec de Hispania per singulas partes atque gentes tota a Romanis successive subiugata. At deinde a verbis, *Sed tota certaminum moles*, etc. convertit se Florus ad pleniorem commemorationem rerum maximarum in Hispania gestarum; quas ideo a caeteris separavit, quod in illis, non iam de parte aliqua, sed de universa provincia aut retinenda aut omittenda ageretur. Titze. — *Gracchus*. Vide de Gracchi in Hispania gestis, Aurel. Vict. cap. 57; Val. Max. IV, 6, 1; Plin. VII, 13; Cicer. de Divin. 18; Livium, XLI, 6, 3. — *Centum et quinquaginta urbium eversione*. Quod quidem comice exagitat Posidonius apud Strabonem, III, pag. 111, in Gracchi gratiam inquiens, ab eo turribus urbium nomen inditum, ut victoriarum magnitudinem amplificaret.

10. *Metellus ille... pepercit*. Hunc locum a commentatoribus foede vexatum ita ex Graevio restituimus, id

cognomen, meruerat et Celtibericus fieri, quum et
Contrebiam memorabili cepisset exemplo, et Nerto-
brigae maiori gloria pepercit. Lucullus Turdulos atque 11
Vaccaeos: de quibus Scipio ille posterior, singulari cer-
tamine, quum rex fuisset provocatus, optima retulerat.
Decimus Brutus aliquanto latius Celticos Lusitanosque, 12
et omnes Gallaeciae populos, formidatumque militibus
flumen Oblivionis; peragratoque victor Oceani litore,
non prius signa convertit, quam cadentem in maria

est: Metellus ille, cui ex Macedonia cognomen Macedonico inditum fuerat, meruerat et Celtibericus cognominari, quum duabus urbibus in Celtiberia captis, victis pepercit, nec eorum urbes evertit, et ita abstinuit Celtiberici cognomine, quod ruina urbium retinuisset; sed maiorem laudem adeptus est ob humanitatem et clementiam qua erga victos usus est. Titze autem Dukeri coniecturam in hoc loco restituendo probat: tantummodo sic interpungit: *Metellus ille, cui ex Macedonia cognomen, meruerat et Celtibericus fieri. Quum Contrebiam*, etc. Metelli autem gesta in Hispania lege in Epit. Livii, LIII; Val. Max. VII, 4, 5; Aurel. Vict. cap. 61; Frontin. I, 1, 12; Appian. de Bello Numant.; Velleius, II, 5, 2. — *Contrebiam*. Celtiberorum urbem in Hispania, aliis Centobrica dicitur. — *Memorabili..... exemplo*. Nam eius milites in certissimam mortem se mitti putantes, testamenta obsignaverant: sed ea virtute pugnavere, ut dum se morituros putabant, hostes vincerent. — *Nertobrigae*. Nertobriga, urbs Celtiberorum in Hispania. Mire hoc in nomine variant codices.

11. *Lucullus*. Luculli gesta in Hispania scribit Val. Max. III, 2; Epit. Liv XLVIII; Aurel. Vict. cap. 58. Ab eisdem habetur quod hic de Scipione Æmiliano. — *Quum rex fuisset provocatus*. Alii legunt *quum a rege*, etc. Solus est autem Florus qui hunc regem tradat, quem Livii Epit. XLVIII, simpliciter *barbarum* dicit; Velleius, I, 12, *immanis magnitudinis hostem*; Val. Max. III, 2, 6, *hostium ducem*; Appianus in Hispan. tantummodo *Intercatiensem*. — *Opima retulerat*. Haec vox *opima* in hoc loco non proprie accipitur, sed laxe pro spoliis amplissimis, quae paene opimis paria fuerint. Adam, *Antiquités Romaines, tome II, pag. 175: Florus appelle dépouilles opimes celles que remporta Scipion Émilien, alors officier inférieur, lorsqu'il tua dans un combat singulier le roi des peuples nommés* Turduli et Vaccaei *en Espagne: mais ces sortes de dépouilles n'étaient appelées opimes que quand elles étaient remportées par le général en chef.* Perizonius tamen Animadv. Histor. cap. 7, p. 250, docet contra Livium opima spolia quoque dicta fuisse, si manipularis miles duci hostium detraxisset, quibusdam conditionibus accedentibus: earum autem conditionum hic nulla aderat.

12. *Brutus*. Quae de Bruto dicit Florus sumta sunt ex Epit. Liv. LV et LVI. De his et meminit Val. Max.

solem, obrutumque aquis ignem non sine quodam
13 sacrilegii metu et horrore deprehendit. Sed tota certaminum moles cum Lusitanis fuit, et Numantinis; nec immerito: quippe solis gentium Hispaniae duces contigerunt. Fuisset et cum omnibus Celtiberis, nisi dux illius motus initio belli oppressus esset, summus
14 vir astu et audacia, si res cessisset, Salondicus, qui hastam argenteam quatiens, velut caelo missam, vaticinanti similis, omnium in se mentes converterat. Sed quum pari temeritate sub nocte castra consulis adiisset,
15 iuxta tentorium ipsum pilo vigilis exceptus est. Ceterum Lusitanos Viriathus erexit, vir calliditatis acerrimae, qui ex venatore latro, ex latrone subito dux atque imperator, et, si fortuna cessisset, Hispaniae Romulus, non contentus libertatem suorum defendere, per quatuordecim annos omnia citra ultraque Iberum
16 et Tagum igni ferroque populatus; castra etiam praetorum et praesidum aggressus, Claudium Vnimanum paene ad internecionem exercitus cecidit, et insignia trabeis et fascibus nostris, quae ceperat, in montibus

VIII, 15. — *Cadentem in maria solem*. Hoc ideo dicit Florus, quia credebant veteres, Hispaniam ultimam esse metam soli, et ibi illum in maria cadere. — *Non sine quodam sacrilegii metu.... deprehendit*. Innuit hic Florus sacrilegium paene fuisse, praegrande illud mysterium coram deprehendere. Nam, ut ait Tacitus, Germ. 31, 7: *Sanctius ac reverentius visum, de actis deorum credere, quam scire*. Cur ergo illud tam putidum inclamant Scaliger, Graevius aliique? Quidve aliud Floro obiiciendum, nisi quod poëtam potius agat, quam historicum?

13. *Hispaniae duces*. Lusitanis Viriathus, Numantinis Megara dux contigit. — *Summus vir astu...... si res cessisset*. Nempe qui ostendisset quantus vir esset astu et audacia, si res ab initio non tam male cessisset.

15. *Hispaniae Romulus*. Id est, fundator et conditor imperii Hispani, ut Romani Romulus, qui etiam ex venatore latro, ex latrone imperator evaserat.

16. *Praesidum*. Plures codd. *praesidium*: male. Praesides autem pro praefectis provinciarum Florum e more sui temporis dicere observat Schulting. ad Senecam Controvers. XXV: nec tamen scimus Ciceronem, aut Livium, aliosve vetustiorum ita loqui.

suis tropaea fixit: tandem etiam Fabius Maximus consul 17
oppresserat: sed a successore Pompilio violata victoria est, quippe qui conficiendae rei cupidus, fractum ducem, et extrema deditionis agitantem, per fraudem, et insidias, et domesticos percussores aggressus, hanc hosti gloriam dedit, ut videretur aliter vinci non potuisse.

XVIII.

BELLVM NVMANTINVM.*

Numantia, quantum Carthaginis, Capuae, Corinthi 1
opibus inferior, ita virtutis nomine et honore par omnibus, summumque, si viros aestimes, Hispaniae decus:
quippe quae sine muro, sine turribus, modice edito in 2
tumulo apud flumen Durium sita, quatuor millibus Celtiberorum quadraginta millium exercitum per annos quatuordecim sola sustinuit; nec sustinuit modo,

17. *Tandem etiam*. Titze ex antiquis editt. praefert *tandem eum*. — *Pompilio*. Grave peccatum: sed ut mihi videtur, non Flori, verum interpolatoris cuiusdam. Ita Mss. Vinet., Magl., Fran. Alii cum Nazar. habent *Popilio*. Magis autem probanda videtur lectio Mss. Regg. *Servilio*, utpote historiae magis congruens.

* Cap. XVIII. Bellvm Nvmantinvm. A. V. 613, ante C. N. 611; coss. Cn. Servilio Caepione, Q. Pompeio Rufo. Bellum Numantinum scribunt Epit. Liv. LVII et seqq.; Aurel. de Viris Illustribus, cap. 58 et 59; Val. Max. II, 7, 1; III, 2, 7 ext.; August. Civil. III, 21; Eutrop. IV, 3; Oros. V, 6; Strab. III, pag. 122; Appianus in Hispan.; Frontin. IV, 1, 1; Plutarch. Mario, cap. 3; Veget. III, 10; Diodorus in Excerpt. Valesii, pag. 381.

1. *Numantia, quantum*. Offendit criticos *quantum*, cui non apte respondeat *ita*. Vnde Dukerus conieceit scriptum fuisse *quemadmodum*, idque abbreviatum occasionem dedisse scribendi *quantum*. Titze autem, nulla quidem auctoritate fretus, legendum suadet: *Numantia ut Carthaginis*, etc. — Vulgata lectio mihi videtur tueri posse. Typ. T.

2. *Annos quatuordecim*. Strabo, lib. III, pag. 162, bellum Celtibericum, quo etiam Numantinum comprehendit, viginti annos durasse scribit. At cum sola Numantia ne quatuordecim quidem annos durasse constat, verum octo tantummodo. — *Saevius aliquanto*.

sed, saevius aliquanto, perculit, pudendisque foederibus affecit. Novissime quum invictam esse constaret,
3 opus quoque eo fuit, qui Carthaginem everterat. Non temere, si fateri licet, ullius causa belli iniustior. Segidenses, socios et consanguineos, Romanorum manibus
4 elapsos exceperant: habita pro eis deprecatio nihil valuit. Quum se ab omni bellorum contagione removerent, in legitimi foederis pretium iussi «arma deponere». Hoc sic a Barbaris acceptum, quasi manus abscinderentur. Itaque statim, Megara viro fortissimo duce, ad arma conversi, Pompeium praelio aggressi. Foedus
5 tamen maluerunt, quum debellare potuissent. Hostilium deinde Mancinum: hunc quoque assiduis caedibus ita subegerunt, ut ne oculos quidem aut vocem Numan-
6 tini viri quisquam sustineret. Tamen cum hoc quoque foedus maluere, contenti armorum manubiis, quum ad internecionem saevire potuissent.

7 Sed non minus Numantini, quam Caudini illius foederis flagrans ignominia ac pudore populus Romanus, dedecus quidem praesentis flagitii deditione Mancini
8 expiavit; caeterum, duce Scipione, Carthaginis incendiis ad excidia urbium imbuto, tandem etiam in ultio-

Has duas voces parentheseos signis incluserat Titze. Haud opus, ut puto. Tit. T. — *Pudendisque foederibus affecit*. Mire dictum *foederibus affecit*, non tamen praeter analogiam. Itaque servandam censeo hanc lectionem, quam Mss. omnes, excepto Ryck., tuentur. Maluit Graevius, *vulneribus affecit*: quae ut minime improbanda, ita tamen non usquequaque necessaria lectio.

4. *Habita pro eis deprecatio*, etc. Scilicet, nil valuere Numantinorum preces pro *Segidensibus* apud Romanos. Et quamquam Numantini se semper ab omni contagione belli contra Romanos tenerent, hi tamen ea lege tantummodo illos in legitimum foedus recepturos esse significabant, si arma deponerentur.

6. *Armorum manubiis*. Non intelligo quae sint armorum manubiae; nec quisquam interpretum id exposuit. Sententia verborum vix alia esse potest, quam Romanos a Numantinis coactos fuisse arma tradere, sed nemo hoc prodidit. Dukerus.

7. *Caudini . . . foederis*. Vide supra 16, 12.

8. *Imbuto*. Id est, exercito. — *Excanduit*. Id est, exarsit.

nem excanduit. Sed tunc acrius in castris, quam in 9
campo, nostro cum milite, quam cum Numantino,
praeliandum fuit. Quippe assiduis et iniustis et servili- 10
bus maxime operibus attriti, ferre plenius vallum, qui
arma nescirent; luto inquinari, qui sanguine nollent,
iubebantur. Ad hoc scorta, calones, sarcinae, nisi ad
usum necessariae, amputantur. « Tanti esse exercitum, 11
» quanti imperatorem » vere proditum est. Sic redacto
in disciplinam milite, commissa acies; quodque nemo
visurum se umquam speraverat, factum est, ut fu-
gientes Numantinos quisquam videret. Dedere etiam 12
sese volebant, si toleranda viris imperarentur; sed
quum Scipio veram vellet et sine exceptione victoriam,
eo necessitatum compulsi, primum, ut destinata morte
in praelium ruerent, quum sese prius epulis, quasi in-

10. *Quippe assiduis... operibus attriti... scorta... amputantur.* Optime igitur dixit Montesquieu, de disciplina militari agens apud Romanos: *Toutes les fois que les Romains se crurent en danger, ou qu'ils voulurent réparer quelque perte, ce fut une pratique constante chez eux, d'affermir la discipline militaire. Ont-ils à faire la guerre aux Latins, peuple aussi guerrier qu'eux-mêmes? Manlius songe à augmenter la force du commandement, et fait mourir son fils qui avait vaincu sans son ordre. Sont-ils battus à Numance? Scipion Emilien les prive d'abord de tout ce qui les avait amollis. Les légions romaines ont-elles passé sous le joug en Numidie? Métellus répare cette honte, dès qu'il leur a fait reprendre les institutions anciennes. Marius, pour battre les Cimbres et les Teutons, commence par détourner des fleuves; et Sylla fait si bien travailler les soldats de son armée, effrayée de la guerre contre Mithridate, qu'ils lui demandèrent le combat comme la fin de leurs peines.* — *Plenius vallum.* Id est, plures vallos, quam pro more. Vallos autem secum gestabant milites, ut statim se vallare ac munire possent, si castra subito locanda aut alia necessitas esset.

11. *Tanti esse exercitum, quanti imperatorem.* Hinc dixit Livius, II, 39, 4: *Rem Romanam ducibus quam exercitu fortiorem;* et alio etiam loco V, 28, 5: *Multitudinem semper ferme regenti esse similem.*

12. *Primum.* Vox illa, quae quidem non magnae rei est, ita tamen potest accipi, eos primum voluisse pugnantes mori: deinde ubi hoc non concedebatur, alia inivisse consilia, quae mox referuntur. — *Celiae.* Cerevisiae, ut fere vocatur genus. — *Ex frumento.* Tacit. Germ. cap. XXXIII, 4: *Potui humor, ex hordeo et frumento, in quamdam similitudinem vini corruptus.*

feriis, implevissent, carnis semicrudae, et celiae: sic
13 vocant indigenam ex frumento potionem. Intellectum
ab imperatore consilium: itaque non est permissa
pugna morituris. Quum fossa atque lorica, quatuorque
castris circumdatos fames premeret, ab duce orantes
praelium, ut tamquam viros occideret, ubi non impe-
14 trabant, placuit eruptio. Sic conserta manu, plurimi
occisi; et quum urgeret fames, aliquantisper inde vi-
xere. Novissime consilium fugae sedit: sed hoc quo-
que, ruptis equorum cingulis, uxores ademere, summo
15 scelere, per amorem. Itaque deplorato exitu, in ulti-
mam rabiem furoremque conversi, postremo mori hoc
genere destinarunt: duces suos, seque, patriamque,
ferro et veneno, subiectoque undique igne peremerunt.
16 Macte fortissimam, et meo iudicio beatissimam in
ipsis malis civitatem! asseruit cum fide socios, popu-
lum orbis terrarum viribus fultum sua manu, aetate
tam longa, sustinuit. Novissime maximo duce oppressa
civitas, nullum de se gaudium hosti reliquit. Vnus
enim vir Numantinus non fuit, qui in catenis ducere-
tur. Praeda, ut de pauperibus, nulla: arma ipsi cre-
maverunt. Triumphus fuit tantum de nomine.

XIX.

1 Hactenus populus Romanus pulcher, egregius, pius, sanctus, atque magnificus: reliqua saeculi, ut grandia aeque, ita vel magis turbida et foeda, crescentibus cum

13. *Lorica*. Hic pro vallo aut terreo muro sumitur, ut saepe apud veteres. — *Quatuor...... castris*. Appianus in Hispan. tradit, a Scipione gemina castra ad Numantiam facta, et eorum alteris ipsum, alteris Fabium fratrem eius praefuisse.

16. *Macte*. Feliciter et bene. — *Asseruit*. Scilicet, defendit.

Cap. XIX. 1. *Reliqua saeculi... turbida, foeda*. Permulti scriptores tum veteres, tum recentiores, de variis corruptelae Romanorum causis dixerunt, quos inter lege August. II, 21;

ipsa magnitudine imperii vitiis : adeo ut, si quis hanc 2
tertiam eius aetatem transmarinam, quam ducentorum
annorum fecimus, dividat, centum hos priores, quibus
Africam, Macedoniam, Siciliam, Hispaniam domuit,
aureos (sicut poetae canunt) iure meritoque fateatur;
centum sequentes ferreos plane et cruentos, et si quid 3
immanius: quippe qui Jugurthinis, Cimbricis, Mithridaticis, Parthicis bellis, Gallicis atque Germanicis, quibus caelum ipsum gloria adscendit, Gracchanas, Drusianasque caedes, ad hoc Servilia bella miscuerunt;
et, ne quid turpitudini desit, Gladiatoria. Denique in 4
se ipse conversus Marianis atque Syllanis, novissime Pompeii et Caesaris manibus, quasi per rabiem, et
furorem, et nefas, semet ipse laceravit. Quae etsi iuncta 5
inter se sunt omnia atque confusa, tamen quo melius appareant, simul et ne scelera virtutibus obstrepant,

et III, 21; Liv. XXXIX, 6; Plin. XXX, 11; Iustin. XXXVI, 4; Iuven. Sat. III, 58, etc.; et VI, 388, etc. Recentiores autem scriptores nominare abstinemus, utpote notissimos.

2. *Centum hos priores.* Rotundo numero Florus hic utitur centum annorum, quamvis eum rebus Hispanicis paullo ulterius egressus sit, usque in anno Vrbis 621, quo excisa est Numantia. Sed ita cogebat operis oeconomia, ne Hispanica dilacerarentur. — *Siciliam.* Pro *Siciliam* Titze legi vult *Syriam.* Patet enim, inquit, Florum hoc loco, non omnes, sed maximas tantum terras successu temporis a Romanis domitas voluisse demonstrare, in quibus Sicilia adnumeranda vix erat, quum ne Graecia quidem potior, seu Achaia locum hic acceperit. Praeterea si Sicilia comprehendenda fuit, ante Africam eam poni oportebat. Domita est enim a Romanis Sicilia bello Punico primo, at Africa secundo: tum Macedonico primo Macedonia. Inter Macedoniam autem et Hispaniam, iam non Sicilia, ut librariorum peccato hic legimus, sed devicto Antiocho, *Syria.* Nec aliter satis sibi consentiat Florus, nisi haec emendatio suscipiatur. Nam in Epitome belli Punici primi, iam Siciliam *suburbanam populi Romani provinciam* dicit. Post Africam deinde domitam, initio Epitomes belli Macedonici primi, habes verba : *Secutae sunt statim Africam gentes, Macedonia, Graecia, Syria,* etc.

3. *Quippe qui,* etc. Anni miscuerunt bellis externis civilia... — *Adscendit.* Populus Romanus.

5. *Et nefas.* Accedo sententiae Freinshemii, qui abiecto *et,* parentheseos signis includi suasit *nefas* : probarunt id et alii magni nominis critici TITZE. — *Obstrepant.* Id est, quasi strepitu facto, virtutum commemorationem impediant.

6 separatim proferentur; priusque, ut coepimus, iusta illa et pia cum exteris gentibus bella memorabimus, ut magnitudo crescentis in dies imperii appareat. Tum ad illa civium scelera, turpesque et impias pugnas revertemur.

XX.

BELLVM ASIATICVM.*

1 Victa ad occasum Hispania, populus Romanus ad
orientem pacem agebat; nec pacem modo, sed inusitata et incognita quadam felicitate, relictae regiis here-
2 ditatibus opes; et tota insimul regna veniebant. Attalus,
rex Pergamenorum, regis Eumenis filius, socii quon-

6. *Iusta... et pia... bella.* Frequens illud apud veteres epitheton *iusti piique belli*, ex solenni apud Romanos sciscendi, decernendi, et indicendi belli ritu merito ortum habetur. Sed Florum eo non respicere arbitror. Nam is inter pia et iusta etiam bella Caesaris cum Germanis et Gallis, Pompeii cum Tigrane et Crassi cum Parthis bellum ponit, quibus bellum publice iussum, et indictum fuisse non facile probari poterit. *Iusta ac pia bella* Floro, ut ipse satis ostendit, sunt omnia quae geruntur adversus gentes exteras; quas illi, teste Sallustio in orat. I, de Ordinand. Republ., natura hostes putabant. Contra ab illo dicuntur impia, quae geruntur adversus patriam, ut Virg. Æneid. VI, 612: *Quippe arma secuti impia.*

* Cap. XX. Bellvm Asiaticvm. Ab hoc cap. ordiuntur lib. III Mss. Palat. 2; Duisburg. in quo huic capiti praescriptum erat: *Incipit liber tertius*, et editio Princeps. Contra in Ms. Nazar. et Palat. 1, continuatum hoc caput erat superiori, quos secuti editores omnes, praeter Begerum. Equidem neutram harum divisionum ab ipso auctore profectam puto, qui mihi, ut in introductione declaravi, opus suum omnino non divisisse in libros, sed uno volumine, distinctis aetatibus aetatumque partibus comprehendisse videtur. Librariis hae per libros divisiones sine dubio debentur, ex quibus tamen si qua umquam recipienda fuit, praeferri olim merebatur illa, quae ab hoc capite librum tertium orditur, quoniam ad auctoris mentem cognoscitur propius accedere, sicut et ante me iudicarunt Vossius ad Vell. Paterc. II, 51; Ryck. et Periz. ad hunc locum, atque etiam Dukerus ad notam Gruteri. Titze. — Incoeptum est hoc bellum anno Vrbis 623, ante C. N. 131, coss. P. Licinio Crasso Muciano, L. Valerio Flacco. Quae autem hic de testamento Attali regis dicuntur, habentur a Plinio XXXIII, 11; Val. Max. V, 2, 3; Epit. Liv. LVIII et LIX; Iustin. XXXVI, 4, 5; Strab. lib XIV, pag. 411; Euseb. lib. temp.; August. Civit. XIII, 11; Appian. Mithridat.; Eutrop. IV, 3; Oros. V. 8.

2. *Regis Eumenis filius.* Ita quidem Strabo etiam et Oros. V, 8. Sed alite

dam commilitonisque nostri, testamentum reliquit:
« Populus Romanus bonorum meorum heres esto». In 3
bonis regis haec fuerunt. Adita igitur hereditate, pro-
vinciam populus Romanus non quidem bello, nec ar-
mis, sed, quod est aequius, testamenti iure retinebat. 4
Sed hanc, difficile dictu est, utrum facilius amiserit,
an recuperaverit. Aristonicus regii sanguinis, ferox
iuvenis, urbes regibus parere consuetas partim facile
sollicitat: paucas resistentes, Myndum, Samon, Colo- 5
phonem, vi recepit, Crassi quoque praetoris cecidit
exercitum, ipsumque cepit. Sed ille memor et familiae,
et Romani nominis, custodem suum Barbarum virgula
excaecat: in exitium sui, quod volebat, ita concitat. 6
Mox a Perperna domitus, et captus, et per deditio- 7
nem in vinculis habitus. Aquilius Asiatici belli reliquias
confecit, mixtis (nefas!) veneno fontibus ad deditio-
nem quarumdam urbium. Quae res, ut maturam, ita
infamem fecit victoriam: quippe quum contra fas
deum, moresque maiorum, medicaminibus impuris,
in id tempus sacrosancta Romana arma violasset.

Iustin. XXXVI, 4, 1, patruum ei fecit Eumenem; at Iustinum errasse consentiunt omnes docti. — *In bonis regis haec fuerunt.* Servo lectionem *fuerunt* cum Dukero et Salmasio, quae auctoritate codicum plurimorum innititur. Solus Voss. 1 exhibet *fuerant*, quod temere editores quidam in textu assumsere. Titze.

4. *Regii sanguinis.* Quippe filius Eumenis. Testes Liv. XLV, 19, 10; Iustin. XXXVI, 4, 6; Eutrop. IV, 25; et alii: nisi quod Velleius, II, 4, 1, *Mentitum*, ait, *regiae stirpis originem.* — *Myndum.* Oppidum in Caria. — *Samon.* Insulam in mari Ægeo e regione Cariae. — *Colophonem.* Vrbem Lydiae paullo supra Ephesum.

5 *Crassi . . praetoris.* Diligenter, inquit Titze, scripsit Florus, quum Crassum praetorem nominavit eum qui anno Vrbis 623 consul fuit: tum autem quum ab Aristonico caperetur, de provincia iam decedebat, sequentis anni consule Perperna successore illi dato; id quod claris verbis testatur Velleius, II, 4, qui eumdem Crassum proconsulem vocat, additque, ut iam notavit Vinetus, decedentem ex Asia. Caeterum contra Norisium, qui Crassum a Floro proconsulem, non praetorem vocandum fuisse putabat, recte docet Voss. ad Velleii l. c., proconsulis et praetoris promiscuam tum appellationem fuisse. — *Ita.* Salm. legebat *ira*; nil mutandum.

6. *Perperna.* Hic codices variant in *Perpenna*, *Perpena*, etc.

L. ANNAEI FLORI
RERVM ROMANARVM
EPITOME.

LIBER TERTIVS.

I.

BELLVM IVGVRTHINVM. *

1 Haec ad orientem: sed non ad meridianam plagam eadem quies. Quis speraret post Carthaginem aliquod
2 in Africa bellum? Atqui non leviter se Numidia concussit; et fuit in Iugurtha, quod post Annibalem timeretur. Quippe rex callidissimus populum Romanum, armis inclytum et invictum, opibus aggressus est; et citra spem omnium fortuna cessit, ut rex fraude prae-
3 cipuus, fraude caperetur. Hic, avo Massinissa, et Micipsa patre per adoptionem, quum interficere fratres

* Cap. I. Bellvm Ivgvrthinvm. Anno Vrbis 643, ante C. N. 111; coss. P. Cornelio Scipione Nasica, L. Calpurnio Bestia. De bello contra Iugurtham gesto exstat liber integer Sallustii. Vide etiam Epit. Liv. LXII et seqq.; Aurel. de Vir. Illustr. cap. 62, 67 et 75; Plutarch. Mario et Sylla, cap. 3; Frontin. I, 8; IX, 2; I, 23; Eutrop. IV, 3; Oros. V, 15. Meminit Eusebius in libro Temporum.

1. *Speraret.* Ἀκύρως dicit in Indice Freinshemius: ut in illo Virg. Æn IV, 419: *Hunc ego si potui tantum sperare dolorem*, videtur accepisse pro timere, ut vulgo in Virgilio exponunt. Sed et ibi et hic, et multis aliis locis, sperare est existimare, expectare, credere, ut apud eumdem poëtam Æn. II, 657: *Mene efferre pedem, genitor, te posse relicto, Sperasti?* Et spes pro quacumque expectatione rei alicuius sive bonae, sive malae. Liv. XXI, 6: *Omnium spe celerius, Saguntum oppugnari allatum est.* Stat. Theb. IX, 129, *spes necis*; sic apud Graecos ἐλπὶς et ἐλπίζειν. Dvk.

2. *Se. . concussit.* Id est, concitata est ad bellum.

statuisset, agitatus regni cupiditate, nec illos magis,
quam senatum populumque Romanum, quorum in fide
et clientela regnum erat, metueret, primum scelus
mandat insidiis; potitusque Hiempsalis capite, quum 4
se in Adherbalem convertisset, isque Romam profu-
gisset, missa per legatos pecunia, traxit in sententiam
suam senatum. Et haec fuit de nobis eius prima victo-
ria. Missos deinde, qui regnum inter illum Adherba- 5
lemque dividerent, similiter aggressus, quum in Scauro
ipsos Romani imperii mores expugnasset, inchoatum
nefas perfecit audacius. Sed diu non latent scelera: 6
corruptae nefas legationis erupit: placuitque bello per-
sequi parricidam.

Primus in Numidiam Calpurnius Bestia consul im- 7
mittitur: sed rex, peritus fortius adversus Romanos
aurum esse, quam ferrum, pacem emit. Cuius flagitii 8
reus, quum, interveniente publica fide, a senatu arces-
seretur, pari audacia et venit, et competitorem imperii
Massinissae Massivam immisso percussore confecit.
Haec altera contra regem fuit caussa bellandi. Igitur 9
sequens ultio mandatur Albino. Sed huius quoque (proh
dedecus!) ita corrupit exercitum, ut voluntaria nostro-
rum fuga vinceret Numida, castrisque potiretur: ad-
dito etiam turpi foedere in pretium salutis, quem prius
emerat, exercitum dimisit. Eodem tempore in ultio- 10

3. *Scelus mandat insidiis.* Per insidias exsequi statuit, et iis quasi peragendum committit scelus. Sic Justin. V, 2, verbo mandare a personis ad res translato, *quum interficiendum insidiis mandassent.* Dukek.

5. *In Scauro ipsos Romani imperii mores expugnasset.* Scilicet hoc loco intelligit Florus, in Scauro quasi omnes imperii Romani mores, et omnem virtutem stetisse.

7. *Peritus.* Id est, edoctus.

8. *Interveniente publica fide.* Romani nempe fidem suam dedere se amice cum eo acturos. — *Massivam.* Scilicet nepotem regis Massinissae.

9. *Quem prius emerat.* Praefero hanc lectionem Pal. 2, pro qua Nazar. cum aliis quibusdam ostendit: *quod prius emerat.* Aptissime respondet *quem* sequenti nomini *exercitum*, et rei veritati, quum *quod* nonnisi am-

nem non tam imperii Romani, quam pudoris, Metellus assurgit: qui callidissime hostem nunc precibus, nunc minis, iam simulata, iamque vera fuga eludentem,
11 artibus suis aggressus est. Agrorum atque vicorum populatione non contentus, in ipsa Numidiae capita impetum fecit, et Zamam quidem frustra diu voluit; caeterum Thalam, gravem armis, thesaurosque regis
12 diripuit. Tunc urbibus exutum regem, et iam finium suorum regnique fugitivum, per Mauros atque Getu-
13 liam sequebatur. Postremo Marius, auctis admodum copiis, quum pro obscuritate generis sui capite censos sacramento adegisset, iam fusum et saucium regem adortus, non facilius tamen vicit, quam si integrum et
14 recentem. Hic et urbem Herculi conditam Capsam, in media Africa sitam, anguibus arenisque vallatam, mira quadam felicitate superavit; et saxeo inditam monti Mulucham urbem, per Ligurem, aditu arduo inacces-
15 soque, penetravit. Mox non ipsum modo, sed Bocchum quoque Mauritaniae regem, iure sanguinis Numidam

biguam explicationem admittat. TITZE.

10. *Pudoris*. Id est, existimationis, quam laesam vel amissam pudor consequitur. — *Callidissime*. Titze recepit in textum *calidissimum*, suadente Freinshemio et approbante Dukero, qui *callidissimum* invenit in Ms. Florentino et Magliab. — *Iam simulata iamque vera fuga*. Hanc veram lectionem puto quam offerunt Mss. Berold. et Duisb. Inepta quidem vulgata, *iam simulata, iam quasi vera fuga*.

11. *Non contentus*. Solus Ryck. exhibet particulam *non*. Caeteri cum editione Principe ignorant. Nazar. liber habet, *populatione contentus*; unde Salmasius coniicit: *Virorum et vicorum populatione contemta*, Freinshemius volebat *contemtus*. Profecto vitium aliquod hic subesse videtur. — *Zamam*. Africae urbem quinque dierum itinere Carthagine distantem. — *Thesauros*. Mss. Regg. *thesauro*: nec inepte, ut nobis videtur.

13. *Capite censos*. Capite censi ii dicebantur, qui quum non haberent quae in censum referrent, capite tantum censebantur, et qui proletarii dicti sunt. — *Saucium*. De clade in bello accepta supra id dici iam monuimus.

14. *Mulucham*. Fluvius est *Mulucha* apud Sallustium, Iugurth. 92, 6; Melam, I, 5; Plin. V, 2; quem autem locum Marius Liguris opera cepisse bello Jugurthino, cap. 93, legitur, eum Sallustius non *Mulucham*, sed castellum appellat, non longe a flumine Mulucha in monte saxeo situm.

vindicantem, apud oppidum Cirtam graviter cecidit.
Qui ubi, diffisus rebus suis, alienae cladis accessio fieri 16
timet, pretium foederis atque amicitiae regem facit. Sic 17
fraudulentissimus regum fraude soceri sui in insidias
deductus est, et Syllae in manum traditus; tandemque
opertum catenis Iugurtham in triumpho populus Romanus adspexit. Sed ille quoque, quamvis victus et 18
vinctus, vidit urbem, quam venalem, et quandoque
perituram, si habuisset emtorem, frustra cecinerat.
Iam ut venalis fuisset, habuit emtorem; et quum ille
non evaserit, certum erit, eam non esse perituram.

II.

BELLVM ALLOBROGICVM.*

Sic ad meridiem populus Romanus. Multo atrocius, 1
et multipliciter magis, a septemtrione saevitum. Nihil 2
hac plaga infestius: atrox caelum, perinde ingenia.

16. *Alienae cladis accessio fieri timet.* Id est, timet ne fiat accessio, ne accedat in alienam cladem, ne in ea involvatur.

18. *Vrbem quam, venalem.... cecinerat.* « *Mot aussi célèbre que vrai, et qui, dans la bouche de Jugurtha, était l'aveu foudroyant d'un coupable qui déclare ses complices.* » FERRAND, *Esprit de l'histoire, lettre XII.* — *Iam ut venalis fuisset*, etc. Haec reliqua Gruterus, quamvis reluctante Graevio, spuria declaravit, quae quidem, si non spuria, at certe ineptissima et frigidissima sunt. Hic locus, ut opinor, significat, Romam, ut erat venalem, emtorem vere invenisse, nempe Iugurtham. Quumque illi Iugurthae non res feliciter cesserit, aeternum inde imperium Romae portenditur.

* CAP. II. BELLVM ALLOBROGICVM. Anno Vrbis conditae 633, ante C. N. 121; coss. L. Opimio, Q. Fabio Maximo. De hoc bello Liv. Epit. LXI; Oros. V, 3 et 14; Strabo, lib. IV, pag. 132; Val. Max. IX, 6, 3; Suet. Ner. cap. 2; Caesar de Bello Gallico, I, 45.

1. *Et multipliciter magis.* Suscepimus hanc lectionem, quam Titze declarat uno Ms. firmari, quamque antea ex coniectura dederat Freinshemius. Vulgata enim cum caeteris ferme omnibus libris legens, *et multipliciter et magis*, vix tollerari potest.

2. *Perinde ingenia.* Simile est illud Senecae ad Helviam, cap. 6: *Ho-*

Omni igitur tractu violentus hostis, a dextris atque
3 laevis, et medio septemtrionis, erupit. Prima trans Alpes arma nostra sensere Salyi, quum de incursionibus eorum fidissima atque amicissima civitas Massilia quere-
4 retur: Allobroges deinde, et Arverni, quum adversus eos similes Æduorum querelae opem et auxilium nostrum flagitarent; Varusque victoriae testis, Isaraque et Vindelicus amnes, et impiger fluminum Rhodanus.
5 Maximus barbaris terror elephanti fuere, immanitati gentium pares. Nil tam conspicuum in triumpho, quam rex ipse Bituitus, discoloribus in armis, argenteoque
6 carpento, qualis pugnaverat. Vtriusque victoriae quod quantumque gaudium fuerit, vel hinc existimari potest, quod et Domitius Ænobarbus, et Fabius Maximus, ipsis quibus dimicaverant in locis, saxeas erexere turres, et desuper exornata armis hostilibus tropaea fixere, quum hic mos inusitatus fuerit nostris. Numquam enim populus Romanus hostibus domitis victoriam suam exprobravit.

minum ingenia ad similitudinem sui caeli rigentia. Tacit. Germ. 29, 4: *Mattiaci ipso terrae suae solo, et caelo acrius animantur.* Liv. V, 33, 12: *Rhaetos loca ipsa efferarunt.* Curtius VIII, 9, 20: *Vbique locorum situs ingenia hominum format.* Erret autem vehementer qui non solum hominum ingenii, sed etiam morum legumque rationem, tantummodo ex locorum natura, sicut recentissime noster Montesquieu, quaerere velit. — *A dextris atque laevis.* A dextria videtur intelligere eos populos plagae septemtrionalis qui versus ortum sunt Italiae respectu, ut Thracas, Dacas, Getas, Pannonios, Illyrios, etc. A laevis autem, Gallos, Germanos, aliosque ad septemtrionem vergentes.

3. *Salyi.* Supra dicti II, 3.

4. *Allobroges.* Galliae Narbonensis populi, recentius *Dauphinois.* — *Arverni.* Galliae populi, hodie *Auvergnats.* — *Æduorum.* Galliae populi, hodie *Bourguignons.* — *Varus.* Qui fluvius Galliam et Italiam dividit. — *Victoriae testis.* Sic Horatius Carm. IV, 4, 58: *Testis Metaurum flumen.* — *Isara.* Galliae Narbonensis fluvius. — *Vindelicus.* In provincia Narbonensi, sic dictus a Vindelo oppido quod praeterfluit. Ab aliis non fluvius, sed fons vocatur. Ed. Dukm. — *Impiger fluminum.* Merus graecismus, pro impiger inter flumina. Graeci eodem modo dicunt Δῖα θεάων, pro diva inter deas.

6. *Ænobarbus.* In nummis et inscriptionibus est *Ahenobarbus*, Graece Ἀηνόβαρβος.

III.

BELLVM CIMBRICVM, TEVTONICVM, AC TIGVRINVM. *

Cimbri, Teutoni, atque Tigurini, ab extremis Galliae 1
profugi, quum terras eorum inundasset Oceanus, novas
sedes toto orbe quaerebant; exclusique Gallia et Hispa- 2
nia, quum in Italiam remigrarent, misere legatos in
castra Silani, inde ad senatum, petentes, « ut Martius
» populus aliquid sibi terrae daret, quasi stipendium:
» caeterum, ut vellet, manibus atque armis suis utere-
» tur ». Sed quas daret terras populus Romanus, agra- 3

* Cap III. Bellvm Cimbricvm, Tevtonicvm, ac Tigvrinvm. A. V. 645, ante C. N. 109.

1. *Cimbri*. Germaniae populi septemtrionales. — *Teutoni*. Populi ad mare Germanicum. — *Tigurini*. Populi sunt a Tigurino Helvetiorum pago sic dicti. — *Galliae*) *Germaniae* legendum docet Cluver. Germ. Antiq. I, 10; II, 4; III, 22, quum illud *ab extremis Galliae* verum sit de Tigurinis, non de Cimbris et Teutonis. Sed, inquit Graevius, Florus videtur etiam Germaniam dixisse Galliam, quod antiquissimi Galliae incolae fuerunt Germani; sicut Graeci Celtas dixerunt Germanos et Gallos, quum proprie Hispani sint Celtae. — *Quum terras eorum inundasset Oceanus* Florus, hoc loco, non de aestu, sed inundatione Oceani loquitur: qua etiam Ambrones, qui deinde Cimbris Teutonisque se coniunxerunt, sedibus expulsos fuisse auctor est Festus in voc. *Ambrones*.

2. *Quum in Italiam remigrarent*. Non est opus ut cum Salmasio rescribamus *regyrarent*, aut cum Freinshemio *demigrarent*. Famae inserviens, scripsisse mihi videtur Florus, Barbaros illos populos, ab extremis Galliae profugos, novas sedes *toto orbe* quaesivisse. Non poterat tamen illi esse ignotum quod Caesar prodidit, Cimbros et Teutonos, tentata primum Gallia, a Belgis repulsos esse, id quod ostendunt verba, *exclusique Gallia et Hispania*. Tum demum secundum Rheni ripas adscendentes; ablegatis ibi in Galliam Teutonis, Cimbri secuti Danubium, et a Scordiscis pulsi, Italiae finibus appropinquarunt, et Papirii Carbonis exercitum ad *Noreiam* ceciderunt A. V. 541. Hinc demuo retro conversi ad Galliam, pulsoque A. V. 645 Silano versus Italiam altera iam vice, et ab altera, scilicet occidentali, parte contendebant. Hoc Florus, praeterito Carbonis praelio, paucissimis verbis, *quum in Italiam remigrarent*, significare videtur. Titze. — *Stipendium*. Quasi militibus: et inde est quod mox dicunt, *ut senatus manibus atque armis petentium uteretur*.

3. *Agrariis legibus*. Temere hic reprehendit Florum Graevius, quum ait Romanos diu ante Cimbricum

riis legibus intra se dimicaturus? Repulsi igitur, quod nequiverant precibus, armis petere constituunt.

4 Sed nec primum quidem impetum barbarorum Silanus, nec secundum Maulius, nec tertium Caepio susti-
5 nere potuerunt. Omnes fugati, exuti castris. Actum erat, nisi Marius illi saeculo contigisset. Ille quoque non ausus congredi statim, militem tenuit in castris, donec invicta illa rabies, et impetus, quem pro virtute bar-
6 bari habent, consenesceret. Recessere igitur increpantes, et (tanta erat capiendae Vrbis fiducia!) consulentes, si quid ad uxores suas mandarent. Nec segnius, quam minati fuerant, tripertito agmine per Alpes, id est,
7 claustra Italiae, ferebantur. Marius, mira statim velocitate occupatis compendiis, praevenit hostem; prio-

bellum de agrorum divisione certasse, ducibus T. Scmpronio Graccho, et praeterea auctore C. Graccho. Quasi hoc loco non alios auctor, quam Gracchanos illos cogitare voluerit, quum planum sit vel ex ipsius verbis, cap. 16 et 17 huius libri, post Cimbricum bellum novas seditiones de iisdem Gracchanis legibus per Saturninum et Drusum, tribunos plebis, esse excitatas. Si post Gracchos et Cimbricum bellum, non amplius Romanus populus agrariis legibus intra se dimicasset, tum quidem iuste reprehendi possct Florus, quod scripserit *dimicaturus*. Verum quum, et ante et post Cimbricum bellum, de his legibus dimicatum sit, quis vetet auctorem sequentia prospicientem sic loqui, praesertim quum constet, maiores etiam atque atrociores illos motus fuisse, qui insecuti sunt? Titze.

4. *Silanus*. Omittit hic, ut iam notavimus, cladem Carbonianam, quae prior Silaniana accidit, item Cassianam, Liv. Epit. LXIII; Velleius, II, 12, 2. Tacit. Germ. 37, 8: *Germani, Carbone et Cassio, et Scauro Aurelio, et Servilio Caepione, M. quoque Manlio, fusis vel captis, quinque simul consulares exercitus populo Romano abstulerunt.* — *Manlius*. Fere omnes scripti, *Manilius*. Quis sit autem hic *Manlius Maniliusve*, ignorant commentatores, et tantummodo suspicantur esse *Mallium*, qui consul fuit quinto anno post Iunium Silanum, et a Cimbris devictus est eodem tempore, quo Caepio, qui tum proconsul crat. — *Caepio*. Quanta hoc duce clade accepta sit, vel inde colligi possit, quod inter nefastos dies ille habitus sit, ut patet ex Plutarch. Lucull. cap. 59. Fasssn.

5. *Donec....rabies.... consenesceret.* Et præterea, ut optime de illo certamine adnotat Ferrand, *Esprit de l'Histoire, Lettre XVI: « Il fallut que Marius triomphât de la terreur de son armée, pour triompher des ennemis. »*

7. *Compendiis*. Ovid. Metam. III, 234: *Sed per compendia montis, anticipata via est.* — *In loco quem... op-*

resque Teutonos sub ipsis Alpium radicibus assecutus, in loco, quem Aquas Sextias vocant, quo (fidem numinum!) praelio oppressit? Vallem fluviumque medium 8
hostes tenebant. Nostris aquarum nulla copia. Consultone id egerit imperator, an errorem in consilium verterit, dubium. Certe necessitate aucta virtus caussa victoriae fuit; nam flagitante aquam exercitu, « Viri, 9
» inquit, estis: en illic habetis ». Itaque tanto ardore pugnatum est, eaque caedes hostium fuit, ut victor Romanus de cruento flumine non plus aquae biberit, quam sanguinis Barbarorum. Certe rex ipse Teuto- 10
bochus, quaternos senosque equos transilire solitus, vix unum, quum fugeret, adscendit; proximoque in saltu comprehensus, insigne spectaculum triumphi fuit: quippe vir proceritatis eximiae super tropaea sua eminebat.

Sublatis funditus Teutonis, in Cimbros convertitur. 11
Hi iam (quis crederet?) per hiemem, quae altius Alpes levat, Tridentinis iugis in Italiam provoluti ruina

pressit. Sic hunc locum purgavit Cl. Salmasius, et doctis fidem fecit coniecturae suae. Quum tamen mendose reliquisset *In locum, quem,* etc. Dukerus optime restituit *in loco,* ex Mss. pluribus. — *Aquas Sextias.* Oppidum in Gallia Narbonensi ad mare.

10. *Rex...Teutobochus.* Hic notam referemus, quam in sua Flori versione inseruit vir literatissimus, nostras Paul: « *En 1613, on découvrit dans le Dauphiné, entre les villes de Mont-Rigaut, de Serre et de Saint-Antoine, environ à dix-sept ou dix-huit pieds en terre, une tombe de brique, longue de trente pieds, large de douze, haute de huit, sur laquelle était une pierre fort dure, ressemblant à du marbre gris, avec cette inscription en lettres romaines:* TEVTOBOCVS REX. *Dans cette tombe étaient des os d'une grandeur énorme, avec des médailles d'argent. Cette découverte donna lieu à une très-vive dispute entre plusieurs des plus célèbres médecins et chirurgiens de Paris. Voyez l'ouvrage intitulé:* Recherches sur l'origine et les progrès de la chirurgie en France. » — *Quaternos senosque equos transilire solitus.* Idem Liv. XXIII, 29, 5, de Numidis equitibus, *quibus desultorum in modum, binos trahentibus equos, inter acerrimam saepe pugnam, in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat:* — *Super tropaea sua eminebat.* Tropaea quae in triumphis portabantur, alta duodecim fere pedes.

11. *Hiemem, quae...Alpes levat.* Infra III, 10, 22: *Hieme creverant Alpes.* — *Provoluti ruina.* Cimbri subi-

12 descenderant. Athesim flumen non ponte, nec navibus, sed quadam stoliditate barbarica primum corporibus aggressi, postquam retinere amnem manibus et clypeis frustra tentaverant, ingesta obrutum silva transiluere;
13 et, si statim infesto agmine Vrbem petiissent, grande discrimen esset: sed in Venetia, quo fere tractu Italia mollissima est, ipsa soli caelique clementia robur elanguit. Ad hoc panis usu, carnisque coctae, et dulcedine
14 vini mitigatos Marius in tempore aggressus est. Iam diem pugnae a nostro imperatore petierunt, et sic proximum dedit. In patentissimo, quem Raudium vocant, campo concurrere. Millia inde ad sexaginta ceciderunt: hinc trecentis minus: per omnem diem conciditur bar-
15 barus. Istic quoque imperator addiderat virtuti dolum, secutus Annibalem, artemque Cannarum: primum,

cientes corporibus scuta, sic per nivem se demisere.

12. *Athesim*: olim amoenitate celebrem; Virg. Æn. IX, 680; Cassiod. ep. III, 48.

13. *Discrimen esset*; pro *fuisset*: ut infra III, 21, 12: *Nisi naturam suam saevitia corrumperet*; et II, 23, 2: *Si tamen posset.* — *In tempore aggressus est.* Post haec verba, teste Salmasio, Ms. Naz. ostendebat: *Venere illi quam et in barbaris multa vestigia diem pugnae a nostro imperatore petierunt.* Caeteri libri vulgatam offerunt, post *aggressus est* statim habentes, *Iam diem pugnae* etc. Salmasius censens verba illa libri Nazar., ut omnium antiquissimi, non esse insuper habenda, coniicit legendum: *Venere illi. Quam metus in barbaris nulla vestigia? Diem pugnae*, etc. Ex hoc Ms. Nazariano videtur quidem hunc locum qualem vulgavimus esse truncum; at non certe, sicut contendunt omnes commentatores, ineptum: qui quidem contra optime sibi constat. Quid, hi inquiunt, sibi volunt haec verba, *in tempore aggressus est*, quum continuo dicatur Marium, diem pugnae barbaris postulantibus, proximam concessisse? Atqui non animadvertunt hi critici *in tempore* non h. l. significare, *ex improviso*, at potius *opportune*, et quo tempore barbari, ad pugnam quidem se accingentes et paratissimi, epulis tamen et vino, ut supra dicit Florus, mitigati essent et fracti.

14. *Raudium*. Alii *Caudium* volunt, male ut videtur. — *Millia inde ad sexaginta.....hinc*, etc. Hunc locum prava lectione et distinctione laborantem sic restitui vult Salmasius: *Inde sexaginta millia ceciderunt; hinc*, etc.

15. *Artemque Cannarum*. De qua supra II, 6, 16. — *Inopinatus*. Ex superioribus tenemus diem pugnae constitutam fuisse. Itaque *inopinatus* de ipso iam praelii initio dictum, sic accipiendum est, ut explicat Orosius,

nebulosum nactus diem, ut hosti inopinatus occurreret; tum ventosum quoque, ut pulvis in oculos et ora ferretur; tum acie conversa in orientem, ut, quod ex captivis mox cognitum est, ex splendore galearum, ac repercussu, quasi ardere caelum videretur.

Nec minor cum uxoribus eorum pugna, quam cum 16
ipsis fuit; quum, obiectis undique plaustris atque carpentis, altae desuper, quasi e turribus, lanceis contisque pugnarent. Perinde speciosa mors earum fuit, quam
pugna : nam quum, missa ad Marium legatione, liber- 17
tatem ac sacerdotium non impetrassent (nec fas erat), suffocatis elisisque passim infantibus suis, aut mutuis concidere vulneribus; aut, vinculo e crinibus suis facto, ab arboribus iugisque plaustrorum pependerunt.
Boiorix rex in acie dimicans impigre nec inultus occu- 18
buit. Tertia Tigurinorum manus, quae quasi subsidio Noricos insederat Alpium tumulos, in diversa lapsi, fuga ignobili et latrociniis evanuit.

Hunc tam laetum, tamque felicem liberatae Italiae, 19
assertique imperii nuntium, non per homines, ut sole-

V, 16, Marium Gallis minime putantibus, in nebule matutina instruxisse aciem, atque ita inopinantibus occurrisse. Titze.

16. *Nec minor cum uxoribus eorum pugna*, etc. Cimbricae huius pugnae descriptionem, a Plutarcho in Vita Marii relatam, sic imitatus est Chateaubriand, *Martyrs*, *livre VI*: « *Alors se présente un nouvel ennemi : les femmes des Barbares, vêtues de robes noires, s'élancent audevant de nous, se percent de nos armes en cherchant à les arracher de nos mains. Les unes arrêtent.... le Sicambre qui fuit, et le ramènent au combat; les autres, comme des bacchantes enivrées, déchirent leurs époux et leurs pères; plusieurs étouffent leurs enfants, et les jettent sous les pieds des hommes et des chevaux; plusieurs se passent au col un lacet fatal, s'attachent aux cornes des boeufs, et s'étranglent en se faisant traîner misérablement.* »

17. *Sacerdotium*. Huc respicit Valer. VI, 1 ext. 3: *Teutonorum vero coniuges Marium victorem orarunt, ut ab eo virginibus Vestalibus dono mitterentur*, etc. Adverte tamen Valerium de Teutonicis coniugibus loqui, quum Florus de Cimbricis. — *Nec fas erat*. Quum paucissimae essent Vestales, nec ulla huic ordini adscriberetur, nisi nobili genere, et puber virgo.

18. *Tertia... manus....lapsi.....evanuit*. Vsitatius diceretur *evanuerunt*.

bat, populus Romanus accepit, sed per ipsos, si cre-
20 dere fas est, deos. Quippe eodem die, quo gesta res
est, visi pro aede Castoris et Pollucis iuvenes laureati
praetori literas tradere; frequensque in spectaculo ru-
21 mor victoriae Cimbricae: « Feliciter » dixit. Quo quid
admirabilius, quid insignius fieri potest? Quippe velut
elata montibus suis Roma spectaculo belli interesset,
quod in gladiatorio munere fieri solet, uno eodemque
momento, quum in acie Cimbri succumberent, popu-
lus in urbe plaudebat.

IV.

BELLVM THRACIVM.*

1 Post Macedonas, si diis placet, Thraces rebellabant,
ipsi quondam tributarii Macedonum; nec in proximas
modo provincias contenti incurrere, Thessaliam, atque
Dalmatiam in Adriaticum mare usque venerunt: eoque
fine contenti, quasi interveniente natura, contorta in
2 ipsas aquas tela miserunt. Nihil interim per id omne
tempus residuum crudelitatis fuit in captivos saevien-
tibus: litare diis sanguine humano: bibere in ossibus

20. *Frequensque in spectaculo rumor victoriae Cimbricae: Feliciter, dixit.* Assentimus sicut Titz. Scheffero et Dukero, qui coniungunt, *rumor victoriae Cimbricae*, genitivum hic, non dativum agnoscentes, et solam vocem *feliciter!* adclamationi vindicant, quum alii putent, adclamatum tribus hisce verbis: *Victoriae Cimbricae feliciter!*

21. *Quippe velut delata...Populus in Vrbe plaudebat.* Quae quidem ultima verba, usque adeo Titz. inepta iudicat, ut ea delenda existimet. Sed hanc in sententiam non descendimus, ut admodum severam.

* CAP IV. BELLVM THRACIVM. Anno Vrbis 640, ante C. N. 114; coss. Man. Acilio Balbo, C. Porcio Catone. Hoc bellum coeptum est ante Cimbricum et Iugurthinum.

1. *Contenti.* Id est, retenti.

2. *Nihil interim per id omne tempus residuum crudelitatis.* Scilicet, minime per id omne tempus resedit crudelitas eorum, etc — *Litare diis sanguinem humanum.* Sic editio Prin-

capitum, et cuiusquemodi ludibrio foedare mortem tam igni quam fumo: partus quoque gravidarum extorquere tormentis. Saevissimi omnium Thracum Scor- 3
disci fuere: sed calliditas quoque ad robur accesserat. 4
Silvarum et montium situs cum ingenio consentiebant. Itaque non fusus modo ab his, aut fugatus; sed (simile prodigio!) omnino totus interceptus exercitus, quem duxerat Cato. Didius vagos, et libera populatione dif- 5
fusos intra suam repulit Thraciam. Drusus ulterius egit, et vetuit transire Danubium. Minucius toto vastavit Hebro, multis quidem amissis, dum per perfidum gla-

ceps. Quidam autem legi volunt, *sanguine humano*. At recte et latine dici, *litare diis hostias* contra Servium Salmasius docuit ad Solinum, p. 9, e Propertio, IV, 1, 24: *Pastor et ad calamos exta litabat ovis*; et e Iustino, XX, 2, *litatis hostiis*. De his autem humanis hostiis optime dixit Ferrand, *Esprit de l'histoire, Lettre XVI*, *pag.* 182: « *Quand on veut réfléchir sur cette cruelle habitude d'offrir aux dieux des sacrifices humains, il me semble qu'on y trouve la preuve d'une idée première universellement répandue: cette idée était que la réconciliation du ciel et de la terre ne se consommerait que par le sang humain, que par le sacrifice de l'humanité entière. La perversité humaine s'est long-temps méprise sur ce sacrifice. Mais il s'est enfin opéré dans la mort de l'Homme-Dieu qui représentait tous les hommes.* » Si quis autem hanc sententiam mira felicitate explicatam videre voluerit, opus perlegat dictum *Éclaircissement sur les Sacrifices*, quod recentissime edidit praestantissimus scriptor DE MAISTRE. — *Tam igni quam fumo*. Nam alios igne, alios fumo necavere. Ita Cicero illud supplicium quo quis fumo enecatur, refert, in Verrem Act. II, 17: *Fumo excruciatus, semivivus relinquitur*. Quum autem in vulgata lectione *tam igni quam fumo*, diversa crudelitatis genera non satis distincte notentur, quidam pro *fumo* legi suaserunt *ferro*; quae quidem lectio his verbis sub fine huius capitis firmatur, quibus auctor, respiciens ipse superiora, scripsit: *Nec aliter cruentissimi hostium quam suis moribus domiti, quippe in captivos igne* ferroque *saevitum est.*

3. *Scordisci*. Alii eos ponunt in Thracia, ut Noster; alii Pannoniae inferioris populos faciunt: et alii Illyricis et Thraeibus permistos scribunt. ED. DELPH.

4. *Consentiebant*. Ryck. et Flor. *consentiebat*. — *Interceptus*. Gallice, *anéanti*. Sic Tacit. Agric. cap. 5: *Trucidati veterani, incensae coloniae, intercepti exercitus*. — *Cato*. Vid. Epit. Liv. LXIII; Eutrop. IV, 29.

5. *Didius*. Vide Ruffum, cap. 9. — *Drusus*. Epit. Liv. LXIII; Ruffus, cap. 9; Dio apud Valesium, p. 628. — *Et vetuit transire Danubium*. Recte ait Dukerus se non intelligere, quid sibi hic Danubius velit, tamquam limes inter Macedoniam, quam

6 cie flumen equitatur. Piso Rhodopen Caucasumque penetravit. Curio Dacia tenus venit: sed tenebras saltuum expavit. Appius in Sarmatas usque pervenit: Lucullus ad terminum gentium Tanaïm, lacumque Maeo-
7 tim. Nec aliter cruentissimi hostium quam suis moribus domiti: quippe in captivos igne ferroque saevitum est. Sed nihil Barbaris atrocius visum est, quam quod abscissis manibus relicti, vivere superstites poenae suae iubebantur.

V.

BELLVM MITHRIDATICVM. *

1 Ponticae gentes ad septemtrionem in mare sinistrum

tum Drusus provinciam habuit, et Thraciam. Sine dubio aliquod in hoc nomine vitium: et nisi fallor, pro *Danubium* Florus scripsit *Dardaniam*. Hanc enim Thraces, et maxime Scordisci, transire solebant, ut in Macedoniam irruerent. — *Minucius*. Epit. Liv. LXV; Eutrop. IV, 33; Frontinus, II, 4, 3.

6. *Piso*. Nobis non magis liquet quis iste sit Piso, quam Stadio et Vineto, qui se de illo nihil certi tradere posse fatentur. — *Caucasum*. Quid hic post Rhodopen Caucasus velit, nemo facile explicaverit: nec credibile est, Pisonem ad Caucasum usque, Asiae vastissimum montem, pervenisse; nisi forte Haemus hic cum Caucaso confunditur. — *Curio*. Pertinet huc fragmentum illud Sallustianum Hist. II, 1, 14: *Eodem anno in Macedonia C. Curio, principio veris, cum exercitu profectus in Dardaniam.* — *Apius*. De quo Eutropius, VI, 2; Oros. V, 23; et Sex. Ruffus: qui etiam de Lucullo,

7. *Suis moribus domiti*. Nam supra §. 3, noster Florus dixit Scordiscos sævissimos omnium Thracum fuisse.

* CAP. V. BELLVM MITHRIDATICVM. Incoeptum A. V. 666; ante Christum natum 88. Hoc bellum scripsit Livius a libro LXVI usque ad CII; sed temporis iniuria non exstant nisi eorum argumenta. Late de hoc bello Appianus; plura Plutarch. in vitis Syllae, L. Luculli, Cn. Pompeii: multa Aurelius Victor, quatuor ultimis capitibus; Val. Max. IV, 6, 2 ext.: VIII, 7, 16 ext.; IX. 2, 3 ext.; Frontin. II, 1, 12 et 14: et II, 2, 4; August. Civit. Dei III, 22; Plin. II, 97; VII, 24; XXV, 2; XXXIII, 3, et 12; plura Cic. pro L. Manilia; Iust. libr. XXXVII et XXXVIII; Eutrop. V, 2; Oros. V, 19 etc. quæ loca debes Camerti. Lege etiam de hoc Mithridatico Bello Dionis

iacent, a Pontico cognominatae mari. Harum gentium
atque regionum rex antiquissimus Æetes: post Arta-
bazes, a septem Persis oriundus: inde Mithridates, 2
omnium longe maximus: quippe quum quatuor Pyr-
rho, decem et septem anni Annibali suffecerint, ille
per quadraginta annos restitit, donec tribus ingentibus
bellis subactus, felicitate Syllae, virtute Luculli, ma-
gnitudine Pompeii, consumeretur. Caussam quidem 3
illius belli praetenderat apud Cassium legatum, « at-
» trectari terminos suos a Nicomede Bithynico »: caete-
rum elatus animis ingentibus, Asiae totius, et, si posset,
Europae cupiditate flagrabat: spem ac fiduciam dabant
nostra vitia. Quippe quum civilibus bellis disiungere- 4
mur, invitabat occasio; nudumque imperii latus osten-
debant procul Marius, Sylla, Sertorius. Inter haec rei- 5

quae restant. Meminit et Athenaeus V, 13.

1. *Ponticae gentes... mari*. Ponticae gentes, scilicet iacent ad mare Ponticum quod ex Europa in Asiam venientibus ad sinistram est; vel potius ut Anna Fabri, Pontum Euxinum a sinistra habent respectu Orientis. Plures autem vocem *mare* delendam censent. Titz. etiam pro *ad Septemtrionem* legendum proponit *a Septemtrione* ex Ms. Florentino — *Æetes*. Mire hoc in nomine variant, quod ita rescribendum putavimus ex doctissimis viris. Caeterum praeter huius regis aetatem (Medeae autem hunc patrem aiunt) nulla gentium istarum mentio occurrit. — *A septem Persis oriundus*. Iis nimirum qui cum Dario ad recipiendum a Magis regnum coniuravere: de quibus vide Bongarsium et Berneccerum ad Iustinum I, 9, 9. Item Diodorus lib. XXXI. Freinsh.

2. *Mithridates omnium longe maximus*. Velleius Patercul. II, 18: *Vir neque silendus, neque dicendus sine cura: bello acerrimus, virtute eximius, aliquando fortuna, semper animo maximus, consiliis dux, miles manu, odio in Romanos Annibal.* Montesquieu. *Décad. des Romains*, *chap. 7*: « *De tous les rois que les Romains attaquèrent, Mithridate seul se défendit avec courage, et les mit en péril.* » — *Decem et septem*. Vide supra II, 6, 1. — *Felicitate Syllae... magnitudine Pompeii*. Ad cognomina Syllae et Pompeii respicit.

3. *Spem... dabant nostra vitia*. Tacitus Hist. IV, 34, 10: *Civilis non minus vitiis hostium quam virtute suorum fretus*; et Agricola XXXII, 2, ubi Galgacus de Romanis: *Nostris illi dissensionibus clari, vitia hostium in gloriam exercitus sui vertunt.*

4. *Nudum imperii latus ostendebant.... Marius*, etc. Et omnes transfugae, qui sub Mithridatis signis confluxerant. « *Les proscriptions dont la coutume commença dans ces temps-là,*

publicae vulnera, et hos tumultus, repente, quasi captato tempore, in lassos quidem atque districtos subitus turbo Pontici belli ab ultima veluti specula septem-
6 trionis erupit. Primus statim impetus belli Bithyniam rapuit: Asia deinde pari terrore correpta est; nec cunctanter ad regem ab urbibus nostris populisque descitum est. Aderat, instabat; saevitia, quasi virtute,
7 utebatur. Nam quid atrocius uno eius edicto, quum omnes, qui in Asia forent, Romanae civitatis homines interfici iussit? Tum quidem domus, templa, et arae,
8 humana omnia atque divina iura violata sunt. Sed hic terror Asiae Europam quoque regi aperiebat. Itaque, missis Archelao Neoptolemoque praefectis, excepta Rhodo, quae pro nobis firmius stetit caeteris, Cyclades, Delos, Euboea, et ipsum Graeciae decus, Athenae, tene-
9 bantur. Italiam iam, ipsamque urbem Romam regius terror afflabat. Itaque Lucius Sylla festinat, vir armis

obligèrent plusieurs Romains de quitter leur patrie. Mithridate les reçut à bras ouverts; il forma des légions où il les fit entrer, qui furent ses meilleures troupes. » *Grand. et Décad. des Romains, chap.* 7.

5. *Districtos*. In diversas partes occupatos. — *Specula*. Hic locus non sanus videtur Graevio. Non video cur cuiquam suspectus esse possit. Notum est omnia loca alta dici speculas. Vide supra ad II, 2, 19. Septemtrionales regiones autem omnibus terris editiores esse putabant veteres ibique altissimos montes Rhipaeos ponebant. Virg. Georg. lib. I, 240: *Mundus, ut ad Scythiam, Rhipaeasque arduus arces Consurgit, premitur Libyae devexus in austros*. Iustin. II, 1: *Scythiam adeo editiorem esse omnibus terris ut...*

6. *Saevitia quasi virtute utebatur*. Sic de Sylla Dio apud Vales. p. 653, ὥσπερ τινὰ ἀρετὴν οὖσαν, τὸ μηδὲν ἐν ταῖς μιαιφονίαις τινὸς ἡττᾶσθαι.

7. *Vno eius edicto*. Edictum Mithridatis dicit Florus Epistolas illius, Asia occupata, ad satrapas et magistratus urbium missas, ut post trigesimum diem, quam eae literae scriptae erant, omnes cives Romani et Italici cum coniugibus et liberis interficerentur.

9. *Regius terror afflabat*. Freinshemius in Indice exponit de propinquitate, quasi qui tam propinquus Italiae esset, ut etiam spiritu contingere eam posset. Videtur etiam posse ita accipi: terror regius iam Italiam et Romam ipsam percellebat, et attonitam reddebat, quemadmodum qui fulmine tacti sunt, *afflari* dicuntur. Dukeb. — *Sylla.... vir armis optimus*. Idemque in pace pessimus. Inde Valerius Maximus IX, 2, 1: *Lucius Sylla, quem neque laudare, neque vituperare*

optimus; parique violentia ruentem ulterius hostem
quadam quasi manu repulit; primumque Athenas ur- 10
bem (quis crederet?) frugum parentem, obsidione ac
fame ad humanos cibos compulit. Mox subruto Piraeei
portu, sex quoque et amplius muris, postquam do-
muerat ingratissimos, ut ipse dixit, hominum, in ho-
norem tamen mortuorum, sacris suis famaeque dona-
vit. Mox quum Euboea atque Boeotia praesidia regis 11
depulisset, omnes copias uno apud Chaeroneam, apud
Orchomenon altero bello dissipavit; statimque in Asiam
transgressus, ipsum opprimit; et debellatum foret,
nisi de Mithridate triumphare cito, quam vere, ma-
luisset. Ac tunc quidem hunc Asiae statum Sylla dede- 12
rat. Ictum cum Ponticis foedus. Recepit Bithyniam a
rege Nicomede, ab Ariobarzane Cappadociam; ac sic
erat Asia rursus nostra, ut coeperat; Mithridates tan- 13

quisquam satis digne potest: quia dum quaerit victorias, Scipionem se populo Romano, dum exercet, Annibalem repraesentavit. — *Quadam quasi manu repulit.* Id est facile, nullo negotio. Vox autem *quadam* merito adscriptitia videtur.

10. *Frugum parentem.* Ita loquitur propter fruges Atheniensibus primitus inventas aut invectas. — *Obsidione ad humanos cibos compulit.* Ita Voltaire, *Henriade, chant X*, in descriptione obsidionis Lutetiae matrem depingit, interfecto nato, sibi dapes horridas parantem: qui quidem versus omnium memoriae mandantur. — *Sex quoque et amplius muris.* De his legendus Appianus in Mithridat. docens, ab Archelao qui tunc Athenas tenebat, intra brachia longi illius muri, quo munitus erat Pyraeeus, alia atque alia transversa, ac recens facta opera, seu munimenta, oppugnatoribus fuisse obiecta. Ex Appiano egregie verba illustravit Flori Graevius in notis. Titz. — *In honorem... mortuorum sacris suis famaeque donavit.* Id est, veniam eis dedit, et pepercit ob sacra et pristinam maiorum gloriam. Quod autem Syllam Atheniensibus pepercisse dicit Florus, id de urbe verius est, quam de civibus : nam in hos primum satis crudeliter victoriam exercuit, « *On fit main-basse sur tous les habitans qui étaient en si grand nombre, qu'au rapport des historiens la place devint un vaste étang de sang, qui crut à une telle hauteur, qu'il se déborda jusque dans les faubourgs.* » *Ann. Romaines* 667. Vide Plutarchum, in vita Syllae, ubi Midias et Calliphontes, genibus eius advoluti veniam Athenarum deprecantur.

12. *Recepit Bithyniam a rege Nicomede*, etc. Adversari ista historiae nec ita a Floro scripta, sed genuina eius verba per librarios corrupta esse,

tum repulsus. Itaque non fregit ea res Ponticos, sed incendit. Quippe rex Asia et Europa quodammodo inescatus, non iam quasi alienam, sed, quia amiserat, quasi raptam belli iure repetebat.

14 Igitur ut exstincta parum fideliter incendia maiore flamma reviviscunt; ita ille de integro, auctis maiorem in modum copiis, tota denique regni sui mole, in
15 Asiam rursus mari, terra, fluminibusque veniebat. Cyzicum nobilis civitas, arce, moenibus, portu, turribusque marmoreis, Asiaticae plagae litora illustrat. Hanc
16 ille, quasi alteram Romam, toto invaserat bello: sed fiduciam oppidanis resistendi nuntius fecit, docens adventare Lucullum: qui (horribile dictu!) per medias hostium naves utre suspensus, et pedibus iter adgubernans, videntibus procul, quasi marina pistrix, evaserat.

eruditi omnes consentiunt. Hinc iam Salmasius tentavit rescribere: *Recepit Bithyniam regi Nicomedi, Ariobarzani Cappadociam.* Aliter deinde expertus est Lipsius Electorum II, 19, emendans: *Recepit Bithyniam a rege Nicomedes, Ariobarzanes Cappadociam.* Titz. autem legendum censet: *Recepit Bithyniam, rege Nicomede, Ariobarzane Cappadociam;* ita intelligens: Recepit Sylla Bithyniam et Cappadociam, eo pacto, ut regna ista eodem quo antea iure obtinerent Nicomedes et Ariobarzanes.

14. *Vt exstincta parum fideliter incendia... reviviscunt.* Ita Curtius VI, 3, 11: *Parva saepe scintilla contemta magnum excitavit incendium.* Haec autem, quae sequuntur, gesta sunt tertio bello adversus Mithridatem, quod is aliquot annis post pacem cum Sylla factam atque etiam post huius mortem, praecipue a Sertorio impulsus susceperat.

16. *Horribile dictu!* Hoc merito reprehendit Graevius in praefatione, tamquam tragoediam in re parva et usitatissima. — *Vtre suspensus.* Multa huius rei exempla fuere apud veteres. « *Les outres, selon leur nombre et la manière de les employer, pouvaient porter un ou plusieurs hommes, et même des armées entières. Les anciens auteurs nous offrent des exemples de cette pratique dans toutes ses variétés. On voit dans Suétone* (Jul. Cés. ch. 57) *César porté sur des outres, traverser plusieurs fois les fleuves, et prévenir ses courriers; selon Tite-Live* (Hist. liv. XXI, ch. 27), *les Espagnols qui suivirent Annibal, se servirent d'outres pour le passage du Rhône. Quinte-Curce* (*Hist. d'Alexandre, liv. VIII, ch. 7*) *et Arrien* (*Expédition d'Alexandre, liv. III*) *rapportent qu'Alexandre fit passer à son armée le fleuve Oxus par ce même expédient. Ce fut encore avec ce secours que l'armée de Jovien traversa le Tigre, suivant Zozime* (*Hist. liv.*

Mox clade conversa, quum ex mora obsidentem regem 17
fames, ex fame pestilentia urgeret, recedentem Lucullus assequitur, adeoque cecidit, ut Granicus et Æsapus amnes cruenti redderentur. Rex callidus, Roma- 18
naeque avaritiae peritus, spargi a fugientibus sarcinas et pecuniam iussit, qua sequentes moraretur. Nec felicior in mari, quam in terra, fuga. Quippe centum amplius navium classem, apparatumque belli gravem, in Pontico mari aggressa tempestas, tam foeda strage laceravit, ut navalis belli instar efficeret; plane quasi 19
Lucullus quodam cum fluctibus procellisque commercio, debellandum tradidisse regem ventis videretur.

III); *enfin on trouve la description d'un pont d'outres dans Xénophon* (*Expédition de Cyrus, liv. III*). » Quam quidem notam suppeditavit eruditissimus vir Calvet, auctor dissertationis optimae, dictae *des Utriculaires.*

17. *Mox clade conversa.* Sine dubio hoc dicit Florus de clade, qua Romani, duce Cotta, qui, ante Luculli adventum, bellum cum Mithridate gesserat, a Romanis affecti fuerant. — *Quum ex mora...fames, ex fame pestilentia......* etc. Lectio utique commendabilis, sed quae codicum auctoritate non satis firmatur. Nam vocabulum *fames*, quod prius ex ingenio suppleverat Salmasius, postea in solo Ms. Vossiano 2 inventum est. Caeteri omnes habent, *quum ex mora obsidentem regem, et ex fama pestilentia urgeret;* nisi quod in Ms. Ryck. et Berol. non visitur *et*. Legendum autem proponit Titze: *Quum ex mora obsidentem regem, et fame pestilentia urgeret.* — *Æsapus.* Mire hoc in nomine variant codices.

18. *Romanaeque avaritiae.* Idem crimen Romanis obiicit Galgacus apud Tac. Agric. XXX, 10, *si locuples hostis est, avari sunt Romani.* De re ipsa Florus, ut parum solicitus est de ordine rerum gestarum. Nam rex navibus a Cyzico avectus, praelio, quo Lucullus copias ad Æsapum delevit, non interfuit. Quod hic narrat postea factum est, quum Mithridates post solutam obsidionem Cyzici, reparato exercitu, castra in Cabiris posuisset. Appianus in Mithr. Duker. — *Apparatumque belli gravem.* Reduxit Titz. antiquam illam lectionem, et nos illo auctore, quam libri omnes exhibent. Maluit Freinsh. *apparatuque*, quod inde etiam editores suscepere; sed ita porro τὸ *que* abiiciendum foret, quod recte observavit Dukerus. Fortasse Florus quum scriberet *apparatumque*, onerarias naves significare voluit, in quibus belli apparatus vehebatur.

19. *Quodam cum fluctibus procellisque commercio.* Ita Claudianus, Cons. Hon. v. 97: *O nimium dilecte deo, tibi militat aether, Et coniurati veniunt ad classica venti.* Quae autem poetam, non eadem semper historicum decent; ita ut merito Graevius haec verba, ut ventosa, in praefatione reprehendat.

20 Attritae iam omnes validissimi regni vires erant; sed
21 animus malis augebatur. Itaque conversus ad proximas
gentes, totum paene orientem ac septemtrionem ruina
sua involvit. Iberi, Caspii, Albani, et utraeque solicita-
bantur Armeniae; perque omnia et decus, et nomen,
22 et titulos Pompeio suo fortuna quaerebat. Qui, ubi
novis motibus ardere Asiam videt, aliosque ex aliis
prodire reges, nihil cunctandum ratus, priusquam
inter se gentium robora coirent, statim ponte navibus
facto, omnium ante se primus transit Euphratem; re-
gemque fugientem media nactus Armenia (quanta fe-
23 licitas viri!) uno praelio confecit. Nocturna ea dimica-
tio fuit; et luna in partibus: quippe quasi commilitans,
quum a tergo se hostibus, a facie Romanis praebuisset,
Pontici per errorem longius cadentes umbras suas,
24 quasi hostium corpora, petebant. Et Mithridates qui-
dem nocte illa debellatus est; nihil enim postea valuit,
quamquam omnia expertus, more anguium, qui, ob-

20. *Animus malis augebatur.* Inde Montesquieu, *Grandeur et Décad. des Romains, ch. 7: On ne voit pas ici des princes déjà vaincus par les délices et par l'orgueil, comme Antiochus et Tigrane; ou par la crainte, comme Philippe, Persée et Jugurtha; mais un roi magnanime, qui dans les adversités, tel qu'un lion qui regarde ses blessures, n'en était que plus indigné.* Ferrand, *Esprit de l'Histoire, Lettre XV: On retrouve dans l'ame seule de Mithridate tont ce qu'on a admiré dans le sénat après la bataille de Cannes.*

21. *Pompeio suo Fortuna.* Sic Lucanus VIII, 730: *Pompeius, Fortuna, tuus...*

22. *Primus transit Euphratem.* Hic fallitur Florus, ioquit Dukerus, nam Euphratem primus Romanorum transiit Lucullus, quum hunc ipsum Mithridatem insequeretur, qui fugerat ad Tigranem in Armeniam, ut explicat Plutarchus in vita Luculli. Titz. autem Florum excusat contendens quidem Florum dicere voluisse Pompeium Romanorum imperatorum primum fuisse qui Euphratem transierit, ponte navibus facto: quod quidem verum est.

23. *A tergo se hostibus, a facie Romanis* ete. Lipsius, et post eum alii optant rescribi: *quum a facie hostibus, a tergo Romanis se praebuisset.* Et huic quidem lectioni favet Plutarchus in vita Pompei tradens, Romanos tum in hostem euntes lunam a tergo habuisse, eamque iam occasui proximam. Quo factum, ut umbrae longius excurrerent, hostesque intervallum acierum quantum esset, quum

trito capite, postremum cauda minantur. Quippe quum 25
effugisset hostem per Colchos, Siciliae quoque litora,
et Campaniam nostram subito adventu terrere voluit:
Colchis tenus iungere Bosporon: inde per Thraciam, 26
Macedoniam, et Graeciam transilire: sic Italiam nec
opinatus invadere: tantum cogitavit: nam per defe-
ctionem civium, Pharnacisque filii scelere praeventus,
male tentatum veneno spiritum ferro expulit.

Cnaeus interim Magnus rebelles Asiae reliquias se- 27
quens, per diversa gentium terrarumque volitabat.
Nam sub Orientem secutus Armenios, captis in ipso
capite gentis Artaxatis, supplicem iussit regnare Tigra-

cernere non possent, veluti cominus iam congressis Romanis, tela frustra emitterent, neque quemquam tangerent. Sed id fortasse aliter tradidere, quos Florus auctores habuit.

25. *Quippe quum effugisset hostem per Colchos...cogitavit.* Longe aberravit Camillus Peregrinus, quum in Dissertationibus suis de felici Campania seu Capua antiqua priora huius loci verba refingi suasit in hunc modum: *Quippe quum effugisset hostem per Colchos, Scythiae quoque litora et claustra nostra subito adventu terrere...* Quae lectio non modo librorum auctoritate destituitur, sed ne in se quidem apte cohaeret, ut mirer eam a Graevio in medium productam, tamquam attentione et consideratione dignam. Meo quidem iudicio, totus iste locus non eget nisi distinctione et explicatione docta... Prima autem explicatio distinguenda est in qua Florus Mithridatis inter fugam consilium captum breviter et quasi in summa proponit. Ea pars continetur verbis: *Quippe quum effugisset hostem Colchos, Siciliae quoque litora et Campaniam nostram subito adventu terrere voluit...* admirans autem lector, quum audit, Mithridatem a Colchis remotissima terra, Siciliae atque Campaniae invadendae subitam spem concepisse, cogitur quaerere, quomodo id propositum exsequi rex speraril. Itaque hinc statim auctor altera parte ordinem eius consilii singulatim exponit: *Colchis tenus iungere Bosporum: inde per Thraciam, Macedoniam et Graeciam transilire: sic Italiam nec inopinatus invadere.* Pendent haec a superiore verbo *voluit*, quasi dicas, scilicet Colchis tenus iungere Bosporum etc. Intelligit autem hic *Bosporum* non Thracium, sed Cimmerium, atque ita significat Mithridatem in animo habuisse, sibi adiungere gentes inter Colchos et Bosporum interiectas, earumque auxilio bellum in Europam transferre voluisse. Verum quia rem tantam speravit rex magis, quam perficere potuit, significanter in fine expositionis Florus posuit: *tantum cogitavit.* Quæ verba per se sensum quodammodo suspendentia observabis nunc compleri sequentibus: *Nam per defectionem civium*, etc. Titze.

26. *Pharnacisque filii*, etc. *scelere praeventus.* Montesquieu, *Grandeur*

28 nem. At in Septemtrionem Scythicum iter, tamquam in mari, stellis secutus, Colchos cecidit; ignovit Iberiae; pepercit Albanis; regemque horum Orodem, positis sub ipso Caucaso castris, iussit in plana descendere; Arthocen, qui Iberis imperabat, et obsides liberos dare. Orodem etiam remuneratus est, ultro ab Albania
29 sua lectulum aureum, et alia dona mittentem. Nec non et in meridiem verso agmine, Libanum Syriae, Damascumque transgressus, per nemora illa odorata, per turis et balsami silvas, Romana circumtulit signa.
30 Arabes, si quid imperaret, praesto fuere. Hierosolymam defendere tentavere Iudaei: verum hanc quoque intravit, et vidit illud grande impiae gentis arcanum patens, sub aureo uti caelo: dissidentibusque de regno fratribus arbiter factus, regnare iussit Hircanum, Aristobulo, quia renovabat eam rem, catenas dedit.

et Décadence des Romains, chapitre 7: Trahi par Pharnace et par une armée effrayée de la grandeur de ses entreprises et des hasards qu'il allait chercher, il mourut en roi. — Male tentatum veneno spiritum. Racine, *Mithridate, acte V, scène 5:*

Vain secours, a-t-il dit, que j'ai trop combattu.
Contre tous les poisons soigneux de me defendre,
J'ai perdu tout le fruit que j'en pouvais attendre.

28. *Regemque horum Orodem.* Quod quidem, suadente Graevio, restituimus, pro *regem Colchorum Orodem,* quum constet Albanorum, non Colchorum regem Orodem fuisse, ac eumdem esse de quo paullo post legitur, *Orodem etiam remuneratus,* etc. Cui assentimus. Nam quum ante dictum esset Pompeium Colchos *cecidisse,* iam quae sequuntur, *Orodem.... iussit in plana descendere,* non adeo facile accipi possunt de Colchorum rege, quam de rege Albanorum, quibus Pompeius *pepercit.* — *In plana descendere.* Ne videlicet fiducia montium rebellaret. Ita factum supra II, 3, 15, et infra IV, 12, 59.

30. *Vidit illud grande impiae gentis arcanum patens.* Nostras Paul, *Traduction de Florus: Florus altère ici la vérité pour avoir occasion de maltraiter la nation Juive, regardée par les Romains comme un peuple également odieux et méprisable. Mademoiselle* Lefebvre, pag. 104, *rapporte deux passages, l'un de Joseph, et l'autre de Strabon, par lesquels on voit que cette vigne était un présent fait à Pompée par Aristobule. L'auteur des Annales Romaines* (690) *dit que c'était un ornement d'or, qui représentait un jardin avec des ceps de vigne, que par cette raison on nommait la vigne d'or: cet ornement*

Sic, Pompeio duce, populus Romanus totam, qua latissima est, Asiam pervagatus, quam extremam habebat imperii provinciam, mediam fecit. Exceptis quippe Parthis, qui foedus maluerunt, et Indis, qui adhuc nos non noverant, omnis Asia inter Rubrum mare, et Caspium, et Oceanum, Pompeianis domita vel oppressa signis tenebatur. 31

VI.

BELLVM PIRATICVM. *

Interim dum populus Romanus per diversa terrarum distractus est, Cilices invaserant maria; sublatisque commerciis, rupto foedere generis humani, sic maria bello, quasi tempestate praecluserant. 1
Audaciam perditis furiosisque latronibus dabat inquieta Mithridaticis praeliis Asia, dum sub alieni belli tumultu, exteri- 2

était estimé à 500 talents, c'est-à-dire, environ 500 mille écus. — *Sub aureo uti coelo.* Hoc loco foede a commentatoribus vexato coniiciebat Dukerus, *sub aureo vitem coelo.*

31. *Extremam ..... imperii provinciam.* Asiae minoris partem intelligit, quae proprie aliquando Asia Romanis dicebatur. Plin. VII, 26: *Summa summarum in illo gloria fuit, Asiam ultimam provinciarum accepisse, eamdemque mediam patriae reddidisse.* — *Omnis Asia ..... tenebatur.* Montesquieu, *Grandeur et Décad. des Romains*, ch. 7: *Ce fut alors que Pompée, dans la rapidité de ses victoires, acheva le pompeux ouvrage de la grandeur de Rome. Il unit au corps de son empire des pays infinis, ce qui servit plus au spectacle de la magnificence Romaine qu'à sa vraie puissance; et quoiqu'il parût par les écriteaux portés à son triomphe, qu'il avait augmenté le revenu du fisc de plus d'un tiers, le pouvoir n'augmenta pas, et la liberté publique n'en fut que plus exposée.*

* Cap. VI. Bellvm Piraticvm. Anno Vrbis 675, ante C. N. 79, P. Servilio Vatia Isaurico, Appio Claudio Pulchro consulibus. De Piratico bello multa Cicero in oratione, quam habuit de Laudibus Magni Pomp.; Liv. Epit. XCIX. Plura Plutarchus, Pompeio cap. 37; Aurel. Victor. cap. ult.; Valer. Max. VIII, 15, 8. Camers. Insuper Dion, lib. XXXVI.

1. *Cilices.* Auctores quidem belli, at plures populi in societate fuerunt. — *Tempestate praecluserant.* Ryckius adnotarat hoc pertinere ad morem

3 que regis invidia, impune grassantur. Ac primum, duce Isidoro, contenti proximo mari, Cretam inter atque Cyrenas, et Achaiam, sinumque Maleum, quod
4 a spoliis *Aureum* ipsi vocavere, latrocinabantur: missusque in eos Publius Servilius, quamvis leves et fugaces myoparonas gravi et martia classe turbaret, non
5 incruenta victoria superat. Sed nec mari submovisse contentus, validissimas urbes eorum, et diutina praeda abundantes, Phaselin et Olympon evertit, Isauronque ipsam arcem Ciliciae: unde, conscius sibi magni labo-

Romanorum. Nempe Romani hieme, qua fere gravissimae tempestates excitantur, non navigabant, et mare claudi dicebant. Piratas *maria claudere* etiam Cicero pro Lege Manilia cap. 12; Liv. XXXVII, 13; et Senec. Controv. 6, dicunt. DUKER.

2. *Dum sub alieni .... grassantur.* Dum impune currunt per favorem tumultus alieni belli, et odii in extraneum regem.

3. *Contenti proximo mari.* Vult Graevius ex vestigiis codicis Ryck. legi *non contenti.* Sed id nulla necessitas poscit. Idem et Dukerus mirantur, mare, quod statim circumscribit Florus, ab illo proximum piratis seu Cilicibus dici, quum tam vasta et satis longinqua spatia includat. Verum si rem recte consideres, et remotiores caeteras partes maris mediterranei compares, fatebere tamen illud proximum dici iure potuisse. Non est hic ergo ulla mutatione, aut correctione opus. TITZE. Illud probat Florum, sicut tuetur eruditissimus Titz., scripsisse *primum ... contenti proximo mari*, quod infra dicit: *Sub ipso hostis recessu, ... in aquas suas resiluerunt, et aliquanto latius quam prius.* — *Cretam.* Insulam in mari mediterraneo. — *Cyrenas.* Vrbem in litore Africae, supra Syrtem maiorem. — *Et Achaiam.* Quidam libri *Pyraeum, et Achaiam*: delenda vox *Pyraeum*, suadente numero librorum Mss. — *Sinumque Maleum quod...* Recte Vinetus *quod* refert ad superius nomen *mare.* Non credendum est autem Fabro suadenti legendum esse *iugum* pro *sinum*, quia inquit *Malea* sit non *sinus*, sed *promontorium* aut *iugum.* *Sinus Maleae* etiam apud Ovidium Amor. II, 2, 20: *Quo lateant Syrtes, quove Malea sinu*; et Amor. II, 16, 24: *Nec timeam vestros, curva Malea, sinus.*

4. *Myoparonas.* Turnebus Adversar. III, 4, *Myoparonas* a *Paro* insula, et *Myunte* urbe dictos putat. Magis placet sententia Scaligeri, nomen accepisse a μῦς et *Paros* (a qua etiam navigia quaedam *Parones* vocata fuere), eo quod angusti et oblongi essent, qualia sunt murium et mustelarum corpora. DUKER. — *Martia classe.* Martia classis est apta et instructa ad Martis opus, id est, ad pugnas, quum piraticae ad praedandum quam ad pugnandum, aptiores essent.

5. *Phaselin et Olympon.* Vrbes Lyciae, maritimae et maximae, quae piratarum et praedonum semper praecipuum domicilium et receptaculum

ris, *Isaurici* cognomen adamavit. Non ideo tamen tot 6
cladibus domiti, terra se continere potuerunt: sed ut
quaedam animalia, quibus aquam terramque colendi
gemina natura est, sub ipso hostis recessu, impatientes
soli, in aquas suas resiluerunt; et aliquanto latius,
quam prius. Sic ille ante felix Pompeius, nunc dignus 7
victoria visus est; et Mithridaticae provinciae facta
accessio. Ille dispersam toto mari pestem semel et in
perpetuum volens exstinguere, divino quodam apparatu aggressus est. Quippe quum classibus suis, et so- 8
cialibus Rhodiorum, abundaret, pluribus legatis atque
praefectis utraque Ponti et Oceani ora complexus est.
Gellius Tusco mari impositus, Plotius Siculo; Gratilius 9
Ligusticum sinum, Pompeius Gallicum obsedit; Torquatus Balearicum, Tiberius Nero Gaditanum fretum, qua primum maris nostri limen aperitur; Lentulus Libycum; Marcellinus Ægyptium; Pompeii iuvenes

fuerunt.—*Isauron*. Quae quidem urbs appellata fuit postea Claudiopolis, a Claudio qui in eam coloniam deduxit.

7. *Sic ille ante felix... nunc*, etc. Quid ista vox *ante?* errat Florus: non adhuc Mithridatem debellaverat Pompeius. — *Et Mithridaticae provinciae accessio*. Scil. ad Mithridaticam provinciam Pompeio per hanc victoriam accessio facta est: qui quidem error est supra notati consequentia. Nam Pompeium demum, finito bello cum piratis, adversus Mithridatem missum fuisse, constat e pluribus auctoribus, nempe Cicer. pro Lege Manilia, Plutarcho et Appiano.

8. *Vtraque Ponti et Oceani ora*. Os Ponti vocat Propontidis fauces; Oceani (Atlantici scilicet) os, fretum Gaditanum: sicut ipse paullo post explicat. — *Gellius*. Puto fuisse Gellium Poplicolam. — *Tusco mari*. Quod et Tyrrhenum vocatur. — *Plotius*. Quis sit iste Plotius non certum est.

9. *Gratilius*. Ignotus et ipse. I. F. Gronovius censet legendum *P. Atilius*. — *Ligusticum sinum*. Intra Corsicam et Liguriam. — *Pompeius*. Dukerus rescribi cupit *Pomponius*. — *Torquatus*. L. Manlius Torquatus. — *Balearicum*. Ad insulas Balearides e regione Hispaniae. — *Tiberius Nero*. Tiberius Claudius Nero. — *Maris nostri*. Sic vocat Florus Mediterraneum mare. — *Lentulus Libycum, Marcellinus Ægyptium*. Hic locus sic legendus: *Lentulus Marcellinus Libycum et Ægyptium*. Nam Appianus Africum mare Lentulo Marcellino tributum fuisse aperte docet. — *Pompeii iuvenes*. Cn. et Sext. Pompeii, filii Pompeii Magni, qui tunc imperabat, et Gallicum fretum obsederat.

10 Adriaticum; Varro Terentius Ægeum et Ponticum; Pamphylium Metellus; Asiaticum Caepio: ipsas Propontidis fauces Porcius Cato sic obditis navibus, quasi portam obseravit.

11 Sic per omnes aequoris portus, sinus, latebras, recessus, promontoria, freta, peninsulas, quidquid piratarum fuit, quadam indagine inclusum et oppressum
12 est. Ipse Pompeius in originem fontemque belli Ciliciam versus est: nec hostes detrectavere certamen; non ex fiducia, sed quia oppressi erant, ausi videbantur: sed nihil tamen amplius, quam ut ad primum
13 ictum concurrerent. Mox ubi circumfusa undique rostra viderunt, abiectis statim telis remisque, plausu undique pari, quod supplicantium signum fuit, vitam pe-
14 tiverunt. Non alias tam incruenta victoria usi umquam sumus: sed nec fidelior in posterum reperta gens ulla est. Idque prospectum singulari consilio ducis, qui maritimum genus a conspectu longe removit maris, et mediterraneis agris quasi obligavit; eodemque tempore et usum maris navibus recuperavit, et terrae homines
15 suos reddidit. Quod prius in hac mirere victoria? velocitatem, quod quadragesimo die parta est? an felicitatem, quod ne una quidem navis amissa est? an vero perpetuitatem, quod amplius piratae non fuerunt?

10. *Varro Terentius.* M. Terentius Varro, diligentissimus ille investigator antiquitatis; et cui Plinius VII, 30, et XVI, 4, navalem coronam hoc bello contigisse tradidit. — *Pamphylium Metellus.* Intra Rhodum et Cyprum insulas. — *Metellus.* Q. Caecilius Metellus, ut puto. — *Caepio.* Q. Servilius Caepio. — *Porcius Cato.* L. Porcius Cato, cuius meminit Epit. Liv. LXXIV. — *Obseravit.* Plures libri *observavit.*

12. *Quia oppressi erant, ausi videbantur.* Non ex nimia sui fiducia nobiscum pugnavere; sed id ausi videbantur, quia oppressi erant. Sic apud Liv. XXI: *Nec nunc illi quia audent, sed quia necesse est, pugnant.*

VII.

BELLVM CRETICVM. *

Creticum bellum, si vera volumus noscere, nos fe- 1
cimus sola vincendi nobilem insulam cupiditate. Favisse
Mithridati videbatur: hoc placuit armis vindicare. Pri-
mus invasit insulam Marcus Antonius, cum ingenti 2
quidem victoriae spe atque fiducia, adeo ut, plures
catenas in navibus, quam arma, portaret. Dedit itaque 3
poenas vecordiae: nam plerasque naves intercepere ho-
stes; captivaque corpora religata velis ac funibus pe-
pendere: ac sic velificantes triumphantium in modum
Cretes portubus suis adremigaverunt. Metellus deinde 4
totam insulam igni ferroque populatus, intra castella
et urbes redegit, et Gnossum, et Erythraeam, et, ut
Graeci dicere solent, *urbium matrem* Cydoniam: adeo- 5
que saeve in captivos consulebatur, ut veneno se ple-
rique conficerent; alii deditionem suam ad Pompeium
absentem mitterent. Et quum ille res in Asia gerens, 6
eo quoque praefectum misisset Antonium, in aliena

* Cap. VII. Bellvm Creticvm. Anno Vrbis 680, ante Christum natum 74; coss. L. Licinio Lucullo, M. Aurelio Cotta. De hoc bello Livii Epit. XCIX; Euseb. Lib. temporum; Eutrop. VI, 4; Valer. Max. VII, 6, 1 ext.

2. *Marcus Antonius.* Scilicet, pater illius Marci Antonii triumviri.

4. *Metellus.* Q. Caecilius Metellus. — *Gnossum.* Vrbem Cretae ad Septentrionem. — *Erythraeam.* Vrbem Cretae ad Erythraeum promontorium, et ab eo sic dictum.

6. *Antonium.* Dio lib. XXX, et Plutarch. in Pompeio, Octavium narrant a Pompeio missum. Sed potuit is quem Dio et Plutarchus Octavium vocant, aliis esse Antonius. In propriis enim saepe discrepant veteres. — *In aliena provincia inclytus fuit.* Qua de re optime Nostras Paul, in notis suae versionis: *Pompée eut toujours l'ambition de vouloir partager et même s'approprier la gloire des autres généraux: c'est un des reproches les plus fondés que lui fit Luculle, lorsqu'ils se prirent de parole pendant la guerre des pirates.* — *Victis.... victor.* Inconcinnum illud *victis.... victor:* nil tamen mutandum, quamquam suadeat Heinsius. — *Famosa.* Hanc vocem saepius in malam partem accipiunt aureae aetatis scriptores.

provincia inclytus fuit: eoque infestior Metellus in hostes ius victoris exercuit; victisque Lasthene et Panare, Cydoniae ducibus, victor rediit. Nec quidquam amplius tamen de tam famosa victoria, quam cognomen *Creticum*, reportavit.

VIII.

BELLVM BALEARICVM. *

1 Quatenus Metelli Macedonici domus bellicis nominibus assueverat, altero ex liberis eius *Cretico* facto, mora non fuit, quin alter quoque *Balearicus* vocaretur.
2 Baleares per idem tempus insulae piratica rabie corruperant maria. Homines feros atque sylvestres mireris
3 ausos a scopulis suis saltem maria prospicere. Adscendere etiam inconditas rates, et praenavigantes subinde
4 inopinato impetu terruere. Sed quum venientem ab alto Romanam classem prospexissent, praedam putantes, ausi etiam occurrere; et primo impetu ingenti lapidum
5 saxorumque nimbo classem operuerunt. Tribus quisque fundis praeliatur. Certos esse quis miretur ictus, quum haec sola genti arma sint, id unum ab infantia studium? Cibum puer a matre non accipit, nisi quem,

* CAP. VIII. BELLVM BALEARICVM. A. V. 631, ante Christum natum 123, coss. Q. Caecilio Metello Balearico, T. Quinctio Flaminio. De hoc bello Epit. Liv. LXX.

1. *Quatenus Metelli Macedonici*, etc. In hoc loco duo gravissimi errores. Primus in eo est, quod Q. Caecilium Metellum qui Cretam devicit, Creticum dictum facit, ante quam hic alter Metellus Balearicus dictus fuerit, quum constet, hunc Balearicum cognominatum fuisse totis circiter sexaginta annis, antequam prior ille Creticus diceretur. Alter vero error est, quod hunc Metellum Balearicum illius Metelli Cretici fratrem dicit, et utrumque Metelli Macedonici filium, quum certum sit Metellum Creticum non Metelli Macedonici fuisse filium et nepotem. ED. DELPH.

5. *Tribus.......fundis*. Ad missus longiores, vel propinquiores.

ipsa monstrante, percussit. Sed non diu lapidatione 6
terruere Romanos. Postquam cominus ventum est, exper- 7
tique rostra, et pila venientia, pecudum in morem, cla-
more sublato, petierunt fuga litora. Dilapsi in proxi- 8
mos tumulos, quaerendi fuerunt, ut vincerentur.

IX.

EXPEDITIO IN CYPRON.*

Aderat fatum insularum: igitur et Cypros recepta 1
sine bello. Insulam veteribus divitiis abundantem, et 2
ob hoc Veneri sacram, Ptolemaeus regebat; sed divi- 3
tiarum tanta erat fama, nec falso, ut victor gentium
populus, et donare regna consuetus, Publio Clodio
tribuno duce, socii vivique regis confiscationem man-
daverit. Et ille quidem ad rei famam veneno fata prae- 4
cepit. Caeterum Porcius Cato cyprias opes liburnis per 5

* CAP. IX. EXPEDITIO IN CYPRON. Anno Vrbis conditae 696, ante C. N. 58, coss. L. Calpurnio Pisone Caesonio, A. Sabino. Quod hoc capite continetur, habetur abunde a Plutarcho in vita Catonis iunioris. Meminit abbreviator Livii lib. CIV. CAMERS.

1. *Aderat fatum insularum.* Eodem redit illud supra, II, 16, 1: *quasi saeculum illud eversionibus urbium curreret.*

2. *Insulam veteribus ..... sacram.* Ingeniose hic Lipsius legendum coniiciebat, *Insulam veteribus deliciis abundantem*: quae lectio profecto magis convenit sequentibus, et *ob hoc Veneri sacram*, quam si cum libris retineamus *divitiis*. Recte igitur hanc Lipsii coniecturam contra Graevium defendit Dukerus. At qui Freinshemium sequuntur, servata voce *divitiis*, in sequentibus pro *ob hoc*, coguntur legere *ad hoc*, cui lectioni favent Ryck., Voss. III, atque edit. Bonon. legentes *ab hoc*. TITZE.

3. *Donare regna consuetus.* Cuius quidem rei non unum occurrit exemplum in historia Romana. At ne nos deludat vana munificentiae species apud populum, cuius abstinentia, quum regi devicto regnum restitueret, semper ad propriam utilitatem pertinebat: *Les Romains avoient accoustumé, de toute ancienneté, de laisser les rois qu'ils avoient surmontez en la possession de leurs royaumes, soubs leur auctorité,* « à ce qu'ils eussent des roys mesmes outils de la servitude »: *ut haberent instrumenta servitutis et reges* (Tac. *Agric.* 14). Montaigne, *Essais, II, chap.* 24.

5. *Liburnis.* De Liburnis multa

Tiberinum ostium invexit: quae res latius aerarium populi Romani, quam ullus triumphus, implevit.

X.

BELLVM GALLICVM. *

1 Asia Pompeii manibus subacta, reliqua, quae resta-
2 bant in Europa, fortuna in Caesarem transtulit. Resta-
bant autem immanissimi gentium Galli, atque Germa-
ni: et quamvis toto orbe divisa, tamen, qui vinceret,
habuit Britannia. Primus Galliae motus ab Helvetiis
coepit, qui Rhodanum inter et Rhenum siti, non suf-
ficientibus terris, venere sedem petitum, incensis moe-
3 nibus suis. Hoc sacramentum fuit, ne redirent: sed
petito tempore ad deliberandum, quum inter moras
Caesar, Rhodani ponte rescisso, abstulisset fugam,

Graevius ad II, 6, 49. *Liburnas* ea aetate vocatas constat, quae ante triremes, quadriremes, quinqueremes dicebantur, ut docet Scheffer, de Milit. Nav. II, 2. Duker.

* Cap. X. Bellvm Gallicvm. Quae hoc cap. continentur scribit Livii abbreviator lib. CIII et seqq.; Plutarchus, Caesare cap. 26, etc.; Sueton. Caesare, cap. 25; Appianus in Celtico; Lucanus in primo; et latius Caesar ipse in septem libris suorum commentariorum de Bello Gallico; vide etiam Plinium VII, 25, Eutropium, Orosium et caeteros. Camers.

2. *Toto orbe divisa.... Britannia.* Virgil. Eclog. I, 67: *Et penitus toto divisos orbe Britannos.* Claudianus, de Laud. Stilic. III, 149: *Vincendos alio quaesivit in orbe Britannos.* — *Sacramentum.* Iusiurandum.

3 *Quum inter moras Caesar..... abstulisset fugam.* Verba sunt Dukeri in nota ad hunc locum: *Non scio quam fugam dicat. Nam Caesar non ideo pontem Rhodani resciderat, ut Helvetiis facultatem effugiendi adimeret, sed ut eos transitu fluminis, in Allobrogum fines prohiberet.* Futilis est haec reprehensio. Lege Caesaris primum Commentarium: cognosces Florum in sua brevitate cum iudicio scripsisse. Nisi enim ponte ad Genevam rescisso moram Helvetiis iniecisset Caesar, dum copias suas augeret, ne consequi quidem eos postea per Sequanorum fines egressos, nedum ad praelium cogere, et clade imminutas in sedes suas repellere potuisset. Revera ergo, Rhodani ponte rescisso, fugam illis, id est evasionem, abstulit. Titze.

statim bellicosissimam gentem sic in sedes suas, quasi
greges in stabula pastor, deduxit. Sequens longeque 4
cruentior pugna Belgarum, quippe pro libertate pu-
gnantium. Hic quum multa Romanorum militum insi-
gnia, tum illud egregium ipsius ducis, quod, nutante
in fugam exercitu, rapto fugientis e manu scuto, in
primam volitans aciem, manu praelium restituit. Inde 5
cum Venetis etiam navale bellum: sed maior cum
Oceano, quam cum ipsis navibus, rixa: quippe illae
rudes et informes, et statim naufragae, quum rostra
sensissent; sed haerebat in vadis pugna, quum aestibus
solitis cum ipso certamine subductus Oceanus interce-
dere bello videretur. Illae quoque accessere diversita- 6
tes, pro gentium locorumque natura. Aquitani, calli-
dum genus, in speluncas se recipiebant: iussit includi.
Morini dilabebantur in sylvas: iussit incendi. Nemo 7
tantum feroces dixerit Gallos: fraudibus agunt. Indu-
ciomarus Treviros, Ambiorix convocavit Eburones.
Vtrique, absente Caesare coniuratione facta, invenere
legatos. Sed ille fortiter a Dolabella submotus est, 8
relatumque regis caput: hic, insidiis in valle disposi-

4. *Belgarum*. Galliae Belgicae populi. Hic autem Nervios Noster intelligit, qui in Belgis numerabantur. Ed. Delph. — *Hic cum multa...... tum illud*, etc. Hic et multa Romanorum militum praeclara facinora exstitere, et praecipue illud ipsius ducis eximium, quod..... etc. — *Manu praelium restituit*.... Quod posset explicari e Suetonio LXII, 1: *Inclinatam aciem solus saepe restituit, obsistens fugientibus, retinensque singulos, et, contortis faucibus, convertens in hostem*. Sed potius puto cum Freinshemio in indice, Ryckio et Perizonio ad hunc locum, idem esse, ac si Florus noster diceret, pugnando, et militis etiam, non ducis modo, officio fungendo, praelium restituisse. Dvker.

5. *Haerebat in vadis pugna .... intercedere bello videretur*. Sed praelium in vadis restabat, quum Oceanus, aestu recedente, se bello interponere videretur.

6. *Morini*. Belgii populi.

7. *Treviros*. Galliae Belgicae populi. — *Eburones*. Galliae Belgicae itidem populi. Horum regio Gallice vocatur *Liège*.

8. *Dolabella*. Caesar Dolabella nusquam inter suos numerat: coniiciunt *Labienum*. — *Perculit*. Pro *perculsus fuit*, inquit Anna, Fabri filia: gravissimus error; et vere quidem Ambiorix

tis, dolo perculit. Itaque et castra direpta sunt, et
aurum ablatum. Cottam cum Titurio Sabino legatos
ibi amisimus. Nec ulla de rege mox ultio, quippe per-
9 petua trans Rhenum fuga latuit. Nec Rhenus ergo
immunis; nec enim fas erat, ut liber esset receptator
hostium atque defensor.

10 Sed prima contra Germanos illius pugna, iustissimis
quidem ex caussis. Ædui enim de incursionibus eorum
11 querebantur. Quae Ariovisti superbia? Quum legati
dicerent: « Veni ad Caesarem »: « Quis est autem Cae-
sar? » et, « Si vult, veniat » inquit: et, « Quid ad
illum, quid agat nostra Germania? num ego me inter-
12 pono Romanis? » Itaque tantus gentis novae terror in
castris, ut testamenta passim etiam in principiis scri-
berentur. Sed illa immania corpora, quo erant maiora,
13 eo magis gladiis ferroque patuerunt. Qui calor in prae-
liando militum fuerit, nullo magis exprimi potest,
quam quod, elatis super caput scutis quum se testu-
dine barbarus tegeret, super ipsa Romani scuta salie-
14 runt; et inde in iugulos gladiis descendebant. Iterum
de Germano Tencteri querebantur. Hic vero iam Caesar

Romanos, dispositis insidiis, clade perculit, castraque diripuit, etc. — *Et aurum ablatum: Cottam*, etc. Perizonius hic ex auctoritate Caesaris legere vult, et *Aurunculeium Cottam*, etc., cui correctioni adsentit Dukerus.

9. *Immunis*. Intactus bello.

10. *Ædui*. Hodie *les Bourguignons*.

11. *Quae Ariovisti superbia?* Et certe laudanda superbia.

12. *Testamenta.... scriberentur* Hae de re nostras Paul, in notis suae versionis: *C'était l'usage des soldats Romains de faire leur testament de vive voix dans les occasions périlleuses, en déclarant leur dernière volonté en présence de leurs camarades. Ces testaments étaient valides.* Montesquieu (*Esprit des Lois, liv. XXVII*) *remarque qu'ils étaient différens des testamens appelés militaires, qui ne furent établis que par les constitutions des empereurs. Il observe encore, d'après Cicéron (liv. I de l'Orateur), qu'ils n'étaient point écrits et étaient sans formalités*, sine libra et tabulis. *Florus, en employant cette expression*, testamenta scriberentur, *paraît confondre les tems, et les deux testamens, de vive voix et par écrit.* — *Principiis. Principia*, est spatium quoddam in mediis castris, ubi tendebant duces, et praecipua signa defixa erant.

14. *De Germano Tencteri quere-*

ultro Mosulam navali ponte transgreditur, ipsumque
Rhenum: et Hercyniis hostem quaerit in sylvis: sed
in saltus et paludes genus omne diffugerat: tantum pa-
voris incussit intra ripam subito Romana vis! Nec semel 15
Rhenus, sed iterum quoque, et quidem ponte facto,
penetratus est. Sed maior aliquanto trepidatio: quippe
quum Rhenum suum sic ponte, quasi iugo, captum
viderent, fuga rursus in silvas ac paludes; et, quod
acerbissimum Caesari fuit, non fuere qui vincerentur.

Omnibus terra marique captis, respexit Oceanum; 16
et quasi hic Romanis orbis non sufficeret, alterum co-
gitavit. Classe igitur comparata, Britanniam petit.
Transit mira celeritate: quippe qui tertia vigilia Mo-
rino solvisset a portu, minus quam medio die insulam
ingressus est. Plena erant tumultu hostico litora, et 17
trepidantia ad conspectum rei novae carpenta volita-
bant. Itaque trepidatio pro victoria fuit. Arma et obsi-
des accepit a trepidis; et ulterius iisset, nisi improbam
classem naufragio castigasset Oceanus. Reversus igitur 18
in Galliam, classe maiore, auctisque copiis, in eumdem
rursus Oceanum, eosdemque rursus Britannos, Cali-
donias secutus in silvas, unum quoque e regibus Ca-
velianis in vincula dedit. Contentus his (non enim pro- 19

bantur Hic a Caesare dissentit Noster; Caesar enim tunc primum Rhenum transiit, postquam Tencterorum magnam stragem edidisset, libro IV, 4. Tencteri autem Germaniae sunt populi prope Rhenum — *Mosulam*. Galliae Belgicae fluvius, Gallice *Moselle*. — *Hercyniis in silvis*. Caesar *Hercynias silvas* non memorat, sed se, Rheno traiecto, in Sicambrorum fines venisse scribit, eosque se cum omnibus suis in solitudinem ac silvas abdidisse.

16. *Romanis*. Salmasius legit *Romanos*. — *Tertia vigilia*. Noctes in quatuor vigilias dividebantur; singulae vigiliae tribus horis constabant: tertia igitur vigilia incipere poterat a media nocte. Ed. Delph. — *Morino.... portu*. In Gallia Belgica.

17. *Improbam*. Id est, audaciorem.

18. *Cavelianis*. Plurimum variant hoc loco libri: sed ad Caesarem si revertamur, ex quo Florum haec exscripsisse verum sit, videatur legendum esse *e regibus Cassivelauni*, aut

vinciae, sed nomini studebatur), cum maiore, quam prius, praeda revectus est: ipso quoque Oceano tranquillo magis, et propitio, quasi imparem se fateretur.
20 Sed maxima omnium, eademque novissima coniuratio fuit Galliarum, quum omnes pariter Arvernos atque Biturigas, Carnutas simul Sequanosque contraxit ille, corpore, armis spirituque terribilis, nomine etiam quasi
21 terrore composito, Vercingetorix. Ille festis diebus, et conciliabulis, quum frequentissimos in lucis haberet,
22 ferocibus dictis ad ius pristinum libertatis erexit. Aberat tunc Caesar, Ravennae delectum agens, et hieme creverant Alpes: sic interclusum putabant iter. Sed ille, qualis erat ad nuntium (rem felicissimae temeritatis!), per invios ad id tempus montium tumulos, per intactas vias et nives, expedita manu emersus occupat Galliam, et ex distantibus hibernis castra contraxit; et ante in
23 media Gallia fuit, quam ab ultima timeretur. Tum ipsa capita belli aggressus urbes, Avaricum cum quadraginta millibus propugnantium sustulit; Alexiam ducentorum

Cassivelaunis: Titzius legit *Cassivelaunianis*; est autem Cassivelauni oppidum in Anglia.

19. *Provinciae*. Scilicet Angliae in provinciae formam redigendae. — *Quasi imparem se fateretur*, tumor poeticus, qui non decet historicum.

20. *Arvernos*. Hodie l'*Auvergne*. — *Biturigas*. Hodie *le Berri* — *Carnutas*. Hodie *le pays de Chartres*. — *Sequanos*. Hodie *les peuples de la Franche Comté* — *Nomine etiam quasi terrore composito*. Optime Salmasius proponit *quasi ad terrorem composito*.

21. *Conciliabulis*. Quidam libri *comitialibus*: male, ut nobis videtur; alii autem legere malunt *conciliatibus*.

22. *Sed ille, qualis erat ad nuntium (rem felicissimae temeritatis!)* Huius loci haec lectio verissima debetur Gronovio: antea legebatur *ad nuntium rei felicissimae temeritatis*. *Qualis erat ad nuntium*, significat, quo in habitu erat, quum nuntius coniurationis Gallorum ad se perferretur. Sic Ovid. in epistola Paridis vers. 119: *Et soror effusis ut erat Cassandra capillis, Quo ruis*, exclamat. — *Expedita manu*. Cum quibusdam copiis levi armatura: *sans train, sans bagage*. — *Hibernis*. Gallice *quartiers d'hiver*. — *Castra*; id est copias. — *Vltima*. Vltimam hic partem vocat quae prima venienti Caesari erat, et in Italiam obversa.

23. *Avaricum*. Hodie *Bourges*. — *Sustulit*, diruit, interfecit. — *Alexiam*. Oppidum in Celtis. — *Adaequavit*, solo.

quinquaginta millium iuventute subnixam flammis adaequavit. Circa Gergoviam Arvernorum tota belli moles 24
fuit: quippe quum octoginta millia muro, et arce, et abruptis defenderent, maximam civitatem vallo, sudibus, et fossa, inductoque fossae flumine, ad hoc decem 25
et octo castellis, ingentique lorica circumdatam, primum fame domuit: mox audentem eruptiones, in vallo gladiis sudibusque concidit; novissime in deditionem redegit. Ipse ille rex, maximum victoriae decus, sup- 26
plex, quum in castra venisset, tum et phaleras et sua arma ante Caesaris genua proiecit: « Habes, inquit: fortem virum, vir fortissime, vicisti ».

24. *Gergoviam.* Hodie *Clermont.* Errasse Florum qui de Gergovia scribat, quae Caesar de Alesia, hic animadverterunt plures; nam Caesar, Avarico capto, Gergoviam irrito conatu obsedit. Deinde ad Alesiam profectus Vercingetorigem, qui se cum octogiuta millibus armatorum in ea incluserat, ad deditionem redegit. — *Quippe quum octoginta millia muro,* etc. Scilicet, quum octoginta millia militum, murus et excisa saxa Gergoviam defenderent, primum eam maximam civitatem fame concussit, cinctam vallo, palis, fossa, et fluvio in fossam ducto, insuper decem et octo castellis, et permagna lorica; postea egredi audentem in vallo ense et palis trucidavit. Ed. Delph. — *Vallo*) *Vallum* autem erat exstructum terra, quae e *fossa* proiiciebatur; et hoc *vallum* muniebant infixi *sudes*, aut *pali*, aut *valli*. *Lorica* vero dicitur vallum sudibus turribusque instructum.

25. *Sudibus.* In opere dispositis.

26. *Habes.* Hic variant in *habe*, *habet*, *habes*, eodem fere semper sensu: *habe*, scilicet habe has phaleras et haec arma mea: *habet*, scilicet, ut dicebatur de vulneratis gladiatoribus, victus sum, sive quoque, bene habet tibi: *habes*, scilicet, habes victoriam etc.... Hic porro citabimus locum Plutarchi quo narratur quo modo Galliae reges se captivos dedere soliti fuerint: *Ceux d'Alexia après avoir donné beaucoup de travail à César et à eux-mêmes, finalement se rendirent;* et *Vercingetorix, celui qui avait suscité et conduit toute cette guerre, s'étant armé de ses plus belles armes, et ayant aussi paré et accoustré son cheval de même, sortit par les portes de la ville, et alla faire un tour à cheval à l'entour de César, étant assis en sa chaire: puis descendant à pied ôta tous les ornements à son cheval, et dépouilla toutes ses armes, qu'il jeta en terre, et s'alla seoir au pied de César sans mot dire, jusqu'à ce que César le bailla en*

XI.

BELLVM PARTHICVM.*

1 Dum Gallos per Caesarem in septemtrione debellat,
interim ad orientem grave vulnus a Parthis populus
2 Romanus accepit. Nec de fortuna queri possumus:
caret solatio clades. Adversis et diis et hominibus, cu-
piditas consulis Crassi, dum Parthico inhiat auro, un-
decim strage legionum, et ipsius capite multata est.
3 Et tribunus plebis Metellus exeuntem ducem hostilibus
diris devoverat: et quum Zeugma transisset exercitus,
rapta subitis signa turbinibus hausit Euphrates; et quum
4 apud Nicephorium castra posuisset, missi ab Orode
rege legati denuntiavere, « percussorum cum Pompeio
5 foederum Syllaque meminisset ». Regis inhians ille
thesauris, nihil, ne imaginario quidem iure, sed « Se-
6 leuciae se responsurum esse » respondit. Itaque dii

garde comme prisonnier de guerre, pour le mener à Rome en triomphe». Vie de César, trad. d'Amyot.

* CAP. XI. BELLVM PARTHICVM. Anno Vrbis 700, ante Christum natum 54, coss. L. Domitio Ahenobarbo, et Appio Claudio Pulchro. De hoc bello scribunt fere omnes. Epit. Liv. CVI; Appianus late libro Parth.; Plutarch. in Crasso; Iustin. XLII, 4, 4; Eutrop. VI, 6; Oros. VI, 13; Valer. Max. I, 6, 11; tangit etiam Plinius II, 5, 6, et V, 24, 6; Lucanus passim; Propertius, IV, 6, 83: quae loca debes Camerti et Freinshemio.

2. *Adversis et diis et hominibus, cupiditas consulis Crassi*, etc. Ita Seneca Quaest. Nat. V: *Parthis avaritia Crassum dabit: non horrebit revocantis diras tribuni, non tempestates longissimi maris, non circa Euphratem praesaga fulmina et deos resistentes; perque hominum deorumque iras ad aurum ibitur.* — *Vndecim.... legionum.* Valde auget cladem exercitus Romani. Nam Crassus habuit in exercitu septem legiones, equitum quatuor fere millia, totidemque levis armaturae, e quibus viginti millia caesa, decem millia capta sunt. Ita Plutarch. in Crasso, et Appianus in Parth. DVKER.

3. *Diris.* Furiis. — *Zeugma.* Syriae ad Euphratem oppidum.

4. *Nicephorium.* Mesopotamiae urbem, ad Euphratem sitam. — *Orode.* Orodes Artabani filius erat.

5. *Ne imaginario quidem iure.* Id est, ne quidem ullam iuris imaginem

foederum ultores, nec insidiis, nec virtuti hostium de-
fuerunt. Iam primum, qui solus et subvehere com- 7
meatus, et munire poterat a tergo, relictus Euphrates.
Tum simulato transfugae cuidam Mazarae Syro creditur,
dum in mediam camporum vastitatem, eodem duce,
ductus exercitus, ut undique hosti exponeretur. Ita-
que vixdum venerat Carras, quum undique praefecti 8
regis, Sillaces et Surenas, ostendere signa auro seri-
cisque vexillis vibrantia. Tum sine mora circumfusi
undique equitatus, in modum grandinis atque nim-
borum densa pariter tela fuderunt. Sic miserabili stra-
ge deletus exercitus. Ipse in colloquium solicitatus, 9
signo dato, vivus in hostium manus incidisset, nisi,
tribunis reluctantibus, fugam ducis barbari ferro oc-
cupassent. Sic quoque relatum caput ludibrio hosti
fuit. Filium ducis paene in conspectu patris eisdem 10
telis operuere. Reliquiae infelicis exercitus, quo quem-
que rapuit fuga, in Armeniam, Ciliciam, Syriamque
distractae, vix nuntium cladis retulerunt. Caput eius 11
recisum, cum dextera manu, ad regem deportatum
ludibrio fuit, neque indigno. Aurum enim liquidum
in rictum oris infusum est; ut, cuius animus arserat

aut speciem praetegens. Sic Antonius infra IV, 10, 2: *Neque caussa, neque consilio, ac ne imaginaria belli indictione, in Parthos impetum facit.* — *Seleuciae.* Oppidum in Parthis, ubi se Euphrates cum Tigride coniungit.

7. *Iamprimum*, etc. Supple ex praecedd., et ut appareat quantum dii adfuerint virtuti hostium, insidiisque, et mentem Romani ducis turbaverint, *Iam primum*..... Gallice *d'abord, sans aller plus loin*.... — *Mazarae.* In hoc nomine multum variant codices et editiones.

8. *Carras.* Carrae, Mesopotamiae oppidum.

9. *Occupassent*, Praevenissent. — *Sic quoque.* Pendent haec verba a praecedentibus; nisi barbari fugam Crassi ferro occupassent, hic vivus in hostium manus incidisset, eis ludibrio futurus: *sic quoque* tamen, nempe, licet occisus fuerit, eius caput abscissum hosti ludibrio datum fuit.

11. *Vt, cuius animus auri arserat cupiditate*, etc. Sic apud Iustinum I, 8, 13: *Scytharum regina caput Cyri amputatum in utrem humano sanguine repletum coniici iussit, cum hac exprobratione crudelitatis: Satia te, inquit, sanguine quem sitisti, cuiusque insatiabilis semper fuisti.*

auri cupiditate, eius etiam mortuum et exsangue corpus auro ureretur.

XII.

ANACEPHALÆOSIS.*

1 Haec est illa tertia aetas populi Romani transmarina,
qua Italia progredi ausus, orbe toto arma circumtulit.
Cuius aetatis superiores centum anni sancti, pii, et, ut
2 diximus, *aurei*, sine flagitio, sine scelere, dum sincera
adhuc et innoxia pastoriae illius sectae integritas; dum-
que Poenorum hostium imminens metus disciplinam
3 veterem continebat. Postremi centum, quos a Cartha-
ginis, Corinthi, Numantiaeque excidiis, et Attali regis
Asiatica hereditate deduximus in Caesarem et Pom-
peium, secutumque hos, de quo dicemus, Augustum,
ut claritate rerum bellicarum magnifici, ita domesti-
4 cis cladibus miseri et erubescendi. Quippe sicut Gal-
liam, Thraciam, Ciliciam, Cappadociam, uberrimas

CAP. XII. ANACEPHALÆOSIS. Praeverterat Florus ante historiarum et temporum ordinem, cuius facti caussa supra II, 19, 5, et in hac anacephalaeosi rationem assignat, ut scilicet hos populi Romani omnes motus domesticos separatos ab externis iustisque bellis ex ordine prosequatur. Continet hoc caput compendiose materiam 11 capitum immediate praecedentium, et 13 immediate sequentium. Plura et his quae hoc capite continentur lege apud divum August. Civit. III, 26. CAMERS.

2. *Sectae.* Vulgo secta pro ratione et instituto vitae dicitur, Romani scilicet illi aureae aetatis vitam pastoriam, admodum innoxiam, sequebantur. — *Poenorum hostium imminens metus..... continebat.* Sallust. Iugurth. XLI: *ante Carthaginem deletam metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat.*

4. *Quippe sicut* etc. Nam sicut honestum atque gloriosum est comparasse Galliam, Thraciam, Ciliciam, Cappadociam feracissimas fortissimasque provincias; Armenios quoque et Britannos domuisse qui licet non ad fructum comparati, tamen magna nomina sunt ad maiestatem imperii ampliandam, ita, etc.

validissimasque provincias, Armenios etiam, et Bri-
tannos, ut non in usum, ita ad imperii speciem,
magna nomina acquisisse, pulchrum atque decorum;
ita eodem tempore dimicasse domi cum civibus, sociis, 5
mancipiis, gladiatoribus, totoque inter se senatu, turpe
atque miserandum. Ac nescio, an satius fuerit populo 6
Romano, Sicilia et Africa contento fuisse, aut his
etiam ipsis carere, dominanti in Italia sua, quam eo
magnitudinis crescere, ut viribus suis conficeretur.
Quae enim res alia furores civiles peperit, quam nimia 7
felicitas? Syria prima nos victa corrupit: mox Asiatica
Pergameni regis hereditas. Illae opes atque divinae
afflixere saeculi mores; mersamque vitiis suis, quasi
sentina, rempublicam pessumdedere. Vnde enim po- 8
pulus Romanus a tribunis agros et cibaria flagitaret,
nisi per famem, quam luxu fecerat? Hinc ergo Grac-
chana et prima et secunda, et illa tertia Apuleiana
seditio. Vnde regnaret iudiciariis legibus divulsus a 9

6. *Nescio an satius fuerit populo Romano*, etc. Egregie hanc sententiam refert ipsa Roma apud Claud. de Bello Gild. XV, 103: *heu prospera fata! Quid mihi septenos montes turbamque dedisti, Quae parvo non posset ali? felicior essem Angustis opibus: mallem tolerare Sabinos, Et Veios; brevior duxi securius aevum, Ipsa nocet moles: utinam remeare liceret Ad veteres fines, et moenia pauperis Anci! Sufficerent Etrusca mihi, campanaque culta, Et Quincti Curiique seges, patriaeque petenti Rusticus inferret proprias dictator aristas!* Quae quidem autem sententia ea est quam proferre possit poeta, at non historicus, rerum caussarumque omnium peritus. Quum enim Roma a principio per vim et latrocinia, per fas et nefas imperium constituisset, in eo discrimine versabatur, ut periret, aut omnes subigeret populos: quod quidem optime expressit Montesquieu, *Grandeur et Décadence des Romains, chap. I: « Rome était dans une guerre éternelle et toujours violente: or, une nation toujours en guerre, et par principe de gouvernement, devait nécessairement périr, ou venir à bout de toutes les autres ». — Viribus suis conficeretur.* Vnde Virgilius exclamat, Æneid. VI, 833: *Neu patriae validas in viscera vertite vires!*

8. *Gracchana et prima et secunda.* Tiberii et Caii Gracchorum, de quibus vide infra cap XIV, XV. — *Apuleiana seditio.* Appuleii Saturnini, cap. XVI.

9. *Iudiciariis legibus.* Iudiciariae leges hic eae sunt, quibus ad equites Romanos a senatu iudicia translata

senatu eques, nisi ex avaritia, ut vectigalia reipublicae, atque ipsa iudicia in quaestu haberentur? Hinc rursus et promissa civitas Latio, et per hoc arma sociorum.
10 Quid autem bella servilia? unde nobis, nisi ex abundantia familiarum? Vnde gladiatorii adversus dominos suos exercitus, nisi ad conciliandum plebis favorem effusa largitio, quum spectaculis indulget, supplicia
11 quondam hostium artem facit? Iam ut speciosiora vitia tangamus, nonne ambitus honorum ab iisdem divitiis incitatus? Atqui inde Mariana, inde Syllana tempestas.
12 Aut magnificus apparatus conviviorum, et sumtuosa largitio, nonne ab opulentia paritura mox egestatem?
13 Haec Catilinam patriae suae impegit. Denique illa ipsa principatus et dominandi cupido, unde, nisi ex nimiis opibus, venit? Atqui haec Caesarem atque Pompeium furialibus in exitium reipublicae facibus armavit.
14 Hos igitur populi Romani omnes domesticos motus, separatos ab externis iustisque bellis, ex ordine prosequemur.

XIII.

CAVSSA SEDITIONVM TRIBVNITIA POTESTAS.*

1 Seditionum omnium caussas Tribunitia potestas excitavit, quae, specie quidem plebis tuendae, cuius in

sunt. Eas Caius Gracchus tulit. Ed. Delph.

10. *Nisi ad conciliandum .... artem facit.* Nisi immoderata largitio ad captandam plebis auram, *quae* quum spectaculis studet, artem reddit, quod olim fuit supplicium hostium.

11. *Speciosiora vitia.* Ea scilicet, quae speciem quamdam pulchri et virtutis habeant; Sallust. Catil. XI: *Sed primo magis ambitio quam avaritia animos hominum exercebat: quod tamen vitium propius virtutem erat.*

12. *Haec Catilinam patriae suae impegit.* Sic Caesar apud Suetonium dicit, iis *quos maior criminum vel inopiae luxuriaeque vis urgeret, quam ut subveniri posset a se, opus esse bello civili.*

* Cap. XIII. Cavssa seditionvm tri-

auxilium comparata est, re autem, dominationem sibi
acquirens, studium populi ac favorem agrariis, fru-
mentariis, iudiciariis legibus aucupabatur. Inerat om- 2
nibus species aequitatis. Quid enim tam iustum, quam 3
recipere plebem *ius* suum a patribus? ne populus gen- 4
tium victor, orbisque possessor, extorris aris ac focis
ageret. Quid tam aequum, quam inopem populum vi- 5
vere ex aerario suo? Quid ad ius libertatis aequandae 6
magis efficax, quam ut, senatu regente provincias, or-
dinis equestris auctoritas saltem iudiciorum regno ni-
teretur? Sed haec ipsa in perniciem redibant; et mi- 7

BVNITIA POTESTAS. Ab hoc capite ordiuntur librum operis huius quartum plures codices: convenientius certe, quam fit in reliquis libris et editionibus usque adhue in lucem datis, in quibus a bello Catilinario quartus deducitur liber, nulla, quae quidem ex auctoris mente redeat, ratione.

1. *Seditionum caussas tribunitia potestas excitavit.* Ferrand, *Esprit de l'Histoire, lettre XIV: « L'établissement des tribuns, loin de terminer les anciens troubles, devenu abusif à sa naissance même, fut la cause et le soutien de ceux que l'on vit ensuite..... Les tribuns avaient été accordés au peuple pour le défendre; ils lui persuadèrent bientôt de se servir d'eux pour attaquer; de façon que ce nouveau pouvoir politique, au premier vice de son institution, joignit tout à coup celui d'agir en sens opposé de son administration même ».* — *Agrariis.* Quibus legibus sancitum erat, ut agri a privatis per vim occupati plebi dividerentur. — *Frumentariis.* Quibus legibus continebatur, ut frumentum, quod copiosissime ex Africa et Sicilia advehebatur, semis et triente venderetur plebi. — *Iudiciariis.* De quibus vide cap. praec.

3. *Quid enim tam iustum quam recipere plebem ius suum a patribus?* Sine dubio Gronovius recte iudicavit pro *ius* reponendum esse *rus.* Nam de agrariis legibus hic loquitur Florus. Assentiunt critici doctissimi. TITZE.

4. *Extorris aris ac focis ageret.* Barthius Adversar. libr. XXXIV, cap. 10, et post illum Freinshemius, maluerunt *extorris* agris *ac focis agerent.* At dubito, an *agri* ac *foci* sic apud quempiam veterum coniungantur. At per *aras* ac *focos* recte significantur *domorum atque agrorum* possessiones; nam rustica plebs in agris fere habitabat, et arae iuxta aedes aut in aedibus ipsis, sicut foci, habebantur, quod docent comici. Caeterum vulgatam lectionem tuetur Florus capite sequenti iisdem fere verbis scribens, *ne populus gentium victor orbisque possessor, laribus ac focis suis exsularet.* Videsne ergo quid per *aras* auctor supra designare voluerit? TITZE.

5. *Inopem populum vivere ex aerario suo.* Ex aerario depromebatur pecunia, qua coemeretur frumentum, quod vili pretio vendebatur propter plebis inopiam. Hoc scilicet frumentarias leges respicit. ED. DELPH.

8 sera respublica in exitium suum sui merces erat: nam et a senatu in equitem translata iudiciorum potestas vectigalia, id est, imperii patrimonium supprimebat;
9 et emtio frumenti, ipsos reipublicae nervos, exhauriebat aerarium. Reduci plebs in agros unde poterat sine
10 possidentium eversione, qui ipsi pars populi erant? et tamen relictas sibi a maioribus sedes aetate, quasi iure hereditario possidebant.

XIV.

SEDITIO TIBERII GRACCHI. *

1 Primam certaminum facem Tiberius Gracchus accendit, genere, forma, eloquentia, facile princeps.

7. *Respublica in exitium suum sui merces erat.* Sic Petronius Bello Civili de eadem re, *Roma ipsa sui merces erat.* Ita Velleius, II, 22, 7: *ut quisque sui periculi merces foret.* Idem II, 28, 4: *fieretque quisque merces mortis suae.*

8. *Nam et a senatu....supprimebat* Equites enim suae societati favendo, vel ludificabant locationem, vel remittebant, vel redemptionis parte relevabant. Propterea etiam iudicia equitibus non referenda erant, quia *ils étaient les traitans de la république; ils étaient avides: ils semaient les malheurs dans les malheurs, faisaient naître les besoins publics des besoins publics, et loin de donner à de telles gens la puissance de juger, il aurait fallu qu'ils eussent été sans cesse sous les yeux des juges.* Montesquieu, *Esprit des Lois, chap. XVII.*

10. *Et tamen.* Subiunge statim post *possidentium eversione? et tamen,* etc.

* Cap. XIV. Seditio Tiberii Gracchi. Anno Vrbis 621, ante C. N. 133, coss. P. Mucio Scaevola, L. Calpurnio Frugi. Seditionem Tiberii Gracchi scribunt Liv. Epit. LVIII; latius Appianus, de Bello Civili; Aurel. Victor. cap. 64; plura Plut. in vita Gracchorum; August. Civit. III, 34; Valer. Max. I, 4, 2; III, 2, 17; IV, 7, 1; VII, 2, 6. Oros V, 7, 8; et alibi passim: quae loca debes Camerti.

1. *Genere...facile princeps.* Hic celeber admodum tribunus patrem habuit Tiberium Sempronium Gracchum, consularem triumphalemque virum, matremque Corneliam Scipionis Africani. Sempronia gens plebeia quidem, sed affinis Romae amplissimis gentibus. Itaque non stricte intelligendum est τὸ *facile princeps*, quod quidem, ut animadvertit Freinshemius, quidquid dat intelligendum, non re-

Sed hic, sive Mancinianae deditionis, quia sponsor 2
foederis fuerat, contagium timens, et inde popularis;
sive aequo et bono ductus, quia depulsam agris suis 3
plebem miseratus est, ne populus gentium victor, or-
bisque possessor, laribus ac focis suis exsularet, qua-
cumque mente, rem ausus ingentem. Postquam roga- 4
tionis dies aderat, ingenti stipatus agmine rostra con-
scendit! nec deerat obvia manu tota inde nobilitas, et
Tribuni in partibus. Sed ubi intercedentem legibus 5
suis Cnaeum Octavium videt Gracchus, contra fas col-
legii, ius potestatis, iniecta manu, depulit rostris;
adeoque praesentis metu mortis exterruit, ut abdicare
se magistratu cogeretur: sic triumvir creatus dividen- 6
dis agris. Quum ad perpetranda coepta, die comitio-
rum, prorogari sibi vellet imperium, obvia nobilium
manu, eorumque, quos agris moverat, caedes a foro

vera continet. Gracchus enim non genere clarissimus erat civium omnium; eiusque familia non tam nobilis erat, quam nobilitate aucta. — *Eloquentia.* Cicero Orator. Illustr. agens de Carbone et Tib. Graccho, *Vterque*, inquit, *summus orator ..... Habemus orationes nondum satis splendidas verbis, sed acutas prudentiaeque plenissimas.* Hic autem Tiberius Gracchus seditionum concitor, alioqui, ut ait Vell. Paterc. II, 2, *vir vita innocentissimus, ingenio florentissimus, proposito sanctissimus, tantis denique adornatus virtutibus, quantas perfecta et natura et industria mortalis conditio recipit.*

2. *Mancinianae deditionis.* C. Hostilius Mancinus Numantinis, ut ignominiam et dedecus a se cum illis icti foederis expiaret, deditus fuit. Tiberius autem Gracchus quo quaestore et auctore id foedus ictum fuerat, similis iudicii vel poenae discrimen metuebat. EDIT. DELPH.

3. *Rem.... ingentem.* Tiberius Gracchus complures leges nobilitati adversas tulit: sed Florus hic agit de lege agraria, ne quis plus quingenta iugera agri possideret, et quod superesset pauperibus civibus divideretur. DUKER.

4. *Obvia manu.* Nempe, ut videtur, aderat obvia, contraria, nobilium turba. Porro haec verba, ingrata quidem, delenda censuit Tollius.

5. *Intercedentem.* Propria vox, id est, resistentem, vetantem. — *Cnaeum Octavium.* Cicero, Livius, Appianus, Plutarchus *Marcum* praenomen Octavio ponunt. — *Contra fas collegii.* Octavius enim Gracchi collega. — *Triumvir.* Alii *triumviratus.*

6. *Obvia nobilium manu.* Minime grata est hoc et sequenti capite eorundem verborum repetitio, ex quibus

7 coepit. Inde quum in Capitolium profugisset, plebemque ad defensionem salutis suae, manu caput tangens, hortaretur, praebuit speciem regnum sibi et diadema poscentis; atque ita, duce Scipione Nasica, concitato in arma populo, quasi iure oppressus est.

XV.

SEDITIO CAII GRACCHI. *

1 Statim et mortis et legum fratris sui vindex, non
2 minore impetu incaluit Caius Gracchus. Qui quum
pari tumultu atque terrore plebem in avitos agros arcesseret, et recentem Attali hereditatem in alimenta
3 populo polliceretur, iamque nimius et potens altero
4 tribunatu, secunda plebe volitaret, obrogare auso

loca corrupta esse probabile est, sed sequendi sunt libri. — *Moverat*. Expulerat.

7. *Praebuit speciem regnum sibi et diadema poscentis*. Haec erat calumnia senatus. — *Quasi iure oppressus est*. Ferrand, *Esprit de l'Histoire*, *lettre XIV*: «*Les Gracques voulaient une révolution, ce que personne n'a le droit de vouloir, ce qui dans un état constitué doit être un arrêt de mort: le leur était donc prononcé par la loi, par le bien, par l'ordre public. Il ne fut pas exécuté par des moyens légaux, parcequ'eux-mêmes avaient rendu ces moyens impossibles; parcequ'en troublant la société, ils s'étaient mis en état de guerre; parcequ'en faisant valoir les droits de la multitude, c'est-à-dire, les lois du plus fort, ils s'étaient soumis à cette loi qui paralyse toutes les autres*».

* Cap. XV. Seditio Caii Gracchi. A. V. 624, ante C. N. 123, coss. Q. Caecilio Metello Balearico, T. Quinctio Flaminino. Quae hic scribuntur habentur latius a Livio LX et LXI; Appian. de Bello Civili libr. I; Plutarch. in vita Gracch.; Oros. V, 12; Valer. Max. I, 7, 6; IV, 7, 2; VI, 8, 3; VIII, 10, 1; IX, 4, 3; Item Agell. II, 13; meminit Plin. XXIII, 2; Aurel. Vict. cap. 65; August. Civit. III, 24. Camers.

1. *Statim*. Decimo anno post Tiberii Gracchi mortem.

2. *Attali hereditatem*. Hoc de Tiberio, non Caio Graccho, produnt Plutarchus; Epit. Liv. LVIII.

3. *Nimius et potens*. Accedimus N. Heinsii coniecturae *iamque nimius et impotens*, etc. *Nimius*, id est, ferox, intolerabilis.

4. *Obrogare*. Quidam *abrogare*: quibus quidem verbis non eadem significatio, ut apparet ex pluribus vete-

legibus suis Minucio tribuno, fretus comitum manu,
fatale familiae suae Capitolium invasit. Inde proximo- 5
rum caede depulsus, quum se in Aventinum recepisset, inde quoque obvia senatus manu, ab Opimio consule oppressus est. Insultatum quoque mortis reliquiis; 6
et illud sacrosanctum caput Tribuni plebis percussoribus auro pensatum est.

XVI.

SEDITIO APVLEIANA. *

Nihilominus Apuleius Saturninus Gracchanas asse- 1
rere leges non destitit: tantum animorum viro Marius dabat! qui nobilitati semper inimicus, consulatu suo

rum locis et hic Ciceronis praecipue de Republ. III, apud Lactantium VI, 8: *Huic legi nec obrogari fas est, neque derogari ex hoc aliquid licet, neque tota abrogari potest.* Porro ex communi scriptorum usu lex ROGATVR, dum *fertur*; ABROGATVR, dum *tollitur*; DEROGATVR *legi* vel *de lege*, quum per novam legem aliquid veteri legi *detrahitur*; SVBROGATVR quum aliquid adiicitur; OBROGATVR quum nova lege *infirmatur*. Ea igitur differentia inter duas voces OBROGARE et ABROGARE, quod dicitur ABROGARI LEGEM quum alia lege nominatim tollitur; et OBROGARI LEGI, quum nulla superioris legis mentione facta, aliquid contrarium posteriore lege rogatur. Hic autem apud Florum, si legitur *obrogare legibus Gracchi*, intelligendum est eas *lege contraria tollere*.

5. *Ab Opimio consule*. Quod quidem varie relatum est. Vide Plutarch. Servo cervicem praebuisse scribit Velleius II, 6. Is fuit miserabilis exitus clarissimi illius viri: qui quidem, ut refert Cicero, Orator. Illustr., fratrem etiam eloquentia superavit. *Vir et praestantissimo ingenio, et flagranti studio; et doctus a puero Caius Gracchus ...... Diutius si vixisset ...... eloquentia quidem nescio an habuisset parem neminem. Grandis est verbis, sapiens sententiis, genere toto gravis.*

6. *Sacrosanctum caput tribuni plebis.* Iam tribunatu abierat Caius Gracchus; quare, abdicato magistratu, sacrosanctus esse desierat.

* CAP. XVI. SEDITIO APVLEIANA. A. V. 654, ante C. N. 100, C. Mario VI, L. Valerio Flacco coss. De Apuleiana seditione scribunt Livius LXIX; Appian. de Bello Civil. libro I; Plutarch. in Mario; Valer. Max. III, 2, 18; Auctor de Viris Illustr. cap. 67 et 73; Oros. V, 17. CAMERS.

1. *Qui*. Mariumne an Apuleium intelligit? Certe de Apuleio haec di-

praeterea confisus, occiso palam comitiis Annio, com-
petitore tribunatus, subrogare conatus est in eius lo-
cum Caium Gracchum, hominem sine tribu, sine no-
mine; sed subdito titulo, in familiam ipse se adoptabat.
Quum tot tantisque ludibriis exsultaret impune, ro-
2 gandis Gracchorum legibus ita vehementer incubuit,
ut senatum quoque cogeret in verba iurare, quum
abnuentibus aqua et igni interdicturum se minaretur.
3 Vnus tamen exstitit, qui mallet exsilium. Igitur, post
Metelli fugam, omni nobilitate perculsa, quum iam
tertium annum dominaretur, eo vesaniae progressus
est, ut consularia quoque comitia nova caede turbaret.
Quippe ut satellitem furoris sui Glauciam consulem
4 faceret, Caium Memmium competitorem interfici iussit,
et in eo tumultu regem ex satellitibus suis se appella-
tum laetus accepit. Tum vero iam conspiratione sena-
5 tus, ipso quoque iam Mario consule, quia tueri non
6 poterat, adverso, directae in foro acies. Expulsus inde,
Capitolium invasit; sed quum abruptis fistulis obsi-
deretur, senatuique per legatos poenitentiae fidem

cumlur. Quid lamen lum significal *consulatu suo*? Sic hunc locum inlerpretatur Titze, quem loquentem inducemus: *de Apuleio haec dicta accipe, non de Mario, sicut et quae sequuntur* consulalu suo praelerea confisus. *Nam ut ex Plutarchi Mario discimus, consulatum sextum Marius opera praesertim Glauciae et Saturnini, turbulentissimorum hominum, divisa tributim pecunia, adeptus erat. Hinc Saturninus Marii hunc consulatum tamquam suum considerabat, quippe quem illi opera sua paraverat.* Sagax prorsus explicalio, el vera, ut nobis videlur. — *Annio.* Tanta hoc in nomine varietas, ul nihil certi constilui possil. — *Caium Gracchum.* Florus non recte scribil Saturninum subdititium hunc Gracchum in locum Nonii subrogare voluisse. Nam ipsum sibi allerum lribunatum petiisse, et in Nonii occisi locum tribunum esse factum, tradunl omnes alii. Deinde Saturninus tertium tribunus plebis crealus est in annum sequentem una cum falso illo Graccho. Appian. Civil. I, 369. Dvker. — *Hominem sine tribu.* Hoc est servum, ul autem scriptores quidam tradunt, fugitivum. — *In familiam.* Gracchorum scilicet. — *Vnus.* Melellus Numidicus — *Consularia comitia.* Nempe ea comilia quae ad nominandos consules habebantur.

6. *Fistulis.* Quibus aqua suppeditabatur.

faceret, ab arce degressus, cum ducibus factionis re-
ceptus in curiam est. Ibi eum, facta irruptione, popu- 7
lus fustibus saxisque coopertum in ipsa quoque morte
laceravit.

XVII.

DRVSIANA SEDITIO. *

Postremo Livius Drusus, non tribunatus modo viri- 1
bus, sed ipsius etiam senatus auctoritate, totiusque
Italiae consensu, easdem leges asserere conatus, dum 2
aliud captat ex alio, tantum conflavit incendium, ut
nec prima illius flamma posset sustineri, et subita
morte correptus, hereditarium in posteros suos bel-
lum propagaret. Iudiciaria lege Gracchi diviserant 3
populum Romanum, et bicipitem ex una fecerant ci-
vitatem. Equites Romani tanta potestate subnixi, ut
qui fata fortunasque principum haberent in manu,

7. *Laceravit.* A Rabirio caput eius per convivia circumlatum fuisse scribit Aurelius victor cap. 63.

* Cap. XVII. Drvsiana seditio. A. V. 663, ante Christum natum 91, L. Marcio Philippo, Sexto Iulio Caesare coss. Scribunt hac de re Epit. Liv. LXX, LXXI; Valer. Max. IX, 5, 2; Auctor de Viris Illustr. c. 66; Oros. V, 18; Appian. de Bello Civili, libr. I, pag 371. Camers.

2. *Bellum.* Sociale scilicet, de quo infra.

3. *Bicipitem ex uno fecerant civitatem.* Varro apud Nonium in dictione *biceps*, eisdem fere verbis citatur. *Gracchus Senatui iniquus equestri ordini iudicia tradidit, ac bicipitem civitatem fecit, discordiarum fontem.* — *Interceptis vectigalibus.* Vid. supra III, 12, 13. — *Suo iure.* Sua auctoritate, potestate, quae ipsis legibus concessa erat, qua prave usi. — *Metelli.* De quo capite superiori. — *Rutilii.* P. Rutilius Rufus legatus fuerat Scaevolae proconsulis, et a Publicanorum, hoc est, equitum, iniuriis Asiam defenderat: quare invisus ordini equestri, penes quem iudicia erant, repetundarum damnatus, in exsilium pulsus fuit. De illo Velleius Paterc. II, 12: *P. Rutilium, virum non seculi sui, sed omnis aevi optimum, interrogatum lege repetundarum, cum gemitu civitatis, damnaverant equites.*

interceptis vectigalibus, peculabantur suo iure rempublicam. Senatus exsilio Metelli, damnatione Rutilii
4 debilitatus, omne decus maiestatis amiserat. In hoc statu rerum, pares opibus, animis, dignitate (unde et nata Livio Druso aemulatio exarserat), equitem Servi-
5 lius Caepio, senatum Livius Drusus asserere. Signa, et aquilae, et vexilla aderant: caeterum sic urbe in una, quasi in binis castris, dissidebatur. Prior Caepio in senatum impetu facto, reos ambitus Scaurum et Philip-
6 pum, principes nobilitatis, elegit. His motibus ut resisteret Drusus, plebem ad se Gracchanis legibus evocavit, eisdem socios ad plebem spe civitatis erexit. Exstat vox ipsius, « Nihil se ad largitionem ulli reliquisse, » nisi si quis aut coenum dividere vellet, aut caelum».
7 Aderat promulgandi dies, quum subito tanta vis hominum undique apparuit, ut hostium adventu obsessa
8 civitas videretur. Ausus tamen obrogare legibus consul Philippus: sed apprehensum faucibus viator non ante dimisit, quam sanguis in ora et oculos redundaret. Sic per vim latae, iussaeque leges: sed pretium rogationis statim socii flagitare: quum interim imparem Drusum, aegrumque rerum temere motarum,

4. *Vnde et nata Livio Druso aemulatio*) *Vnde* ad τὸ *dignitate* referri debet. Nam inde nata Livio Druso aemulatio, quod eques dignitate par esset senatui. — *Asserere*. Defendere.

5. *Caeterum*. Pro *sed*, ut saepe Florus et alii ponunt. — *Elegit*. Eos elegit, ut ambitus accusaret.

6. *Plebem ad se... erexit*. Merito Salmasius profitebatur sibi religioni esse, vulgatam solicitare. Ferri tamen potest vox *eisdem*, quamvis sequatur *spe civitatis*, modo haec verba a caeteris ita, ut nos fecimus, distinguas Et vel etiam tolerari poterit verbum *erexit*, ubi cum Freinshemio explices, plebem sibi, et socios plebi reddidit faventes. Sed tamen hic ipse pro *erexit*, coniiciebat *traxit*, quod non contemnendum censebant Tollius, Perizonius, Dukerus. Mihi potior est auctoritas Flori ipsius, qui paene eadem verba capite sequenti repetit. Tizz.

8. *Obrogare*. De hac voce supra cap. XV. — *Viator*. Dissentit expresse Valerius Maximus IX, 5, 2: *Obtorta gula, et quidem non per viatorem, sed clientem suum*.

9. *Imparem*. Hoc est, qui impar erat solvendo ea quae promiserat,

matura, ut in tali discrimine, mors abstulit. Nec ideo minus socii promissa Drusi a populo Romano reposcere armis desierunt.

XVIII.

BELLVM SOCIALE. *

Sociale bellum vocetur licet, ut extenuemus invi- 1
diam: si verum tamen volumus, illud civile bellum fuit: quippe quum populus Romanus Etruscos, Latinos, Sabinosque miscuerit, et unum ex omnibus sanguinem ducat, corpus fecit ex membris, et ex omnibus unus est; nec minore flagitio socii intra Italiam, 2
quam intra urbem cives, rebellabant.

Itaque, quum ius civitatis, quam viribus auxerant, 3
socii iustissime postularent, ad quam spem eos cupidine dominationis Drusus erexerat; postquam ille do- 4
mestico scelere oppressus est, eadem fax, quae illum cremavit, socios in arma et oppugnationem Vrbis accendit. Quid hac clade tristius? quid calamitosius? 5
quum omne Latium, atque Picenum, Etruria omnis, atque Campania, postremo Italia, contra matrem ac

nempe ius civitatis. — *Matura ut in tali discrimine*, nempe, opportuna, quum esset in tali discrimine.

* CAP. XVIII. BELLVM SOCIALE. A. V. 664, ante C. N. 90. coss. Iulio Caes. Rutilio Lupo. Bellum Sociale scribunt Epit. Liv. LXXI et seqq. latius Appianus de Bello Civ. lib. I, pag. 373 etc. Aurel. Vict. c. 63 et 75; Valer. Maxim. VIII, 6, 4; Aug. Civit. III, 17, 26; Plin. XXXIII, 1; Eutrop. V, 1; Oros. V, 18; Euseb. libro temporum; Solin. cap. 2; Plutarch. Sylla cap. 8; Strabo lib. V, pag. 166. CAMERS.

1. *Corpus fecit ex membris.* Supra I, 1, 9, *Ex variis quasi elementis unum corpus congregavit.*

3. *Civitatis, quam viribus auxerant*) *Ils étaient pour ainsi dire les mains avec lesquelles Rome enchainait l'univers.* MONTESQUIEU, *Grandeur et Décadence des Romains, chap.* 9.

5. *Latium.* Non mihi persuadet Florus, totum Latium et Etruriam hoc

6 parentem suam Vrbem consurgerent; quum omne
robur fortissimorum fidelissimorumque sociorum sub
suis quisque signis haberent municipalia illa prodigia:
Popedius Marsos, et Latinos Afranius; Vmbros totus
senatus et consules; Samnium Lucaniamque Telesinus:
7 ut, quum regum et gentium arbiter populus ipsum se
regere non posset, victrix Asiae Europaeque a Corfi-
nio Roma peteretur!

8 Primum fuit belli in Albano monte consilium, ut
festo die Latinarum Iulius Caesar et Marcius Philippus

bello a Romanis defecisse. Italiam paene totam, ad mare superum et Apenninum, et ad mare inferum a Liri fluvio usque ad mare Adriaticum, arma adversus Romanos suscepisse, intelligi potest ex Appiano Civil. I, pag. 374. Dvker.

6. *Municipalia illa prodigia.* Quid hae voces significent non plane intelligo; et iis explicandis multum variant interpretes. Coëffeteau vertebat: *Un tas de prodiges issus des villages que nos honneurs ont rendus insolens*: Nostras Levayer: *Je ne sais quels prodiges de fortune dont la patrie est à peine connue*; Nostras Paul, *Des hommes obscurs et ignorés jusqu' alors.* Inter autem commentatores, Anna Fabri filia de hoc loco: «Duces qui singulis municipiorum copiis praeerant *prodigia* vocat Florus, quod adversus matrem et parentem consurgerent». — *Popedius Marsos.... Lucaniamque Telesinus.* Locus conclamatus, nec sine ope aliorum, quam quos habemus, codicum, integritati restituendus. Vitium praecipue obsidet verba *totus senatus et consules.* Nam, quod quidam autumant, Florum hic loqui de consulibus, et senatu illo, quem socii rebellantes ex suo corpore tum Corfinii crearunt, non video quo modo caeteria quae hic leguntur, apte conveniat. Itaque illis potius accesserim, qui in his verbis corruptis latere putant ducem alium et populum Italicum, praeter hos quos cernimus, a Floro hic consignatum. Titze. Porro postquam Freinshemii, Graevil, Annae, Ruperti, Perizonii, Tollii, et Dukeri coniecturas recensuit vir eruditissimus, quem loquentem induximus, hunc locum sic refingendo concludit: *Popedius Marsos et Latinos; Afranius Vmbros; totos Æquatius Tuscos; Samnium Lucaniamque Telesinus*, etc.

7. *Vt quum regum.... victrix*, etc. Ex libris legendum, *quum regum... ut victrix*, etc. at minime dubium quin τὸ *ut* transponendum sit initio huius loci, ut transposuimus. — *Corfinio.* Hanc urbem caput imperii constituendi elegerant Socii. Vell. Paterc. II, 13.

8. *Iulius Caesar.* Subscribo felicissimae Freinshemii coniecturae, quae, post Stadii censuram, hunc *Iulium Caesarem* redonat librariis, afferens nobis lectionem verissimam: *Nam ipse Rutilius cos.* Id est, *consul.* Ex *Rutilius* scribae imperiti fecerunt *Iulius*; ex nota *cos.* produxerunt *Caesar.* Titze.

consules, inter sacra et aras, immolarentur. Postquam 9
id nefas proditione discussum est, Asculo furor omnis
erupit, in ipsa quidem ludorum frequentia trucidatis,
qui tum aderant ab Vrbe, legatis. Hoc fuit impii belli
sacramentum. Inde iam passim ab omni parte Italiae, 10
duce et auctore belli discursante Popedio, diversa per
populos et urbes signa cecinere. Nec Annibalis, nec 11
Pyrrhi, fuit tanta vastatio. Ecce Ocriculum, ecce Grumentum, ecce Faesulae, ecce Carseoli, Reate, Nuceria, et Picentia caedibus, ferro et igne vastantur. Fusae 12
Rutilii copiae, fusae Caepionis: nam ipse Iulius Caesar,
exercitu amisso, cum in Vrbem cruentus referretur,
miserabili funere mediam etiam Vrbem perviam fecit.
Sed magna populi Romani fortuna, et semper in ma- 13
lis maior, totis denuo viribus insurrexit: aggressique
singuli populos, Cato discutit Etruscos; Gabinius Mar-
sos; Carbo Lucanos; Sylla Samnites. Strabo vero 14
Pompeius, omnia flammis ferroque populatus, non prius finem caedium fecit, quam Asculi eversione, Manibus tot exercituum, consulum, direptarumque urbium diis litaretur.

9. *Discussum est*. Detectum est. — *Asculo*. Picenorum urbe. — *Legatis*. Hic videtur Florus *legatos* appellasse, qui pro praetoribus, aut consulibus erant.

10. *Signa cecinere*. Id est, tubae, cornua. Sic saepe Virgilius, *Signa canunt*.

11. *Grumentum*. Lucaniae oppidum. — *Carseoli*. Vrbs Æquorum. — *Reate*. Vrbs in Sabinis fuit. — *Nuceria*. Vrbs Vmbrorum.

12. *Caepionis*. Qui praetor erat. — *Iulius Caesar*. Lege hic etiam *Rutilius consul*, ut supra. — *Miserabili funere mediam etiam urbem perviam fecit*. Locus corruptissimus: inter autem coniecturas quibus hunc restituere tentaverunt, placet ea praecipue, quam protulit Titze. Hunc locum, inquit, sic puto a Flori manu venisse: *Nam ipse Rutilius consul, exercitu amisso, quum in urbem cruentus referretur, (miserabili fine) media in turba per viam defecit*. Cuius coniecturae veritati favet et Appiani et Orosii historia.

13. *Cato*. L. Porcius Cato. — *Discutit*. Opprimit. — *Gabinius*. A. Gabinius.

14. *Strabo vero Pompeius*. Pompeii Magni pater.

XIX.

BELLVM SERVILE. *

1 Vtcumque, etsi cum sociis (nefas!), cum liberis
tamen et ingenuis, dimicatum est. Quis aequo animo
2 ferat in principe gentium populo bella servorum? Pri-
mum Servile bellum inter initia Vrbis, Herdonio Sa-
bino duce, in ipsa Vrbe tentatum est; quum, occu-
pata tribunitiis seditionibus civitate, Capitolium obses-
sum est, et a consule captum: sed hic tumultus magis
fuit, quam bellum. Mox, imperio per diversa terrarum
occupato, quis crederet Siciliam multo cruentius ser-
vili, quam Punico bello esse vastatam?

3 Terra frugum ferax, et quodammodo suburbana
provincia, latifundiis civium Romanorum tenebatur.
Hic ad cultum agri frequentia ergastula, catenatique
4 cultores, materiam bello praebuere. Syrus quidam no-
mine Eunus (magnitudo cladium facit, ut memineri-
mus), fanatico furore simulato, dum Syriae deae comas

* CAP. XIX. BELLVM SERVILE. A. V. 619, ante C. N. 135, coss. Servio Fulvio Flacco, Q. Calpurnio Pisone. Servile bellum quod in Sicilia gestum est scribunt Epit. Livii LVI; Plut. Crasso, cap. 18; Oros. V, 8; Eutrop. IV, 3; Euseb lib. temporum; August. Civit. Dei, III, 26. Animadvertendum hoc bellum gestum ante bellum sociale. CAMERS.

1. *Vtcumque, etsi*, etc. Titze legendum censet, *utcumque et cum sociis nefas*, etc. De re autem intellige, etsi cum sociis nefas est dimicare, tamen, utcumque hoc se habet, cum liberis hominibus dimicatum est.

2. *Primum servile bellum*. Observa oeconomiam auctoris, qui hoc loco demum mentionem facit primi servilis tumultus, quamvis is incidit in anno Vrbis 293. Res erat minoris momenti, nec digna quae peculiari loco in epitomis secundae aetatis commemoraretur. Itaque eam huic loco reservavit, similibusque, sed maioribus rebus adiunxit. — *Mox*. At deinde.

3. *Latifundiis*. Quidam *late fundis* melius forsan. Quamquam tamen saepius hanc vocem *latifundia* scriptores usurpant. — *Ergastula*. Loca ubi servi vincti operantur. — *Materiam bello*. Supra dixit c. 12: *Quid autem bella servilia? Vnde nobis nisi ex abundantia familiarum?*

4. *Fanatico furore*. Fanatici proprie dicebantur sacerdotes: et fanaticus

iactat, ad libertatem et arma servos, quasi numinum
imperio, concitavit; idque ut divinitus fieri probaret, 5
in ore abdita nuce, quam sulphure et igne stipaverat,
leniter inspirans, flammam inter verba fundebat. Hoc 6
miraculum primum duo millia ex obviis, mox iure
belli refractis ergastulis, sexaginta amplius millium fecit
exercitum; regiisque, ne quid malis deesset, decoratus
insignibus, castella, oppida, vicos miserabili direptio-
ne vastavit. Quin illud quoque (ultimum belli dedecus!) 7
capta sunt castra praetorum; nec nominare ipsos pu-
debit; castra Manilii, Lentuli, Pisonis, Hypsaei. Itaque
qui per fugitivarios retrahi debuissent, praetorios du-
ces, profugos praelio, ipsi sequebantur.

Tandem Perperna imperatore supplicium de eis
sumtum est. Hic enim victos, et apud Ennam novis- 8

furor est furor divinus, quali sacerdotes corripi putabantur, oraculum edituri: *furor* et *furere*, propria etiam sunt verba inspiratorum, quo et Graeci μάντεις dixerunt ἀπὸ τῆς μανίας. — *Dum Syriae deae comas iactat.* Locus intellectu difficilis. Notissimum prorsus fanaticos comam et caput iactare solitos: at quo sensu postea subiungi potest *Syriae deae?* Anna Fabri filia sic hunc locum Gallice vertit: *Tandisqu'à tout propos le drôle ne parle que des cheveux de la déesse syrienne: car* (insuper addit Anna) *il jurait par ses cheveux*. Cui quidem explicationi minime accedimus. Nostras autem Le Vayer, et Nostras Paul: *Et secouant horriblement ses cheveux au nom de la déesse Cybèle.* Quod melius placet.

6. *Hoc miraculum.* Non dubito quin scripserit Florus *hoc miraculo*, ut sequentia *fecit exercitum* referantur ad Eunum. Freinshemius. — *Iure belli.* Quod igitur ius belli servis?... multa verba supplenda sunt, ut intelligas; scilicet quum incoeptum bellum eos quasi in priora iura vindicaret. — *Regiisque, ne quid malis deesset*, etc. An ideo gravior erat Eunus populo Romano, quod regiis ibat decoratus insignibus? Ita: usque adeo regium ei nomen invisum erat, et tyrannis reformidata.

7. *Fugitivarios.* Dicuntur fugitivarii, qui fugitivis adduntur, ut eos retrahant.

8. *Perperna.* Pro *Perperna*, Pighius in annalibus Romanis ad annum 622, Florum scripsisse putat *P. Rupilio.* Is enim omnium auctorum consensu hoc bellum servile confecit. Quod si verum est, etiam inferius idem nomen corrigendum foret, ut recte admonuit Dukerus. Titze. — *Ennam.* Vrbem Siciliae mediterraneam. — *Fame, ex qua pestilentia.* Textum ita restituimus ex Anna Fabri, corruptum in veteribus libris, ubi legitur *quasi pestilentia.* — *Ovatione.* Minoris

sime obsessos, quum fame, ex qua pestilentia, consumsisset, reliquias latronum compedibus, catenis religavit, crucibusque punivit; fuitque de servis ovatione contentus, ne dignitatem triumphi servili inscriptione
9 violaret. Vixdum respiraverat insula, quum statim servi, et a Syro reditur ad Cilicem. Athenio pastor, interfecto domino, familiam ergastulo liberatam sub signis
10 ordinat. Ipse veste purpurea, argenteoque baculo, et regium in morem fronte redimita, non minorem, quam ille fanaticus prior, conflat exercitum; acriusque multo, quasi et illum vindicaret, vicos, castella, oppida diripiens, in dominos, in servos infestus, quasi in transfu-
11 gas, saeviebat. Ab hoc quoque praetorii exercitus caesi, capta Servilii castra, capta Luculli. Sed Aquilius, Perpernae usus exemplo, interclusum hostem commeatibus ad extrema compulit, communitasque copias armis fame facile delevit: dedissentque se, nisi suppliciorum
12 metu voluntariam mortem praetulissent. Ac ne de duce quidem supplicium exigi potuit, quamvis in manus venerit: quippe dum circa ad prehendendum eum multitudo contendit, inter rixantium manus praeda lacerata est.

triumphi genus est, quod concedebatur imperatoribus, quum aut bella non rite indicta, neque cum iusto hoste gesta essent; aut hostium nomen humile et non idoneum esset, ut servorum piratarumque; aut deditione repente facta, impulverea (ut dici solet) incruentaque victoria obveniret. Agell. V, 6. Ovans nec curru vectus, nec trabeam, nec togam pictam indutus, pedibus urbem exercitu praeeunte ingreditur, ut testatur Dionysius V, 46, qui ovationem *pedestrem triumphum* vocat. Farnabi.

9. *Quum statim servi.* Subaudi, adsunt. Quidam legunt *a servis*, nullo sensu, nisi ita suppleas, *quum statim servi a servis*. Statim autem est 31 annis post incoeptum ab Euno bellum. — *Et a Syro reditur ad Cilicem.* Eunus Syrus erat, et Cilix pastor Athenio, de quo infra.

11. *Communitasque copias armis.* Id est, armis probe instructas, quasi hoc dicat Florus, servos hostem armis repulisse, sed fame domitos fuisse. Si in vulgata lectione nihil vitii est, vix alia potest esse horum verborum sententia. Aliae editiones habent *comminutas*.

12. *Circa ad prehendendum eum.* Hoc loco multae prolatae fuerunt

XX.

BELLVM SPARTACIVM. *

Enimvero servilium armorum dedecus feras: nam 1
et ipsi per fortunam in omnia obnoxii, tamen quasi
secundum hominum genus sunt, et in bona libertatis
nostrae adoptantur. Bellum Spartaco duce concitatum,
quo nomine appellem, nescio: quippe quum servi mi- 2
litaverint, gladiatores imperaverint, illi infimae sortis
homines, hi pessimae, auxere ludibrio calamitatem.
Spartacus, Crixus, Œnomaus, effracto Lentuli ludo, 3
cum triginta haud amplius eiusdem fortunae viris eru-
perunt Capua: servisque ad vexillum vocatis, quum
statim decem amplius millia coissent hominum, non
modo effugisse contenti, iam vindicari volebant. Prima

coniecturae et mutationes. At nos maluimus servare lectionem Mss. et editionum veterum.

* Cap. XX. Bellvm Spartacivm. A. V. 681, ante C. N. 73, coss. M. Terentio Varrone, Lucullo Cassio Varo. De bello contra Spartacum gesto scribunt Ep. Liv. XCV; Oros. V, 24; Eutrop. VI, 2; Front. I, 5, 20 et 21; I, 7, 5; Augustin. Civit. Dei, III, 26. Copiose Plutarchus in Crasso; Appian. de Bello Civil. libro I, pag. 423; Claud. de Bello Getico, Carm. XXVI, 155; Lucanus, II, 554. Camers.

1. *Enimvero*. Hoc principium huius capitis abruptum, sicut complurium aliorum, probare videtur, ut iam monuimus, Florum bella sua uno tenore non per capita descripsisse. — *Nam et ipsi*, etc. Hunc locum corruptum restituere conati sunt legendo, *Nam etsi*..... magis placet coniectura quam recentissime Titze protulit, *Nam ut ipsi*..... et sciendum *ut* hic poni pro *ut ut*.

2. *Illi infimae sortis homines, hi pessimae*, etc. T. Faber pro *pessimam* rescribendum censuit *pessimae*; bene, ut videtur. — *Ludibrio*. Ludibrium autem, quo auctam in hoc bello calamitatem Romanorum Florus ait, in eo consistebat, quod vilissimi isti et pessimi homines, subito duces et imperatores haudquaquam contemnendos se praestabant.

3. *Crixus*. Libri variant in hoc nomine. — *Viris*. Ἄνδρας vocat qui potius ἀνδράποδα erant. Vetus liber *ludis*; pro quo *ludiis*, id est saltatoribus legendum Salmasius proponebat. — *Ad vexillum*. In libris antiquis post haec verba, legitur *ad auxilium*, quae verba expungimus, ut glossam aut diversam lectionem mar-

4 velut ara viris mons Vesuvius placuit. Ibi quum obsiderentur a Clodio Glabro, per fauces cavi montis vitineis delapsi vinculis, ad imas eius descendere radices; et exitu invio, nihil tale opinantis ducis subito impetu
5 castra rapuere: inde alia castra. Deinceps Coram, totamque pervagatur Campaniam: nec villarum atque vicorum vastatione contenti, Nolam atque Nuceriam, Thurios atque Metapontum terribili strage populantur.
6 Affluentibus in diem copiis, quum iam esset iustus exercitus, e viminibus pecudumque tegumentis, inconditos sibi clipeos; e ferro ergastulorum recocto
7 gladios ac tela fecerunt. Ac ne quod decus iusto deesset exercitui, domitis obviis gregibus, paratur equitatus, captaque de praetoribus insignia et fasces ad du-
8 cem detulere. Nec abnuit ille de stipendiario Thrace miles, de milite desertor, inde latro, dein in honore
9 virium gladiator; qui defunctorum quoque praelio ducum funera imperatoriis celebravit exequiis, captivos-

gini antiquorum librorum adscriptam, quam male imperiti scribae in textum receperunt. Quam tamen, si acceptam habere velis, muta cum I. F. Gronovio his verbis, et *ad pileum*, hoc est, ad libertatem.

4. *Ara.* Freinshemius legendum proponebat *arena*: temere, quum omnes libri in *ara* consentiant. Florus Vesuvium, in quem fugitivi se receperant, vocat aram, quia servi solebant, quum graviter deliquissent, ad aras fugere. — *Clodio Glabro.* Livius vocat *Claudium Pulchrum*; Appianus vero *Varinium Glabrum*. — *Vitineis.* Alii *vitigineis*, alii *vimineis*, alii *vixineis*, alii *vixinis*. — *Exitu invio.* Id est, et quum descendissent exitu invio. Male in antiquis quibusdam libris legebatur *exitu in uno*. — *Inde alia castra.* Locus suspectus, et nulla librorum auctoritate, at coniectura tantum restituendus.

5. *Coram.* Corruptus locus, quum Cora sit urbs Volscorum in Latio, ad quam non pervenit Spartacus. Plures coniecerunt *oram*, scilicet Campaniae: alii aliud urbis nomen restituere conati sunt; nec felicissime. — *Nuceriam.* Vrbs Campaniae. Alii *Luceriam*. — *Thurios.* Magnae Graeciae urbs in sinu Tarentino. — *Metapontum.* Vrbs magnae Graeciae maritima, inter Casuentum et Bradanum fluvios sita.

7. *Obviis gregibus.* Hoc puto pertinere ad feros equos, qui multi erant in saltibus Apuliae. Dvker.

8. *Stipendiario Thrace.* Hoc est, natus erat in Thracia provincia stipendiaria.

9. *Captivos circa rogum iussit.... depugnare.* Quod quidem spectaculum

que circa rogum iussit armis depugnare, quasi plane
expiaturus omne praeteritum dedecus, si de gladiatore
munerator fuisset. Inde iam consulares quoque ag- 10
gressus, in Apennino Lentuli exercitum percecidit:
apud Mutinam Caii Cassii castra delevit. Quibus ela- 11
tus victoriis, de invadenda urbe Romana, quod satis
est turpitudini nostrae, deliberavit.

Tandem etiam totis imperii viribus contra mirmil- 12
lonem consurgitur; pudoremque Romanum Licinius
Crassus asseruit, a quo pulsi fugatique (pudet dicere)
hostes in extrema Italiae refugerunt. Ibi circa Bruttium 13
angulum clusi, quum fugam in Siciliam pararent, ne-
que navigia suppeterent, ratesque ex cratibus, et dolia
connexa virgultis in rapidissimo freto frustra experi-
rentur, tandem eruptione facta, dignam viris obiere
mortem; et, quod sub gladiatore duce oportuit, sine 14
missione pugnatum est. Spartacus ipse in primo agmine
fortissime dimicans, quasi imperator, occisus est.

edi solebat in imperatorum Romanorum exsequiis. — *Munerator*. Hoc est, qui praebet spectacula, munus, gladiatores.

10. *Lentuli*. Cnaei Cornelii Lentuli Clodiani consulis. — *Mutinam*. Galliae Cispadanae urbem, hodie *Modène*. — *Caii Crassi*. Qui praetor erat.

12. *Mirmillonem*. Mirmillones dicebantur gladiatores quidam qui ex Gallia venerant. Mirmillo autem non erat Spartacus, sed ex Thracia oriundus. Sed aliquando *mirmillo* pro quovis gladiatore sumtus, ut hoc loco. EDIT. DELPH. — *Licinius Crassus*. Praetor. — *Asseruit*. Vltus est. — *A quo pulsi fugatique (pudet dicere) hostes*, etc. Titze melius legit: *a quo pulsi fugatique (pudet dicere hostes)*, etc.

13. *Angulum*. Sinum. — *Frustra experirentur*. Frustra tentarent adscendere.

14. *Sine missione*. Hoc est, ad certam mortem. Missio enim erat gratis deserendi pugnam, quae quandoque dabatur victis gladiatoribus.

XXI.

BELLVM CIVILE MARIANVM.

1 Hoc deerat unum populi Romani malis, iam ut ipse intra se parricidale ferrum domi stringeret, et in urbe media ac foro, quasi arena, cives cum civibus suis,
2 gladiatorio more concurrerent. Æquiore animo utcumque ferrem, si plebeii duces, aut si nobiles mali saltem, ducatum sceleri praebuissent. Iam vero, pro facinus! qui viri! qui imperatores! decora et ornamenta saeculi sui, Marius et Sylla, pessimo facinori suam etiam dignitatem praebuerunt.
3 Tribus, ut sic dixerim, sideribus agitatum est: primo et levi, et modico, tumultu magis, quam bello,
4 intra ipsos armorum duces subsistente saevitia: mox atrocius et cruentius, per totius viscera senatus gras-
5 sante victoria: ultimum non civicam modo, sed hostilem quoque rabiem supergressum est: quum armorum furor totius Italiae viribus niteretur, eo usque odiis saevientibus, donec deessent, qui occiderentur.

Cap. XXI. Bellvm civile Marianvm. Bellum Marianum scribunt fere omnes: Epit. Liv. LXXVII et seqq. Plut. in vitis Marii et Syllae; August. Civit. III, 27 et 28; Eutrop. libr. V per totum; Oros. V, 19; Aurelius Victor, cap. 67, 68, 69 et 75; copiose Appianus de Bello Civili, libr. I, p. 338, etc.; Val. Max. I, 5, 5; II, 3, 1; VI, 8, 2; VI, 9, 14; IX, 2, 2; Solin cap. 40; plura et Lucanus, II, 67. Camers.

1. *Ferrum.* Vulgo *bellum*: *ferrum* autem ex ed. P.

2. *Mali.* Perversi, contemnendi.

3. *Sideribus.* Hic *sidus* pro tempestate positum. — *Tumultu magis quam bello.* In aliis legitur, *tumultu maiori quam bello* Melius placet vulgata.

4. *Per... viscera.. grassante.* Id est, lacerante viscera senatus.

5. *Non civicam modo, sed hostilem quoque rabiem supergressum est.* Lucanus dixit *bella plusquam civilia*, nullum gradum relinquens, quo crescere possent. At Florus supra *civilia* ponit *hostilia*, quod falsum, ut ratio et politici probant. Huius belli immanitatem melius designat Montesquieu, *Grand. et Décad. des Romains*, *chap.* 11, his verbis: *Outre la jalousie,*

Initium et caussa belli, inexplebilis honorum Marii 6
fames, dum decretam Syllae provinciam Sulpicia lege solicitat. Sed impatiens iniuriae statim Syllae legiones circumegit; dilatoque Mithridate, Esquilina Collinaque porta geminum Vrbi infundit agmen. Vnde quum con- 7
sulto Sulpicius et Albinovanus obiecissent catervas, sudesque et saxa undique a moenibus ac tela iacerentur, ipse quoque iaculatus incendio viam fecit, arcemque Capitolii, quae Poenos, quaeque Gallos etiam Senones

l'ambition et la cruauté des deux chefs, chaque Romain était furieux; les nouveaux citoyens et les anciens ne se regardaient plus comme les membres d'une même république, et l'on se faisait une guerre qui, par un caractère singulier, était en même temps civile et étrangère. — *Donec deessent qui occiderentur.* Ferrand, *Èsprit de l'Histoire, lettre XVIII: A voir avec quelle rage, quel acharnement ils s'attaquent, ils s'assassinent, ils se dépouillent les uns les autres, on dirait que le monde opprimé les a chargés de solder eux-memes le compte de sa vengeance.*

6. *Sulpicia lege solicitat.* Provincia Syllae demandata erat bellum cum Mithridate gerendum. Quam provinciam quum sibi optaret Marius, Sulpicio tribuno plebis auctor fuit, ut perniciosas leges ferret, queis exules revocarentur, et ut ipse adversus Mithridatem dux crearetur. Edit. Delph. — *Impatiens iniuriae.* Quae quidem verba magna vi et elegantia amplificavit Montesquieu, *Dialogue d'Eucrate et de Sylla: Ressouvenez-vous de mes démêlés avec Marius: je fus indigné de voir un homme sans nom, fier de la bassesse de sa naissance, entreprendre de ramener les premières familles de Rome dans la foule du peuple; et, dans cette situation, je portais tout le poids d'une grande âme: j'étais jeune, et je résolus des me mettre en état de demander compte à Marius de ses mépris.* — *Circumegit.* Id est, reduxit ad Romam, e Campania scilicet, ubi erat cum exercitu ad conficiendas reliquias belli socialis. — *Dilatoque Mithridate* Nervosa brevitas, pro, dilato adversus Mithridatem bello. — *Esquilina.* Porta quae ad Esquilinum campum ducebat, dicta etiam Tiburtina et Praenestina. — *Collina.* Quae et Quirinalis, Agonia, sive Agonensis dicta fuit.

7. *Quum consulto,* etc. Quae proba sententia in τῷ *consulto* includi potest? Coniiciebat Anna Fabri, *quum Servius Sulpicius....* Dukerus suadet *inconsulto*, explicans temerarium et inconsultum fuisse legionibus obiicere catervas multitudinis urbanae. — *Sudesque et saxa.* Tela tumultuaria, quae mihi etiam coniunxisse videtur Virgilius, Æn. I, 154: *Iamque faces et saxa volant.* — *Iaculatus.* Eadem tela sudesque. — *Insedit.* Optime, non *incendit*, ut quidam pessime corrigere suadent. Virg. Æn. II, 615: *Iam summas arces Tritonia (respice) Pallas Insedit.* et Florus IV, 8, 2: *Iam et classe medium mare insederat.*

8 evaserat, quasi captivam, victor insedit. Tum ex consulto senatus adversariis hostibus iudicatis, in praesentem Tribunum, aliosque diversae factionis iure saevitum est. Marium servilis fuga exemit: immo fortuna alteri bello reservavit.

9 Cornelio Cinna, Cnaeo Octavio consulibus, male obrutum resurrexit incendium, et quidem ab ipsorum discordia, quum de revocandis, quos senatus hostes
10 iudicaverat, ad populum referretur. Cincta quidem gladiis concione, sed vincentibus, quibus pax et quies potior, profugus patria sua Cinna confugit ad partes. Redit ab Africa Marius clade maior, siquidem carcer, catenae, fuga, exsilium, horrificaverant dignitatem.
11 Itaque ad nomen tanti viri late concurritur: servitia (prô nefas!) et ergastula armantur; et facile invenit
12 exercitum miser imperator. Itaque vi patriam reposcens, unde vi fuerat expulsus, poterat videri iure agere, nisi caussam suam saevitia corrupisset.

8. *Adversariis hostibus iudicatis.* Adversariis Syllae. Qui contra patriam arma cepissent, vel a republica defecissent, vel novas res moliti essent, eos moris erat, *hostes* a senatu iudicari, ita ut cuivis eos impune liceret vel occidere, vel ad consules ducere. Ed. Delph. — *Praesentem tribunum.* Scilicet tribunum Sulpicium.

9. *Ab ipsorum discordia.* Consulum scilicet. Quum alter, nempe Cinna, exsules revocandos censeret, alter vero, nempe Octavius, negaret. Alii aliam discordiae dant caussam, quod Cinna ut sibi potentiam adstrueret, Italiae cives in omnes tribus divisit, qua ratione Italicis plus potestatis dabat in comitiis quam Romanis, ideoque ab Octavio collega urbe pulsus fuit. Ed. Delph. — *Referretur.* Contra usum veterum qui dicunt, *referre* ad senatum, *ferre* ad populum: quamobrem quidam corrigunt *ferretur.*

10. *Quibus pax... potior.* Nempe, iis qui exsules revocandos negaverant. — *Ad partes.* Marii. — *Carcer.* Minturnensis. — *Fuga.* Ex hoc carcere Minturnensi. — *Exsilium.* In Africa. — *Horrificaverant dignitatem.* Quantus in verba illa commentatorum, et Freioshemii et Graevii aliorumque impetus; ut turgida, declamatoria, putida! De iis quae ad eruditionem spectant, tam eruditis viris ire inficias non sudeam, at in his, quae ad iudicium, liberius dissentiam. Dicam ergo cum Anna Fabri, verba egregia, et maiestatis magnae: quasi diceret Florus carcerem, catenas, fugam, exsilium, Marii dignitatem sacro quodam horrore auxisse.

11. *Servitia....et ergastula.* Pro *servi*, poetice.

Sed quum diis hominibusque infestus rediret, statim
primo impetu cliens et alumna Vrbis Ostia nefanda
strage diripitur: mox in urbem quadruplici agmine 13
intratur. Divisere copias Cinna, Marius, Carbo, Ser-
torius. Hic postquam manus omnis Octavii depulsa Ia-
niculo est, statim ad principum caedem signo dato,
aliquanto saevius, quam aut in Punica, aut in Cimbrica
urbe, saevitur. Octavii consulis caput pro rostris expo- 14
nitur; Antonii consularis in Marii ipsius mensis: Cae-
sares a Fimbria in penatibus domorum suarum truci-
dantur; Crassi pater et filius, in mutuo alter alterius
adspectu; Baebium atque Numitorium per medium
forum unci traxere carnificum: Catulus se ignis haustu 15
ludibrio hostium exemit: Merula, flamen Dialis, in 16
Capitolio Iovis ipsis oculos venarum cruore respersit:
Ancharius, ipso vidente Mario, confossus est, quia fa-
talem illam scilicet manum non porrexerat salutanti.
Haec tot senatus funera intra Kalendas et Idus Ianuarii 17
mensis septima illa Marii purpura dedit: quid futu-
rum fuit, si annum consularis implesset!

13. *Cliens et alumna urbis Ostia.* Alumnam et clientem urbis Florus vocat, quia ab Anco Martio quarto Romanorum rege condita fuit. — *Cimbrica urbe.* Pro quavis urbe hostili; neque enim umquam Cimbrorum urbem a Romanis captam reperias.

14. *Antonii.* Avus Triumviri, ex Plutarcho. — *Caesares a Fimbria.* In antiquis edd. legitur *Caesar et Fimbria*, quod retinere non potuit, quum constet Marianarum partium fuisse Fimbriam. Caesares autem de quibus agitur, Caius et Lucius erant. — *Penatibus.* Recte reposuerunt *penetralibus* ex Graevio. — *Crassi.* De horum morte variant scriptores. Vide Appianum pag. 394.

15. *Catulus se ignis haustu*, etc. Cicero Tusculan. Quaest. V, 19: *Conclusit se loco, nuper calce arenaque perpolito, illatoque igni qui vim odoris excitaret, simul incluso, suo mortem magis voto, quam arbitrio inimicorum obiit.*

16. *Merula.* Velleius II, 23, 3: *Incisis venis, superfusoque altaribus sanguine, quos saepe pro salute reipublicae Flamen Dialis precatus erat deos, eos in exsecrationem Cinnae, partiumque eius tum precatus, optime de republica meritum spiritum reddidit.* — *Flamen Dialis.* Iovis sacerdos. — *Quia fatalem... manum non porrexerat*, etc. Hoc signum suis dederat, ut, quibus se adeuntibus manum non porrigeret, eos trucidarent.

17. *Septima.... purpura.* Id est,

18 Scipione Norbanoque consulibus, tertius ille turbo
civilis insaniae toto furore detonuit: quippe quum hinc
octo legiones, et quingentae cohortes starent in armis;
inde ab Asia cum victore exercitu Sylla properaret.
19 Et sane quum tam ferus in Syllanos Marius fuisset;
quanta saevitia opus erat, ut Sylla de Mario vindicare-
tur? Primum apud Capuam sub amne Volturno signa
concurrunt, et statim Norbani fusus exercitus; statim
omnes Scipionis copiae, ostentata spe pacis, oppressae.
20 Tum Marius iuvenis, et Carbo consules, quasi despe-
rata victoria, ne inulti perirent in antecessum sangui-
ne senatus sibi parentabant; obsessaque curia, sic de
senatu, quasi de carcere, qui iugularentur, educti.
21 Quid funerum in foro, in circo, in patentibus templis?
nam Quinctus Mucius Scaevola pontifex, Vestales am-
22 plexus aras, tantum non eodem igne sepelitur. Lam-
ponius atque Telesinus, Samnitum duces, atrocius
Pyrrho et Annibale Campaniam Etruriamque popu-
23 lantur; et, sub specie partium, se vindicant. Apud Sa-

septimus consulatus. — *Consularis.* Quidam *consulatus*, melius.

18. *Scipione Norbanoque consulibus.* Corrupte antiqui libri *Norbano quinto.* — *Quum hinc octo legiones, et quingentae cohortes starent in armis, inde*, etc. Ita ediderunt Graevius et Amstelodamenses; optime, quamquam tamen legatur in antiquis libris, tum scriptis tum editis; *quum hinc octo legiones, inde quingentae cohortes starent in armis, inde*, etc. At nullo sensu.

19. *Quum tam ferus... quanta saevitia opus erat, ut Sylla de Mario vindicaretur?* Quam quidem sententiam ita expressit Ferrand, *Esprit de l'Histoire, lettre XVIII*: « *Marius voudra venger la caste dont il est sorti; il croira avoir épuisé les recherches de la vengeance. Mais Sylla viendra froidement lui montrer la mesquinerie de ses calculs; il tapissera Rome de ses sanglantes additions.* » — *Statim omnes Scipionis copiae, ostentata spe pacis, oppressae.* Fuso Norbani exercitu, Sylla se ad Scipionem convertit, et ante praelium, totum eius exercitum, sine sanguine, in deditionem accepit. Ed. Delph.

20. *Carbo.* Cn. Papirius Carbo. — *Parentabant.* *Parentare* est mortuis parentibus sacrificia facere, inferias ferre. Sed etiam de quorumvis mortuorum sacrificiis dicitur. Ed. Delph.

21. *Tantum non eodem igne sepelitur.* Id est, parum abfuit quin...

22. *Lamponius atque Telesinus.* De his supra III, 18, 8.

23. *Sacriportum.* Aut sacrum por-

criportum Collinamque portam debellatae omnes hostium copiae. Ibi Marius; hic Telesinus oppressi. Nec idem tamen caedium, qui belli, finis fuit. Stricti enim et in pace gladii; animadversumque in eos, qui se
sponte dediderant. Minus est, quod apud Sacriportum, 24
et apud Collinam portam, septuaginta amplius millia
Sylla concidit: bellum erat. Quatuor millia deditorum
inermium civium in villa publica interfici iussit. Isti 25
tot in pace, non plures sunt? Quis autem illos potest computare, quos in Vrbe passim, quisquis voluit, occidit? donec, admonente Furfidio, « vivere aliquos « debere, ut essent quibus imperarent » proposita est ingens illa tabula: et ex ipso equestris ordinis flore ac senatus duo millia electi, qui mori iuberentur; novi generis edictum.

tum, *ἱερὸν λιμένα*, ut vocat Appianus. Qui autem locus est circa Praeneste.

24. *Minus est, quod... iussit.* Id est, quod Sylla quatuor millia deditorum inermium per pacem in villa publica interfici iussit, hoc maius est quam quod apud Sacriportum et Collinam portam septuaginta amplius millia hostium concidit. Nam tum bellum erat; illi dediti, hi hostes. Ed. Delph. — *Villa publica.* Inclusa erat in campo Martio. Est et alia villa publica extra urbem quam Sigonius sexto ab urbe lapide ponit. De priori accipio. Ed. Delph. — Hac autem de villa publica doctissimus Nostras Mongault, Ep. Ciceronis ad Atticum, libr. IV, 16, not. 45: « *C'était une maison où les augures se tenaient ordinairement pendant les assemblées pour servir les magistrats en cas qu'on eût besoin de leur ministère, et où ceux qui avaient donné leur suffrage pouvaient s'aller mettre à couvert. Les cohortes, mandées par les consuls, s'y assemblaient, et les censeurs y faisaient le dénombrement du peuple.*

25. *Isti tot in pace non plus sunt?* Hoc sensu: Ista quatuor hominum millia quos Sylla in pace iussit interfici, nonne plures sunt, quam septuaginta illa millia, quos in bello interfecit? — *Donec admovente*, etc. Hunc Flori locum non solum imitatum fuisse, at in gallicum sermonem vertere voluisse videtur Montesquieu, in illo iam supra laudato Eucratis et Syllae dialogo, ubi Eucrates ad Syllam: *Vous avez exercé sans pitié les fonctions de la plus terrible magistrature qui fût jamais. Le sénat ne vit qu'en tremblant un défenseur si impitoyable.* (Nunc advertas lector:) *Quelqu'un vous dit: Sylla, jusqu'à quand répandras-tu le sang romain? veux-tu ne commander qu'à des murailles? Pour lors vous publiâtes ces tables qui décidèrent de la vie et de la mort de chaque citoyen.* — *Furfidio.* Hoc in nomine variant.

26 Piget post haec referre ludibrio habita fata Carbo-
nis, fata Sorani praetoris, atque Venuleii; Baebium sine
ferro, ritu ferarum, inter manus laniatum; Marium,
ducis ipsius fratrem, apud Catuli sepulchrum, oculis,
manibus, cruribusque defossis, servatum aliquandiu,
27 ut per singula membra moreretur. Positis singulorum
hominum fere poenis, municipia Italiae splendidissima
sub hasta venierunt, Spoletium, Interamnium, Prae-
neste, Florentia. Nam Sulmonem, vetus oppidum, so-
28 cium atque amicum (facinus indignum!), nondum
expugnatum, ut obsides iure belli, et modo morte
damnati duci iubentur: sic damnatam civitatem iussit
Sylla deleri.

26. *Praetoris atque Venuleii.* In libris quos Salmasius inspexit, erat *praetorios aeque Venuleios.* In aliis *praetorios atque Venuleios.* Hinc viri docti coniiciebant legendum *Plaetorios atque Venuleios.* Plaetorium occisum refert Val. Max. XI, 21. Titze — *Marium, ducis ipsius fratrem.* Valde probabiliter disputat Perizonius Marium hunc Gratidianum a Floro fratrem Marii iunioris dici, pro fratre patrueli, ut saepe apud alios. — *Defossis.* Ita omnes scripti. Malebat tamen Freinshemius *perfossis.*

27. *Positis singulorum hominum fere poenis.* Id est, finitis suppliciis singulorum hominum. — *Spoletium.* Vrbs in Vmbria orientali. — *Interamnium.* Ibidem. — *Nam Sulmonem*, etc. Tota haec periodus deperdita est, nec ad eius salutem quidquam esse tentandum arbitror. Multa possem dicere, sed illa multa nihil essent: nam meris coniecturis interminabilis area esset. Tamen inter eos qui haec correxere, verisimilior videtur coniectura Salmasii qui legit: *Nam Sulmone (vetus oppidum socium atque amicum) facinus indignum! nondum expugnato, ut obsides iure belli, et mox morte damnati, duci iubentur.* Vt sensus sit, Syllam Sulmoni nondum expugnato obsides iure belli imperasse, et eos postea damnatos ad mortem duci iussisse. Edit. Delph. Titze coniicit: *Nam Sulmonem vetus oppidum, socium atque amicum (facinus indignum!) nondum expugnatum, Sylla deleri iussit.*

XXII.

BELLVM SERTORIANVM. *

Bellum Sertorianum quid aliud, quam Syllanae pro- 1
scriptionis hereditas fuit? hostile potius, an civile di-
xerim, nescio; quippe quod Lusitani Celtiberique Ro-
mano gesserint duce. Exsul et profugus feralis illius 2
tabulae, vir summae quidem, sed calamitosae virtutis,
malis suis maria terrasque permiscuit: et iam Africae,
iam Balearibus insulis, fortunam expertus, missusque
in Oceanum, Fortunatasque insulas penetravit: tandem
Hispaniam armavit. Viro cum viris facile convenit; nec 3
alias magis apparuit Hispani militis vigor, quam Ro-
mano duce. Quamquam ille non contentus Hispania, ad 4
Mithridatem quoque Ponticosque respexit, regemque
classe iuvit; et quid futurum fuit? satis tanto hosti uno 5

* Cap. XXII. Bellvm Sertorianvm. A. V. 676, ante C. N. 78, coss. M. Æmilio Lepido, Q. Lutatio Catulo Quae hoc capite scribit Florus lege apud Appianum de Bello Civili I, p. 418; Epit. Livii XC et sqq; Plutarch. in Vita Sertorii; Valer. Max. I, 2, 4; VII, 3, 6; Auctor de Viris Illustribus, cap. 63, 67; Eutrop. in principio sexti libri; Frontin. I, 11, 13; I, 5, 1; I, 10, 1; II, 1, 3; IV, 7, 6; Oros. V, 22. Cameras. Posterius hoc recensent Plinius VIII, 32; Agellius XV, 22.

2. *Profugus feralis illius tabulae.* Id est, profugus per proscriptionem, quam proposuerat Sylla. Insolens quidem hoc loquendi genus, quamquam tamen Petron. de Ciconia, *exsul hiemis,* id est, propter hiemem. At saepius post hanc vocem *profugus* apponitur genitivus rei, quam inviti exsilio et fuga amittunt. Tacit. Annal. XV, 1, *regni profugus.* — *Permiscuit.* Implevit. — *Missusque.* Subscribo Lipsii coniecturae legentis *victusque.* Probavere eam merito Graevius et Perizonius, quamvis hic posterior ipse etiam coniiciebat *fususque.* — *Penetravit.* Pro *penetravit,* Anna Fabri legit *tentavit,* quod verissimum ex Plutarcho.

4-5. *Ad Mithridatem quoque Ponticosque respexit, regemque classe iuvit. Et quid futurum fuit?* Rudera haec sunt Flori, non Florus: respuit haec historia: respuit latina compositio. In postremis syllabis verbi *respexit* latere videtur *et si.* Inde alia atque alia corruptio orta. Lege mecum confidenter: *ad Mithridatem quoque Ponticosque respexit; et si rex eum classe iuvisset, quid futurum fuit?* Titze. Non displicet coniectura. —

imperatore resistere res Romana non potuit: additus Metello Cnaeus Pompeius. Hi copias viri diu et ancipiti semper acie attrivere; nec tamen prius bello, quam
6 suorum scelere et insidiis exstinctus est. Copias eius prope tota Hispania persecuti, diu et ancipiti semper acie domuerunt. Prima per legatos certamina habita,
7 quum hinc Domitius et Thorius, inde Herculeii proluderent: mox his apud Segoviam, illis apud Anam flumen oppressis, ipsi duces cominus invicem experti,
8 apud Lauronem, atque Sucronem, aequavere clades. Tum illis ad populationem agrorum, his ad urbium excidia conversis, misera inter Romanos duces Hispa-
9 nia discordiae poenas dabat; donec, oppresso domestica fraude Sertorio, victo deditoque Perperna, ipsae quoque in Romanam fidem venere urbes, Osca, Termes,
10 Tutia, Valentia, Auxima, et in fame nihil non experta Calaguris. Sic recepta in pacem Hispania. Victores duces externum id magis, quam civile, bellum videri voluerunt, ut triumpharent.

Metello. Qui Q. Caecilius Metellus Pius vocabatur, filius eius qui Iugurtham regem vicit. — *Hi copias … attrivere.* Hi copias Sertorii frequentibus et dubiis praeliis comminuere.

6. *Copias eius. … domuerunt.* Hoc interpolamentum si effugisset oculos Graevii, ego delessem. TITZE. — *Hinc.* Ex parte Metelli. — *Inde.* Ex parte Sertorii. Herculeii huius quidem fratres erant.

7. *Segoviam.* Vrbem in Tarraconensi Hispania. — *Anam.* Hispaniae fluvium. — *Lauronem atque Sucronem.* Hispaniae Tarraconensis fl. — *Æquavere clades.* Ibi singula ex utraque acie cornua vicerunt.

8. *Illis.* Sertorii militibus. — *His.* Pompeii militibus.

9. *Domestica fraude.* A Marco Antonio et M. Perperna in convivio interfectus fuit. — *Victo deditoque Perperna* Qui Sertorii partes tutabatur. — *Osca.* Vrbs Hispaniae Tarraconensis. — *Termes.* Celtiberiae oppidum. — *Tutia.* Hispaniae urbs, prope Saguntum. — *Valentia.* Vrbs Hispaniae orientalis inter urbes Saguntum et Salariam. — *Auxima.* Hispaniae urbs, quae eadem cum Vxama esse videtur, hodie *Osma,* in Arevacis. — *Calaguris.* Ad Iberum sita.

10. *Vt triumpharent.* Nam ex civilibus bellis non triumphabatur. Hinc Lucanus principio operis: *Bella geri placuit nullos habitura triumphos.* — Bellum Sertorianum multa cum laude

XXIII.

BELLVM CIVILE SVB LEPIDO. *

Marco Lepido, Quincto Catulo consulibus, civile 1
bellum paene citius oppressum est, quam inciperet,
sed quantum lateque fax illius motus ab ipso Syllae
rogo exarsit! Cupidus namque rerum novarum per 2
insolentiam Lepidus, acta tanti viri rescindere parabat;
nec immerito, si tamen posset sine magna clade reipu-
blicae. Nam quum iure belli Sylla dictator proscripsis- 3
set inimicos, qui supererant, revocante Lepido, quid
aliud quam ad bellum vocabantur? quumque damna-
torum civium bona, addicente Sylla, quamvis male
capta, iure tamen, repetitio eorum procul dubio la-
befactabat compositam civitatem. Expediebat ergo quasi 4
aegrae sauciaeque reipublicae requiescere quomodo-
cumque, ne vulnera curatione ipsa rescinderentur. Ergo 5
quum turbidis concionibus, velut classico, civitatem
terruisset, profectus in Etruriam, arma inde et exer-
citum Vrbi admoverat. Sed iam Milvium pontem col- 6

descripsit, Hist. Rom. libb. II, III et IV. Cl. De Brosses, vir ad magna natus, quem coaevus et popularis Buffonius ab iniquo Voltarii odio vindicavit, et cuius nobili famae se pares in summis dignitatibus hodie probant posteri non degeneres. Ed. Par.

* Cap. XXIII. Bellvm civile svb Lepido. Eodem anno quo bellum Sertorianum de quo cap. super. Scribunt haec Ep. Liv. XC; Plut., Pompeio, cap. 25: Appianus de Bellis Civilibus, libro I, pag. 416; Valer. Maxim. II, 3.

2. *Quantum lateque*, etc. In haec verba per coniecturam restituenda frustra sudarunt commentatores: Anna Fabri respuenda censet. — *Ab ipso Syllae rogo exarsit.* Sylla in agro Cumano mortuus adnitente Q. Catulo et Pompeio, in campo Martio crematus fuit, etiamsi reluctaretur Lepidus.

3. *Nam quum iure belli*, etc. Haec pendent a praecedentibus *si tamen posset.* — *Addicente.* Verbum iurisdictionis praetorianae: id est, adiudicante. Hic locus autem sic coniungendus: quumque bona... capta fuissent, male quidem, at iure, etc. Nec opus cur ex sententia Dukeri post *tamen* suppleas verbum, quale fuerit *possiderentur.*

5. *Milvium.* Alii legunt *Mulvium*;

lemque Ianiculum Lutatius Catulus, Cnaeusque Pompeius, Syllanae dominationis duces, atque signiferi, alio exercitu insederant. A quibus primo statim impetu
7 retro pulsus, hostisque a senatu iudicatus, incruenta fuga in Etruriam, inde Sardiniam recessit; ibique morbo et poenitentia interiit. Victores, quod non temere alias in civilibus bellis, pace contenti fuerunt.

quam scribendi rationem, antique usitatam, docti videntur praeferre. Pons ille, Tiberi superiectus, hodie *Ponte Mole*, tribus fere millibus ab urbe media in Etruriam tendentibus praesto erat. Huius meminerunt Sallust. Cat. XLV; Lact. I, 21; Ammian. XXVII, 3, et alii.

7. *Quod non temere alias in civilibus bellis.* In iis enim victores sibi vel dominationem, vel vindictam quaerunt.

Belli huius historiam e Sallustii fragmentis, aliisque, modo citatis, auctoribus consarcinavit, et eleganti narratione adumbravit Nostras De Brosses, Hist. Rom. I, 28 sqq. Ed. Par.

L. ANNAEI FLORI
RERVM ROMANARVM
EPITOME.

LIBER QVARTVS.

I.

BELLVM CATILINARIVM. *

Catilinam luxuria primum, tum hinc conflata egestas 1
rei familiaris, simul occasio, quod in extremis finibus
mundi arma Romana peregrinabantur, in nefaria con-
silia opprimendae patriae suae compulere. Senatum 2
confodere, consules trucidare, distringere incendiis
Vrbem, diripere aerarium, totam denique rempubli-
cam funditus tollere, et quidquid nec Annibal videre-
tur optasse. Quibus id, o nefas! sociis aggressus est!
Ipse patricius: sed hoc minus est: Curii, Porcii, Syllae, 3

* Cap. I. Bellvm Catilinarivm. A. V. 691, ante C. N. 63, M. Tullio Cicerone, C. Antonio coss. Bellum Catilinarium scribunt fere omnes. Epit. Livii CII et CIII. Item Sallustius; Appian. de Bello Civili, libr. II, p. 428; Plutarchus in vitis Syllae, Ciceronis, Caesaris; Valer. Max. V, 8, 5; V, 4; V, 11; August. de Civitate Dei, I, 5; II, 23; Oros. VI, 6. Quatuor illos Ciceronis in Catilinam nobiles libros non meminimus.

1. *Simul occasio.* Sallustius Catil. XVI, 6: *In Italia nullus exercitus; C. Pompeius in extremis terris bellum gerebat.*

2. *Consules.* Ryckius censebat *consulem.* Solum enim Ciceronem e medio tollere decreverat Catilina.

3. *Sed hoc minus est.* Minus est Catilinam qui patricius fuit, contra patriam coniurasse, quum Curii, Porcii, Syllae, etc. qui et ipsi senatores fuere, se illi socios adiunxerint. — *Quae senatus insignia!* Vnde Cicero Catil. I: *Hic sunt in nostro numero,*

Cethegi, Autronii, Vargunteii, atque Longini, quae fa-
miliae! quae senatus insignia! Lentulus quoque quum
maxime praetor! Hos omnes immanissimi facinoris sa-
4 tellites habuit. Additum est pignus coniurationis, san-
guis humanus, quem circumlatum pateris bibere: sum-
mum nefas, nisi amplius esset, propter quod biberunt!
5 Actum erat de pulcherrimo imperio, nisi illa coniu-
ratio in Ciceronem et Antonium consules incidisset,
quorum alter industria rem patefecit, alter manu op-
6 pressit. Tanti sceleris indicium per Fulviam emersit,
7 vilissimum scortum, sed parricidii innocens. Tum con-
sul, habito senatu, in praesentem reum Cicero pero-
ravit: sed non amplius profectum, quam ut hostis eva-
deret, seque ex professo «incendium suum restincturum
8 ruina» minaretur. Et ille quidem ad praeparatum a
Manlio in Etruria exercitum proficiscitur, signa illatu-
rus Vrbi. Lentulus destinatum familiae suae Sibyllinis

patres conscripti, in hoc orbis sanctissimo gravissimoque consilio, qui de meo nostrumque omnium interitu, qui de huius Vrbis atque adeo orbis terrarum exitio cogitent. — *Quum maxime.* Alii libri *tunc quum maxime. Quum maxime* autem intelligendum est *ipse praetor!* — *Summum nefas, nisi,* etc. Id est, summum flagitium, nisi maius esset illud, cuius caussa sanguinem illum biberunt.

5. *Alter manu oppressit.* Hic tamen parum ad opprimendum Catilinam contulisse legitur; et contra hostes non ipse pugnavit, sed per Petreium legatum suum id bellum confecit, ut patet ex Cicer. et Sallustio. Vid. nost. Sallust p. 414. Eo. P.

6. *Parricidii innocens.* Corruptum textum sic ex libris restituit Freinshemius. *Parricidium* autem vocat Florus coniurationem in patriam. Sic supra, lib. III, cap. 21, *parricidiale bellum* vocavit, quod contra patriam gereretur. Sic Cic. Off. III, 14; idem Phil. II, 17 et sl.

7. *Cicero.* Assentior Graevio, qui nomen *Cicero* adscriptum censet. Pro *reum* editio P. *parricidam.* — *Sed non amplius profectum.* Sed non effecit amplius, quam ut....etc. — *Seque ex professo.* Libri antiqui, *seque palam professo,* quod *palam* delendum proposuit Graevius. — *Ruina.* Imperii Romani scilicet.

8. *Lentulus,* etc. Meminit Cicero in Catil. III: *Lentulum autem sibi confirmasse ex fatis Sibyllinis, aruspicumque responsis, se esse tertium illum Cornelium, ad quem regnum huius Vrbis et imperium pervenire esset necesse: Cinnam ante se et Syllam fuisse.* Idem narrat Sallust. Catilin. XLVII, 4.

versibus regnum sibi vaticinans, ad praestitutum a Catilina diem urbe tota viros, faces, tela disponit. Nec 9
civili conspiratione contentus, legatis Allobrogum, qui tum forte aderant, in arma solicitatis, iisset ultra Alpes furor, nisi, altera proditione Vulturcii, praetoris literae tenerentur. Statim Ciceronis imperio iniecta est barbaris manus. Palam praetor in senatu convincitur. De supplicio agentibus, Caesar parcendum dignitati, 10
Cato, animadvertendum pro scelere, censebat: quam sententiam secutis omnibus, in carcere parricidae strangulantur.

Quamvis parte coniurationis oppressa, tamen ab in- 11
coepto Catilina non destitit: sed infestis ab Etruria signis patriam petens, obvio Antonii exercitu opprimitur. Quam atrociter dimicatum sit, exitus docuit: nemo hostium bello superfuit. Quem quis in pugnando 12
ceperat locum, eum, amissa anima, corpore tegebat. Catilina longe a suis inter hostium cadavera repertus est: pulcherrima morte, si pro patria sic concidisset!

9. *Altera proditione. Altera* dicitur proditio, quia prior fuerat a Fulvia. Vel quia Vulturcius bis proditor erat, primo coniurando cum hostibus patriae, mox ab iis desciscendo. — *Iniecta est barbaris manus.* Legati Allobrogum a ponte Milvio, quum abirent, retracti, et Ciceronis domum deducti. — *Praetôr.* Lentulus.

10. *Caesar.* Eius, et Catonis contrariae orationes exstant in Sallustii Catil. cap. LI, LII. — *Parcendum dignitati.* Caesar, utpote qui ex coniuratis esset, non morte quidem multandos, sed aeternis tenebris vinculisque mandandos censebat.

12. *Quem quis pugnando*, etc. Post Gruterum fusius disputat Titze ut probet, totam istam periodum qua quidem fere propria Sallustii verba referuntur, auctori nostro ab aliquo scriba adsutam fuisse. De omne illo capite Laharpe, *Discours Prélim. de la traduction de Suétone: « La Conjuration de Catilina, racontée en deux pages, est un modèle de la rapidité et de la plénitude historique dans le genre de l'abrégé....Il* (Florus) *n'a pas omis dans ce récit une circonstance importante, et tout est rapporté avec intérêt. »*

II.

BELLVM CÆSARIS ET POMPEII. *

1 Iam paene toto orbe pacato, maius erat imperium Romanum, quam ut ullis externis viribus opprimi posset. Itaque invidens fortuna principi gentium populo,
2 ipsum illum in exitium suum armavit. Ac Mariana quidem Cinnanaque rabies intra Vrbem proluserat, quasi experiretur; Syllana tempestas latius, intra Italiam ta-
3 men, detonuerat: Caesaris furor atque Pompeii Vrbem, Italiam, gentes, nationes, totum denique, qua patebat, imperium, quodam quasi diluvio et inflammatio-
4 ne, corripuit: adeo ut non recte tantum *civile* dicatur, ac ne *sociale* quidem, sed nec *externum*; sed potius *commune quoddam ex omnibus*, *et plus quam bellum*.
5 Quippe si duces eius inspicias, totus senatus in partibus: si exercitus, hinc undecim legiones, inde decem et octo, flos omnis et robur Italici sanguinis: si auxilia

* Cap. II. Bellvm Cæsaris et Pompeii. A. V. 705, ante C. N. 48, coss. C. Claudio Marcello, L. Cornelio Lentulo Cruscello. Hoc bellum scribunt inprimis Caesar ipse tribus libris; Epit. Liv. CIX et sqq.; Plutarch. Caesare et Pompeio; Appianus de Bello Civ. lib. II; August. Civit. Dei III; Auctor de Viris Illustr. cap. ult.; Eutrop. VI; Oros. VI, 15, etc.; Valer. Max. I, 5, 6; I, 6, 12 et 13; IV, 5, 5 et 6; IV, 6, 4; V, 1, 10; Agellius, XV, 18; Lucanus, Plin. VII, 25 et 26. Camers.

1. *Ipsum illum in exitium suum armavit.* Sic Petilius apud Tacit. Histor. IV, 74, 9, de sui temporis imperio: *Octingentorum annorum fortuna disciplinaque compages haec coaluit: quae convelli sine exitio convellentium non potest.*

2. *Proluserat.* Editio P. *se praeluserat.* — *Diluvio et inflammatione.* Censent legendum Freinshemius, Graevius, aliique, *aut inflammatione.*

4. *Non recte tantum civile*, etc. Hoc loco respexisse videtur auctor Lucanum principio Pharsal., qui *plusquam civilia bella se* canere dicit, ut iam notavimus.

5. *Hinc.* Ex parte Caesaris. — *Deiotarus.* Gallograecus, pro quo Cicero orationem habuit, ut eum apud Caesarem excusaret, quod in Pompeii amicitiam propensior fuerit. — *Ariobarzanes.* Rex Cappadociae. —

sociorum, hinc Gallici Germanique delectus, inde Deiotarus, Ariobarzanes, Tarcondimotus, Cotys, omne Thraciae, Cappadociaeque, Ciliciae, Macedoniae, Graeciae, Ætoliae, totiusque robur Orientis: si moram belli, 6
quatuor anni, et pro clade rerum, breve tempus: si locum et spatium ubi commissum est, intra Italiam: inde se in Galliam Hispaniamque deflexit, reversumque ab Occasu, totis viribus in Epiro Thessaliaque consedit: hinc in Ægyptum subito transiliit: inde respexit Asiam: inde Africae incubuit: postremo in Hispaniam regyravit, et ibi aliquando defecit. Sed non et odia partium finita cum bello: non enim prius quie- 7
vere, quam in Vrbe ipsa, medio senatu, eorum, qui victi erant, odia victoris sese caede satiarent.

Caussa tantae calamitatis eadem, quae omnium, ni- 8
mia felicitas. Siquidem Quincto Metello, Lucio Afranio consulibus, quum Romana maiestas toto orbe polleret, recentesque victorias, Ponticos et Armenios triumphos in Pompeianis theatris Roma cantaret, nimia Pompeii potentia apud otiosos, ut solet, cives movit invi- 9
diam. Metellus, ob imminutum Cretae triumphum, Cato

Tarchondimotus. Superioris Ciliciae regulus. Hoc in nomine multum variant. — *Cotys*. Regulus Thraciae.

6. *Regyravit*. Male nonnulli *remigravit*.

7. *Victoris*. Hoc est Caesaris.

8. *Caussa tantae calamitatis*. Has caussas eleganter canit Lucanus I, 67: *Fert animus caussas tantarum expromere rerum, etc.* Et has quidem assignat: fatum ipsum: nimiam Romae potentiam: discordem concordiam Pompeii, Crassi et Caesaris: Crassi et Iuliae mortem: ducum ipsorum superbiam: et tandem publica Romae passim vitia. Lege Caesarem, Appianum, Suetonium, Plutarchum; et inter recentiores scriptores in primis Montesquieu; *Grand. et Décad. des Romains. chap. XI.* — *Quincto Metello*. Quincto Caecilio Metello, qui Celer dictus est. — *Pompeianis theatris*. Cave ea theatra intelligas, quae Pompeius exstruxit: nondum enim ea aedificaverat, quum de Mithridate triumphavit. Pompeiana theatra vocat Noster loca ubi, populus Romanus Pompeii laudes canebat, sive in Campo Martio, sive in foro, sive revera ad id theatra quaedam momentanea, ut fiebat, erecta fuerint. Ed. Delph.

9. *Ob imminutum Cretae triumphum*. Velleius Paterc. II, 40, 5: *Non iniuste querens: quippe orna-*

adversus potentes semper obliquus, detrectare Pompeium, actisque eius obstrepere. Hinc dolor transversum
10 egit, et ad praesidia dignitati paranda impulit. Forte tunc Crassus genere, divitiis, dignitate florebat; vellet tamen auctiores opes: Caius Caesar eloquentia et spiritu, ecce iam et consulatu allevabatur: Pompeius
11 tamen super utrumque eminebat. Sic igitur Caesare dignitatem comparare, Crasso augere, Pompeio retinere cupientibus, omnibusque pariter potentia cupidis,
12 de invadenda republica facile convenit. Ergo quum mutuis viribus in suum quisque decus niteretur, Galliam Caesar invadit, Crassus Asiam, Pompeius Hispaniam, tres maximos exercitus: et sic orbis imperium societate trium principum occupatur.

13 Decem annos traxit ista dominatio. Exinde, quoniam mutuo metu tenebantur, Crassi morte apud Parthos, et morte Iuliae, Caesaris filiae, quae nupta Pompeio, generi socerique concordiam matrimonii foedere tene-

mentum triumphi eius, Pompeius subduxerat. — *Actisque eius obstrepere.* Actis alicuius obstrepere, est murmurando et tumultuando ea rescindenda suadere. — *Hinc dolor.* Quidam legunt *hic dolor* ex antiquis libris. — *Transversum egit.* Sallustiana Phrasis. Gallice, *le poussa à la traverse.*

10. *Caius Caesar....allevabatur.* Caius Caesar eloquentia et animo, et iam consulatu suo nitebatur. Nam post Metellum et Afranium consul fuit.

12. *Galliam Caesar invadit.* Bello Gallico, de quo III, 10. — *Crassus Asiam.* Bello Parthico, de quo III, 11. — *Pompeius Hispaniam.* Hanc secundo consulatu suo obtinuit, nec Romam tamen reliquit, sed ibi praesidens provinciam suam per legatos Afranium et Petreium administravit. — *Tres maximos exercitus.* De hoc loco disputatur: Quidam ex aliis libris legunt, *tres maximi exercitus.* Alii interpolamentum esse dicunt; aut aliquam vocem excidisse. Nil mutandum nobis videtur: ellipsis est: Nempe invadendo Galliam, Asiam, Hispaniam, invaserunt tres maximos exercitus, id est, se praefecerunt tribus magnis exercitibus.

13. *Traxit.* Duravit. — *Quoniam mutuo metu tenebantur,* etc. Intellige, deinde, quum huc usque mutuo metu in societate et concordia se continuissent, statim erupit aemulatio morte, etc. — *Morte Crassi.* Nam dum Crassus vivebat, nihil movere audebant Caesar et Pompeius, quia tertii accessionem, Crassi scilicet, verebantur.

bat, statim aemulatio erupit. Iam Pompeio suspectae 14
Caesaris opes, et Caesari Pompeiana dignitas gravis. Nec hic ferebat parem, nec ille superiorem. Nefas! sic de principatu laborabant, tamquam duos tanti imperii fortuna non caperet. Ergo, Lentulo Marcelloque 15
consulibus, rupta prima coniurationis fide, de successione Caesaris senatus, id est, Pompeius, agitabat: nec ille abnuebat, si ratio sui proximis comitiis haberetur. Consulatus absenti, quem decem Tribuni, favente Pom- 16
peio, nuper decreverant, tum, dissimulante eodem, negabatur: « veniret, et peteret, maiorum more ». Ille 17
contra flagitare decreta: ac, « nisi in fide permanerent, non se remittere exercitum ». Ergo ut in hostem decernitur. His Caesar agitatus, statuit praemia armorum armis defendere.

Prima civilis belli arena Italia fuit, cuius arces levi- 18
bus praesidiis Pompeius insederat: sed omnia subito Caesaris impetu oppressa sunt. Prima Arimino signa 19

14. *Nec hic ferebat parem.* Lucanus, I, 125: *Nec quemquam iam ferre potest Caesarve priorem, Pompeiusve parem.* Queritur et ipse Caesar, Bell. Civil. I, 4: *Pompeius neminem dignitate secum exaequari volebat.* Velleius II, 33, 4: *Neque Pompeius, ut primum rempublicam aggressus est, quemquam animo parem tulit.* — *Nec ille superiorem.* Sen. Epist. XCIV de Caesare: *Vnum ante se ferre non potuit, quum respublica supra se duos ferret.* — *Tamquam duos tanti imperii,* etc. Lucan. I, 110: *Quae mare, quae terras, quae totum possidet orbem, non cepit fortuna duos....*

15. *De successione Caesaris.* Hoc est, de imperio Caesari abrogando, et successore in eius locum mittendo. Tunc autem Caesar provinciam Galliam obtinebat. — *Nec ille abnuebat.* Nec Caesar abnuebat successorem. — *Si ratio sui..haberetur.* Si sibi absenti proximis comitiis consulatum vellent deferre.

16. *Consulatus.... negabatur.* Id est, consulatus quem primum decem tribuni, favente Pompeio, decreverant Caesari, licet absenti, (quod quidem aliis non licebat) tum ei negabatur, Pompeio dissimulante (Gallice, *intriguant sourdement*) impedienteque, ne Caesar consul eligeretur. Caeterum, non satis adcurate scribit Florus, consulatum Caesari absenti primum decretum fuisse. Nam ei plebiscito non consulatus, sed petitio secundi consulatus data, et ut absentis ratio haberetur decretum fuerat. Sueton. in vita Caesaris, cap. 26 et 28.

18. *Arimino.* Alii legunt *Arimini.* Hic autem videtur Florus voluisse di-

cecinerunt: tum pulsus Etruria Libo, Vmbria Ther-
mus, Domitius Corfinio; et peractum erat bellum sine
sanguine, si Pompeium Brundisii opprimere potuis-
20 set, et coeperat: sed ille per obsessi claustra portus
nocturna fuga evasit. Turpe dictu! modo princeps Pa-
trum, pacis bellique moderator, per triumphatum a se
21 mare, lacera et paene inermi nave, fugiebat. Nec Pom-
peius ab Italia, quam senatus ab Vrbe, fugatur prior:
quam paene vacuam metu Caesar ingressus, consulem
se ipse facit. Ærarium quoque sanctum, quia tardius
aperiebant Tribuni, iussit effringi; censumque et pa-
trimonium populi Romani ante rapuit, quam impe-
22 rium. Pulso fugatoque Pompeio, maluit prius ordinare
provincias, quam ipsum sequi. Siciliam et Sardiniam,
23 annonae pignora, per legatos habet. Nihil hostile erat
in Gallia: pacem ipse fecerat: sed ad Hispanienses
Pompeii exercitus transeunti per eam duci portas clau-
dere ausa Massilia est. Misera dum cupit pacem, belli
metu in bellum incidit: sed quia tutis muris erat, vinci
24 eam sibi iussit absenti. Graecula civitas, non pro mol-

cere, occupato Arimino, quod ultra finem provinciae Caesaris erat, belli signum quasi sublatum fuisse, atque inde a Caesare copias ad occupandas urbes vicinas dimissas fuisse. Sic retineri potest *Arimino*, eo modo dictum quo supra III, 28, 9, *Asculo omnis furor erupit*. Ariminum autem est maritima urbs supra Vmbros. — *Si Pompeium.... opprimere potuisset, et coeperat*. Freinshemius, approbante Nicolao Heinsio, optime coniecit, *ut coeperat*.

20. *Triumphatum a se mare*. Loquitur Florus de Bello Piratico. — *Inermi*. Id est, nudata armamentis, nempe gubernaculo, remis, velis.

21. *Sanctum*. Hoc aerarium sanctum vocant, in quo pecunia Gallici belli caussa servabatur, cum execrationibus publicis eam motum non iri, nisi Gallicum bellum impenderet. De quo Liv. XXVII, 10.

22. *Annonae pignora*. Celsus: *Siciliam ac Sardiniam, duo illa horrea populi Romani, per legatos administrare disposuit.*

23. *Tutis muris*. Tollius corrigebat *tuta*. Livius, XXIV, 46: *quae pars (urbis) tutissima moenibus.*

24 *Non pro mollitie nominis*. Nam Graeci (huius aetatis) lingua quam viribus promptiores habebantur. Vide Livium, VIII, 23, 9; Ovid. Fast. III, 102: *Graecia facundum, sed male forte genus*. *Graecula* autem Floro

litie nominis, et vallum rumpere, et incendere machi-
nas ausa, et congredi navibus: sed Brutus, cui man- 25
datum erat bellum, victos terra marique perdomuit.
Mox dedentibus sese ablata omnia, praeter, quam
potiorem omnibus habebant, libertatem.

Anceps, variumque, et cruentum in Hispania bel- 26
lum cum legatis Cnaei Pompeii, Petreio et Afranio:
quos Ilerdae castra habentes, apud Sicorim amnem ob-
sidere, et ab oppido intercludere aggreditur. Interim 27
obundatione verni fluminis commeatibus prohibetur.
Sic fame castra tentata sunt; obsessorque ipse quasi
obsidebatur. Sed ubi pax fluminis rediit, populationi- 28
bus et pugnae campos aperuit, iterum ferox instat: et
cedentes ad Celtiberiam consecutus, aggere et vallo,
ac per haec siti ad deditionem compulit. Sic citerior 29
Hispania recepta est; nec ulterior moram fecit; quid
enim una post quinque legiones? Itaque ultro cedente
Varrone, Gades, fretum, Oceanus, omnia felicitatem
Caesaris sequebantur. Aliquid tamen adversus absen- 30
tem ducem ausa fortuna est circa Illyricum et Africam,

dicitur Massilia, quod a Phocaeensibus condita sit. — *Rumpere*. Alii *caedere*.

26. *Et cruentum*. Editio P. et aliae *incruentum*. — *Ilerdae*. Oppidum in Gallia Tarraconensi, quae citerior dicta est.

27. *Obundatione verni fluminis*. Id est, obundatione verna fluminis. Alii legunt *abundatione*; nec male: ut apud Virg. Georg. I, 115: *incertis cum mensibus amnis abundans*.

29. *Quid enim una post quinque legiones?* Quomodo enim una legio resistere potuisset, postquam quinque non potuissent? — *Fretum*. Gaditanum.

30. *Aliquid tamen adversus... ducem ausa fortuna.* Hausit haec, sicut alia multa hoc capite, ex Lucano IV, 402: *Non eadem belli totum fortuna per orbem Constitit; in partes aliquid sed Caesaris ausa est.* — *Quasi de industria prospera eius adversis radiarentur.* Anna Fabri legendum proponit, *quasi de industria, ut prospera*, etc. De voce autem *radiarentur*, Graevius in praefatione hanc carpit metaphoram, tamquam audacem, tumidam, inflatam; et saniores pro *radiarentur*, dicturos fuisse putat *illustrarentur*. In Graevii partes accedit Dukerus; et ab eo Begerus qui tueri vult τὸ *radiarentur*, urbane admodum dicitur *insulsitatis et ineptiarum patronus perpetuus*.... *Tantae ne*

quasi de industria prospera eius adversis radiarentur.
31 Quippe quum fauces Adriatici maris iussi occupare
Dolabella et Antonius, ille Illyrico, hic Curictico litore
castra posuissent, iam maria late tenente Pompeio,
repente legatus eius Octavius Libo ingentibus copiis
32 classicorum circumvenit utrumque. Deditionem fames
extorsit Antonio. Missae quoque a Basilo in auxilium
eius rates, quales inopia navium fecerat, nova Pompeianorum arte Cilicum, actis sub mare funibus, captae
33 quasi per indaginem. Duas tamen aestus explicuit:
una, quae Opiterginos ferebat, in vadis haesit, memorandumque posteris exitum dedit. Quippe vix mille
iuvenum manus, circumfusi undique exercitus per totum diem tela sustinuit; et quum exitum virtus non
haberet, tamen ne in deditionem veniret, hortante
Tribuno Vulteio, mutuis ictibus in se concucurrit.
34 In Africa quoque par et virtus, et calamitas Curionis
fuit: qui ad recipiendam provinciam missus, pulso fugatoque Varo iam superbus, subitum Iubae regis adventum, equitatumque Maurorum sustinere non potuit.

animis tam mitibus *irae*!.... Nos autem, cum pace eruditissimorum prorsus at irritabilium admodum commentatorum, hoc loco pro Floro patrocinabimur, et in voce *radiarentur*, nil nisi laudandum praedicabimus.

31. *Curictico*. Alii *Corcyraeo*. Sed *Curictico* vel *Curictio* ex variantium lectionum multitudine legendum monuit Salmasius. Curicta autem insula est Illyriae adiacens, ut ex Plinio notum. — *Octavius Libo*. Ita omnes Mss., et non aliter Florum scripsisse verborum contextus ostendit. Nam in eo est, *legatus eius circumvenit utrumque*; et si scripsisset Florus *Octavius et Libo*, scribendum quoque fuisset *legati circumvenerunt utrumque*. Est igitur Flori error, qui ex duobus unum hominem conflavit. GRAEV.

32. *Basilo*. Mire hoc in nomine variant. — *Nova Pompeianorum arte Cilicum*. Lucanus IV, 449: *At Pompeianus fraudes innectere ponto Antiqua parat arte Cilix*.

33. *Æstus explicuit*. Mare recurrens altius naves attollendo duas explicuit, extricavit e funibus. — *Opiterginos*. Opitergium oppidum Venetorum, supra sinum Adriaticum. — *Exitum dedit*. Alii *exemplum dedit*, et melius forsan; quum paullo post *exitum* recurrat.

Patebat victo fuga: sed pudor suasit, ut amissum sua 35
temeritate exercitum morte sequeretur. Sed iam debitum par fortuna flagitante, sedem bello Pompeius 36
Epiron elegerat: nec Caesar moratur: quippe ordinatis a tergo omnibus, quamvis hiems media prohiberet, 37
tempestate ad bellum navigavit: positisque ad Oricum castris, quum pars exercitus ob inopiam navium cum Antonio relicta, Brundisii moram faceret, adeo impatiens erat, ut ad arcessendos eos ardente ventis mari, nocte concubia, speculatorio navigio, solus ire tentaverit. Exstat ad trepidum tanto discrimine gubernatorem vox ipsius: « Quid times? Caesarem vehis ».

Contractis in unum omnibus undique copiis, positis- 38
que cominus castris, diversa erant ducum consilia. Caesar pro natura ferox, et conficiendae rei cupidus, ostentare aciem, provocare, lacessere; nunc obsidione 39
castrorum, quae sedecim millium vallo obduxerat: (sed quid his obesset obsidio, qui patente mari omnibus copiis abundarent?) nunc oppugnatione Dyrrachii 40
irrita: (quippe quam vel situs inexpugnabilem faceret) ad hoc assiduis in eruptione hostium praeliis: (quo

34. *Sed pudor*, etc. Caesar de Bello Civili II, 42: *Curio nunquam amisso exercitu, quem a Caesare fidei suae commissum acceperit, se eius in conspectum reversurum, confirmat; atque ita praelians interficitur.*

35. *Sed iam debitum par fortuna flagitante*. Metaphora petita ab athletis aut gladiatoribus, quum populus *paria gladiatorum* a muneratoribus poscere soleret. Nec his intercedendum, qui aliter hic legunt. Senec. de Providentia II, 12: *Ecce par deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compositus*. Lucanus VI, 3, similiter ut Florus, de Pompeio et Caesare, *parque suum videre dei*. *Debitum* autem *par* dicitur fato, huic certamini destinatum, et ad id reservatum.

37. *Oricum*. Epiri maritima urbs. — *Nocte concubia*. Nox concubia dicitur media nox, qua cuncta animalia terris somnus habet.

38. *Pro natura ferox*. Idem epitheton Caesari addit Claudianus de Bello Gildonico, 49: *Postquam iura ferox in se communia Caesar Transtulit*.

39. *Sedecim millium vallo*. De huius valli mirando opere vide Lipsium in Militia Romana V, 13. — *Copiis*. Pro annona, commeatu.

40. *Oppugnatione*. Bene sic legunt Freinshemius, Titze, aliique; vulgo *expugnatione*: sed mox sequitur *inex-*

tempore egregia virtus Scaevae centurionis emicuit, cu-
41 ius in scuto centum atque viginti tela sedere) iam vero direptione urbium sociarum, quum Oricum et Gomphos, et alia castella Thessaliae vastaret.

42 Pompeius adversus haec nectere moras, tergiversari, simul ut hostem interclusum undique inopia commeatuum tereret, utque ardentissimi ducis con-
43 senesceret impetus. Nec diutius profuit duci salutare consilium. Miles otium, socii moram, principes ambitum ducis increpabant. Sic praecipitantibus fatis, praelio sumta est Thessalia; et Philippicis campis Vrbis,
44 imperii, generis humani fata commissa sunt. Numquam uno loco tantum virium populi Romani, tantum dignitatis fortuna vidit. Trecenta amplius millia
45 hinc illinc, praeter auxilia regum, et Senatus. Numquam imminentis ruinae manifestiora prodigia: fuga victimarum, examina in signis, interdiu tenebrae. Dux

pugnabilem. — *Dyrrachii*, Macedoniae oppidi, quod prius Epidaurus dicebatur, ad litus fere maris Adriatici.

42. *Tereret.* Ed. P. habet *terreret.*

43. *Miles otium..... increpabant.* Montesquieu, *Grand. et Décad. des Romains, chap.* 11: « *Comme Pompée avait souverainement le faible de vouloir être approuvé, il ne pouvait s'empêcher de prêter l'oreille aux vains discours de ses gens qui le raillaient, ou l'accusaient sans cesse: il veut, disait l'un, se perpétuer dans le commandement, et être, comme Agamemnon, le roi des rois. Je vous avertis, disait l'autre, que nous ne mangerons pas cette année des figues de Tusculum...... Ainsi, pour n'être pas blâmé, il fit une chose que la postérité blâmera toujours, de sacrifier tant d'avantages, pour aller avec des troupes nouvelles combattre une armée qui avait tant de fois vaincu.* » — *Ambitum.* Ambitionem. — *Philippicis campis.* Videntur veteres hoc praelium sine discrimine vel in Philippicis, vel in Pharsalicis campis factum dixisse, propter vicinitatem harum urbium.

44. *Populi Romani.* Salmasius legebat *Populus Romanus.* Quoquo modo, otiosa verba illa videntur. — *Et senatus.* Corruptus locus: coniiciunt, *et sociorum*

45. *Fuga victimarum.* Victimae ducebantur, non trahebantur: quae si ductores sponte non sequerentur, vel si ex eorum manibus se proripuissent et effugissent, vel elapsae ictum fefellissent, mali ominis erat. At contra boni, si ad aram sponte accelerassent, sine tumultu ictum pertulissent, et collapsae placide animum exhalassent. Ed. Delph. — *Examina in signis.* Vide notata ad libr. II, 6, 14. — *Interdiu tenebrae.* Hoc saepius

ipse et nocturna imagine theatri sui audiens plausum
in modum planctus circumsonare: et mane cum pullo
(nefas!) apud principia conspectus. Numquam acrior 46
neque alacrior exercitus Caesaris fuit. Inde classica
prius, inde tela. Adnotatum quoque committentis
aciem Crastini pilum; qui, mox adacto in os gladio,
sic inter cadavera repertus, libidinem ac rabiem, qua
pugnaverat, ipsa novitate vulneris praeferebat. Sed 47
nec minus admirabilior illius exitus belli. Quippe quum
Pompeius adeo equitum copia abundaret, ut facile
circumventurus sibi Caesarem videretur, circumventus
ipse est: nam quum diu aequo Marte contenderent, ius- 48
suque Pompeii fusus a cornu erupisset equitatus, re-
pente hinc signo dato, Germanorum cohortes tantum
in effusos equites fecere impetum, ut illi esse pedites,
hi venire in equis viderentur. Hanc stragem fugientis 49
equitatus levis armaturae ruina comitata est. Tunc ter-
rore latius dato, turbantibus invicem copiis, reliqua
strages quasi una manu facta est. Nec ulla res magis
exitio fuit, quam ipsa exercitus magnitudo. Multus in 50

adnotatum inter prodigia, ut apud T. Livium XXXVII, 4, 4: *Caelo sereno interdiu obscurata lux est.* — *Theatri sui.* Quod dedicaverat septem annis post triumphum suum de Asia. — *Cum pullo . . . conspectus.* Omen infaustum feraleque, praesertim apud Romanos, qui pullis non utebantur, nisi in reatu, vel luctu. *Pullus* autem est vestis pulla, vel nigra. — *Apud principia.* Vide notata supra III, 10

46. *Pilum.* Convenientius dicendum fuisse *diotum* putat Freinshemius. Referens enim Caesar de Bello Civili III, 32, Crastini verba, antequam pugnam hic primus committeret: *Faciam, inquit Crastinus, imperator, ut mihi aut vivo, aut mortuo gratias agas.* Hoc prorsus dictum pro omine adnotarunt Plutarch. Pompeio, cap. 117, Appianus p 479, et hoc praecipue pertinet ad alacritatem, quam modo Caesaris militibus auctor tribuerat. Vel, si *pilum* accipias, *adnotatum* dicit Crastini pilum, tamqusm omen quoddam, quod ut e Luc. VII, 473, colligitur, is in quem pilum contorsit, interfectus sit.

47. *Minus admirabilior.* Vnus Ms. *minus admirabilis.* Sed hoc est a correctore, qui non putabat recte coniungi duos comparativos.

49. *Quasi una manu.* Ita facile facta est clades, ut una tantum manu facta videretur. Non temere hoc alibi reperies.

eo praelio Caesar fuit, mediusque inter Imperatorem et militem. Voces quoque obequitantis exceptae, altera cruenta, sed docta, et ad victoriam efficax, « Miles faciem feri »: altera ad iactationem composita : Parce « civibus » : quum ipse sequeretur.

51 Felicem utcumque in malis Pompeium, si eadem
ipsum, quae exercitum eius, fortuna traxisset! Superstes dignitatis suae vixit, ut cum maiore dedecore per
Thessalica Tempe equo fugeret: ut una navicula Lesbon applicaretur: pulsus Syedris in deserto Ciliciae
scopulo, fugam in Parthos, Africam, vel Ægyptum
52 agitaret: ut denique in Pelusiaco litore, imperio vilissimi regis, consiliis spadonum, et, ne quid malis desit,
Septimii desertoris sui gladio trucidatus, sub oculis
uxoris suae liberorumque moreretur.

53 Quis non peractum esse cum Pompeio crederet bellum? atqui acrius multo, atque vehementius Thessalici
54 incendii cineres recaluere. Et in Ægypto quidem ad-

50. *Mediusque inter imperatorem et militem.* Hoc est, ut imperatoris, sic militis munus obibat. — *Miles, faciem feri.* Fusius disputant commentatores, an huius praecepti ratio fuerit, quod essent in exercitu iuvenes formosi, quibus praecipua vultus cura et deformationis metus: an quod verebatur Caesar, ne quis suis, si agnovisset, parceret; an tandem Caesar hanc pugnandi formam, ut in quibuslibet praeliis efficacem, adhibuerit. Melius placet prior huius vocis ratio. — *Parce civibus*) « *Notre grand et bon Henri IV dit avec plus de sincérité à ses soldats, dans la bataille d'Ivry* : POINT DE QUARTIER AUX ESPAGNOLS, MAIS ÉPARGNEZ LES FRANÇAIS ». Nostras PAUL, *Traduct. de Florus, not.*

51. *Thessalica Tempe.* Loca nemorosa, ad Peneum fluvium sita in Thessalia. *Thessala Tempe* dixit Horatius. — *Lesbon.* Insula in mari Ægeo. — *Applicaretur.* Pro appelleret. — *Pulsus Syedris.* Ita restituit textum Salmasius pro *pulsus hedris.* Syedra autem est urbs Ciliciae, quam scopulum vocat Noster, quia maritima est, longeque aspicientibus scopulus videatur. Ita Lucanus VIII, *Ad profugum collecta ducem parvisque Synedris*: ubi quivis videt legendum *Syedris.*

52. *Pelusiaco litore.* Ad Delta Nili. — *Vilissimi regis.* Scil. Ptolemaei, Alexandriae regis. — *Spadonum.* Qui plurimi in his regionibus erant et maxime potentes. Id erat, ut videtur, ex moribus Persarum, de quibus Curtius III, 3, 24: *Spadonumque grex haud sane illis gentibus vilis.*

versus Caesarem sine partibus bellum. Quippe quum 55
Ptolemaeus, rex Alexandriae, summum civilis belli sce-
lus peregisset, foedusque amicitiae cum Caesare, medio
Pompeii capite sanxisset, ultionem tanti viri Manibus
quaerente fortuna, caussa non defuit. Cleopatra regis 56
soror, affusa Caesaris genibus, partem regni reposce-
bat. Aderat puellae forma, et quae duplicaretur ex illo,
quod talis passa videbatur iniuriam: odium ipsius re- 57
gis, qui Pompeii caedem partium fato, non Caesari,
dederat, haud dubie idem in ipsum ausurus, si expe-
disset. Quam ubi Caesar restitui iussit in regnum, sta- 58
tim ab eisdem percussoribus Pompeii obsessus in regia,
quamvis exigua manu ingentis exercitus molem mira
virtute sustinuit. Ac primum aedificiorum proximo- 59
rum, atque navalium incendio, infestorum hostium
tela submovit, mox in peninsulam Pharon subitus eva-

34. *Sine partibus*. Pompeii scilicet. Partes proprie dicuntur cives unius reipublicae in varias factiones scissae.

55. *Summum civilis belli scelus*. Pompeii necem. — *Medio Pompeii capite*. Nece Pompeii huius amicitiae foedus coniungente.

56. *Quod talis passa*, etc. Quod quum talis esset, praeterea videbatur passa, etc.

57. *Odium ipsius regis*. Accedebat etiam odium ipsius regis. — *Partium fato, non Caesari*. Sic Lucanus IX, 1081, in oratione Caesaris ad ministros regis, caput sibi Pompeii offerentes: *Nec fallere vos me Credite victorem: nobis quoque tale paratum Littoris hospitium: ne sic mea colla gerantur, Thessaliae fortuna facit.*

58. *Quam ubi Caesar restitui iussit in regnum*. Montesquieu, *Grandeur et Décad. des Romains*, chap. 11: « *Quoi que l'on ait dit de la diligence de César après Pharsale, Cicéron l'accuse de lenteur avec raison. Il dit à Cassius qu'ils n'auraient jamais cru que le parti de Pompée se fût ainsi relevé en Espagne et en Afrique; et que, s'ils avaient pu prévoir que César ce fût amusé à sa guerre d'Alexandrie, ils n'auraient pas fait leur paix et se seraient retirés avec Scipion et Caton en Afrique. Ainsi un fol amour lui fit essuyer quatre guerres, et, en ne prévenant pas les deux dernières, il remit en question ce qui avait été décidé à Pharsale.*

59. *Incendio*. Quo conflagravit instructissima Lagidarum bibliotheca. — *Peninsulam Pharon*. E regione Alexandriae antiquitus insula fuit, postea vero limus, et alia inter eam et Ægyptum induruere, ut nunc Ægypto ab altera parte contigua sit. Quapropter peninsulam eam vocavit Noster, quam Homerus antea insulam vocaverat. Ed. Delph.

sit: inde depulsus in maria mira felicitate ad proximam classem enatavit, relicto quidem in fluctibus paludamento, seu fato, seu consilio, ut illud ingruentibus
60 hostium telis saxisque peteretur. Tandem receptus a classicis suis, undique simul hostes adortus, de imbelli ac perfida gente iusta generi Manibus dedit. Quippe et Theodotus magister auctorque totius belli, et ne virilia quidem portenta, Pothinus atque Ganymedes, diversa per mare et terras fuga et morte consumti. Regis ipsius corpus obrutum, limo repertum est in aureae loricae honore.

61 In Asia quoque novus rerum motus a Ponto, plane quasi de industria captante fortuna hunc Mithridatico regno exitum, ut a Pompeio pater, a Caesare filius
62 vinceretur. Rex Pharnaces magis discordiae nostrae fiducia, quam virtutis suae, infesto in Cappadociam
63 agmine ruebat: sed hunc Caesar aggressus, uno, et, ut sic dixerim, non toto praelio obtrivit: more fulminis, quod uno eodemque momento venit, percussit, abscessit. Nec vana de se praedicatio est Caesaris, « ante
64 « victum hostem esse, quam visum ». Sic cum exteris. At in Africa cum civibus multo atrocius, quam in Pharsalia. Huc reliquias partium naufragarum quidam furoris aestus expulerat: nec reliquias diceres, sed inte-

60. *Generi*. Pompei. — *Theodotus magister*. Ptolemaei pueri praeceptor fuit; eumque Rhetoricam docebat, ut ex Plutarcho patet. — *Ne virilia quidem portenta*. Eunuchi scilicet. — *In honore*. Propter ornamentum.

63. *Vno et... non toto praelio*. Simile supra II, 7, 11: *Vno ac ne hoc quidem iusto praelio*. Verba *non toto praelio* accipi possent, tantum partem exercitus Caesaris pugnasse: iis tamen Florum celeritatem victoriae indicare voluisse liquet his, quae addit de fulmine; et celerem victoriam fuisse, intelligi potest e Dione et Appiano. — *Ante victum hostem esse, quam visum*. Suetonius, in Caesare XXXVII, 4, ita rem narrat: *Pontico triumpho inter pompae fercula, trium verborum praetulit titulum*, VENI, VIDI, VICI, *non acta belli significantem, sicut caeteris, sed celeriter confecti belli notam*.

64. *Cum civibus*. Catone et Scipione. — *Pharsalia*. Ad campos Philippicos, qui et Pharsalici dicti fuere, ut supra dictum. — *Reliquias... qui-*

grum bellum. Sparsae magis, quam oppressae vires 65
erant. Auxerat sacramentum ipsa clades imperatoris:
nec degenerabat ducum successio. Quippe satis ample
sonabant in Pompeiani nominis locum Cato et Scipio.
Accessit copiis Mauritaniae rex Iuba, videlicet ut latius
vinceret Caesar. Nihil ergo inter Pharsaliam et Thap- 66
son, nisi quod amplior, eoque acrior Caesarianorum
impetus fuit, indignantium post Pompeium crevisse
bellum. Denique, quod alias numquam ante imperium
ducis, sua sponte signa cecinerunt. Strages a Iuba coe- 67
pit. Eius elephanti bellorum rudes, et nuper a sylva,
consternati subito clangore: statim et in fugam exer-
citus, et duces fortius, quam ut fugerent, non incon-
spicua tamen morte omnium. Iam Scipio nave fugie- 68
bat: sed assecutis eum hostibus, gladium per viscera
exegit: et, « ubi esset » quodam requirente, respondit
hoc ipsum, « Bene se habet Imperator ». Iuba quum se 69
recepisset in regiam, magnifice epulatus est postero
die cum Petreio fugae comite, superque mensas et po-
cula interficiendum se ei praebuit. Ille et regi suffecit
et sibi: quum interim semesi in medio cibi, et paren-
talia fercula regio simul Romanoque sanguine ma-
debant.

dam furoris aestus. Quemadmodum reliquiae naufragiorum aestu maris in litora expelluntur, sic impetus furoris eiecerat et expulerat reliquias partium victarum in Africam.

65. *Sparsae magis, quam oppressae, vires erant*. Sic Lucanus VIII, 273... *sparsit potius Pharsalia nostras, Quam subvertit opes*. — *Auxerat sacramentum*. Eos arctiori sacramento coniunxerat.

66. *Thapson*. Africae propriae oppidum. — *Amplior*. Evidentior, illustrior.

67. *Nuper a silva*. Egregie legit Nicol. Heinsius *nuperi a sylva*. Retineri tamen potest *nuper a silva*, pro nuper adhuc silvestres. — *Et duces fortius, quam ut fugerent*. Recte admodum hic reposuit Salmasius, *nec duces fortius, quam ut fugerent*, id est, nec ipsi duces fortius se gesserunt, quam ut fugerent. — *Non inconspicua tamen morte omnium*. At fugae foeditatem pulchro exitu reparaverunt.

69. *Bene se habet imperator*. Sic apud Tacitum Burrhus iamiam ani-

70 Cato non interfuit bello: positisque apud Bagradam castris, Vticam, velut altera Africae claustra, servabat. Sed accepta partium clade, nihil cunctatus, ut sapiente dignum erat, mortem etiam laetus accivit.
71 Nam postquam filium comitesque ab amplexu dimisit, in nocte lecto ad lucernam Platonis libro, qui immortalitatem animae docet, paullulum quievit: tum circa primam vigiliam stricto gladio revelatum manu pectus
72 semel iterumque percussit. Ausi post hoc virum medici violare fomentis. Ille passus, dum abscederent, rescidit plagas: secutaque vis sanguinis moribundas manus in ipso vulnere reliquit.

73 Quasi non esset usquam dimicatum, sic arma rursus et partes: quantoque Africa supra Thessaliam, tanto
74 Africam superabat Hispania. Plurimum quantum favo-

mam efflaturus Neroni, quomodo se haberet, sciscitanti: *Ego me bene habeo*. Quod quidem Gallice vertam: « *tout va bien pour moi* ». — *Ille et regi suffecit et sibi*. Consentit Livii Epit. CXIV: *Petreius Iubam seque interemit*. Aliter Dio libro XLIII, p. 245; Appianus, de Bello Civili, libr. II, p. 490, quorum consensum, quum Seneca de Providentia II, 15, dicit: *Alterum alternis manu caesum* notavit ibi Lipsius.

70. *Bagradam*. Africae fluvium, non longe ab Vtica. — *Vt sapiente dignum erat*. Quaecumque de Catonis interitu iactata fuerint, quantiscumque laudibus, ampullis, sesquipedalibusque verbis elatus fuerit, sicut vere divinus, vituperandus nobis videtur, quia religio simul ac recta ratio, hominem a violentia manibus sibi inferendis prohibent: illudque tantummodo veniae esse possit Catoni, quod eo tempore vivebat, quo iam Romae invaluerat Stoicorum philosophia, ab huiusce mortis genere minime abhorrens. Virg. Æneid. VI, Bruti factum langens, supplicii naturum exactoris, exquisito illo iudicio quo non minus quam arte et vi poetica valebat, exclamat videlicet: *Vincet amor patriae*, LAVDVMQVE IMMENSA CVPIDO! Optime quidem: *Vincet amor patriae*! et certe quidem eodem patriae amore flagrabant Brutus et Cato: at praecipue apud eos vicit atrox quaedam superbia; vicit LAVDVM IMMENSA CVPIDO, nempe ut declamatio fierent, ut ait Iuvenalis.

72. *Violare fomentis*. Catonem violatum fomentis dicit, quasi ea re iniuria illi illata, et libertas eius violata fuisset, qui quam maxime liber, et sui iuris esse volebat. — *Rescidit plagas*. Seneca de Providentia II, 16: *Gladium sacro pectori infigit, viscera spargit, et illam sanctissimam animam, indignam quae ferro contaminaretur, manu educit*.

74. *Plurimum quantum*, etc. Plu-

ris partibus dabat fraternitas ducum, et pro uno duos
stare Pompeios. Itaque nusquam atrocius, nec tam
ancipiti Marte concursum est. Primum in ipso ostio 75
Oceani Varus Didiusque legati conflixere: sed acrius
fuit cum ipso mari, quam inter se navibus bellum: si-
quidem, velut furorem civicum castigaret Oceanus,
utramque classem naufragio cecidit. Quinam ille hor- 76
ror, cum eodem tempore fluctus, procellae, viri, naves,
armamenta confligerent? adde situs ipsius formidinem,
vergentia in unum, hinc Hispaniae, inde Mauritaniae
litora; mare et intestinum et externum, imminentesque
Herculis speculas, quum omnia undique simul praelio
et tempestate saevirent. Mox circa obsidiones urbium 77
utrimque discursum est, quae miserae inter hos atque
illos duces societatis Romanae poenas dabant.

Omnium postrema certaminum Munda. Hic non pro 78
caetera felicitate, sed anceps, et diu triste praelium:
ut plane videretur nescio quid deliberare fortuna. Sane 79
et ipse ante aciem moestior non ex more Caesar, sive
respectu fragilitatis humanae, sive nimiam prosperorum
suspectam habens continuationem: vel eadem timens,

rimum nempe saeviit hoc bellum, et tantum quantum, etc.... Sic Graece πλεῖστον ὅσον. — *Pompeios*. M. Pompeii filios Sextum et Cnaeum.

75. *Varus Didiusque*. Varus Pompeii legatus, Didius vero legatus erat Caesaris.

76. *Armamenta*. Armamentum omnibus navis instrumentis constat, gubernaculo, remigio, velis, rudentibus, etc. — *Hinc Hispaniae, inde Mauritaniae litora*. Mauritaniae et Hispaniae litora fere contigua sunt. — *Mare...... intestinum*. Mediterraneum. — *Externum*. Atlanticum. Sed quid ad horrorem internum externumque mare? quia ipse utriusque maris concursus atrociorem ostendit faciem.

78. *Munda*. Retulimus in notis primi capitis huius libri, quod tulit iudicium Laharpe de Coniurationis Catilinae in Floro narratione: « *Florus*, inquit optimus ille criticus, *n'a pas omis dans ce récit une seule circonstance importante, et tout y est raconté avec intérêt* »: et insuper addit: « *Ce même intérêt se fait sentir encore plus vivement dans la description de la journée de Munda* ». De Munda autem, urbs est Boeticae in inferiore Hispania.

80 postquam idem esse coeperat, quod Pompeius. Sed in
ipso praelio, quod nemo unquam meminerat, quum
diu pari Marte acies nihil aliud quam occiderent, in
medio ardore pugnantium subito ingens inter utrosque
silentium, quasi convenisset: hic omnium sensus erat.
81 Novissime, illud inusitatum Caesaris oculis (nefas!),
post quatuordecim annos probata veteranorum manus
gradum retro dedit. Quod etsi nondum fugerat, ap-
parebat tamen, pudore magis, quam virtute resistere.
82 Itaque ablegato equo, similis furenti, primam in aciem
procurrit. Ibi prensare fugientes, confirmare; per to-
tum denique agmen oculis, manibus, clamore, volitare.
83 Dicitur in illa perturbatione et de extremis agitasse
secum, et ita manifesto vultu fuisse, quasi occupare
manu mortem vellet: nisi cohortes hostium quinque
per transversam aciem actae, quas Labienus periclitan-
tibus castris subsidio miserat, fugae speciem praebuis-
84 sent. Hoc aut ipse credidit, aut dux callidus arripuit
in occasionem: et quasi in fugientem invectus, simul
et suorum erexit animos, et hostes perculit. Nam hi,
dum se putant vincere, fortius sequi: Pompeiani, dum
fugere credunt suos, fugere coeperunt.

85 Quanta fuerit hostium caedes, ira, rabiesque victo-
ribus, sic aestimari potest. Hoc a praelio profugi, quum
se Mundam recepissent, et Caesar obsideri statim victos
imperasset, congestis cadaveribus agger effectus est,
quae pilis iaculisque confixa, inter se tenebantur: foe-

79. *Postquam idem esse coeperat.* Id est, postquam ad idem imperii gloriaeque culmen adscenderat.

80. *Hic omnium sensus erat.* Merito haec verba, ut spuria, reiicit Freinshemius. Addita sunt haec praecedentibus explicationis caussa.

81. *Veteranorum.* Veterani dicebantur, qui post vicena stipendia dimissi fuerunt.

82. *Ablegato.* Relicto.

85. *Hoc a praelio profugi.* Recte legit Anna Fabri, *quod a praelio profugi.* — *Agger.* Suggestus e terra et arborum truncis, quem paullatim attollebant, et versus Vrbem produ-

dum etiam inter barbaros! Sed videlicet victoriam 86
desperantibus Pompeii liberis, Cnaeum praelio profu-
gum, crure saucio, deserta et avia petentem, Cesonius
apud Leuronem oppidum consecutus, pugnantem
(adeo nondum desperabat) interfecit. Sextum fortuna 87
in Celtiberiam interim abscondit; aliisque post Caesa-
rem bellis reservavit. Cacsar in patriam victor invehi- 88
tur. Primum de Gallia triumphum transmiserat Rhe-
nus, et Rhodanus, et ex auro captivus Oceanus. Altera
laurus Ægyptia: tunc in ferculis Nilus, Arsinoe, et ad
simulacrum ignium ardens Pharus. Tertius de Phar- 89
nace currus, et Ponto. Quartus Iubam et Mauros, et
bis subactam ostendebat Hispaniam. Pharsalia, et
Thapsos, et Munda nusquam. Et quanto maiora erant
de quibus non triumphabat!

cebant; ut ex alto et ex plano cum hostibus, qui pro muris stabant, consererent manum.

86. *Victoriam desperantibus*. Et postquam id accepimus statim ingeritur, *adeo non desperabat*. Aut corruptus hic locus, aut certe Florus inconsultissimus.

87. *Aliisque.... bellis*. Nempe contra Octavium.

88. *Triumphum transmiserat*. Apertius dixisset: primus triumphus fuit de Gallia, in cuius ferculis praelata sunt simulacra Rheni, Rhodani et Oceani. Veteres neminem fugit in triumphis solitos fuisse urbes, montes, flumina, maria denique quae sibi subiecerant, ex auro, argento, vel aere repraesentare. — *Ex auro*. Ex auro factus. — *Altera laurus Ægyptia*. Altera laurus ex Ægypto. — *In ferculis*. Fercula sunt quae in pompis ferebantur. — *Arsinoe*. Anna Fabri putat designari *Arsinoem*, urbem Ægypti, quae etiam Cleopatris dicta fuit. Sed cur hanc longe ab Alexandria, ubi totum hoc bellum gestum est, ad sinum Arabicum sitam, et fortassis ne nomine quidem notam Romanis, potius in triumpho ferre voluisset Caesar, quam Alexandriam, Pelusium, aut aliam aliquam celebrem Ægypti urbem. Perizonius hic ita adnotarat: huius nominis urbs in Ægypto ad Nilum; sed crediderim in triumpho ostensam Arsinoen, Cleopatrae sororem, quae pugnavit etiam contra Caesarem. Ego vero, cum Perizonio, non dubito quin erraverit Florus: nam non Arsinoes imago in ferculis praelata, verum ipsa cum aliis captivis in triumpho ducta fuit. — *Ad simulacrum ignium*. Legi vult Anna Fabri, *ad simulacrum ignium caelestium*.

89. *Tertius de Pharnace Currus*. *Triumphus*, *laurus*, *currus*, pro eodem elegantissime variata sunt a scriptore. — *Pharsalia.... et Munda nusquam*. Videlicet quia ibi contra cives pugnatum est. Quod quidem caeterum aliter

90 Hic aliquando finis armis fuit. Reliqua pax incruenta: pensatumque clementia bellum. Nemo caesus imperio praeter Afranium: satis ignoverat semel; et Faustum Syllam; didicerat generos timere, filiamque Pompeii
91 cum patruelibus ex Sylla: hic posteris cavebatur. Itaque non ingratis civibus omnes unum in principem congesti honores: circa templa imagines; in theatro distin-

ab aliis narratur. Appianus Bell. Civil. II, p. 491, narrat translatas picturas cladium ad Pharsalum et Tapson, et virorum clarorum qui his bellis interierant, Scipionis, Catonis et Petreii, una excepta Pompeii M. imagine. Caesarem non triumphasse de civibus ad Pharsalum et in Africa victis etiam alii tradunt, sed eum de Pompeii liberis ad Mundam victis quintum triumphum egisse testantur Dio XLIII, 324, et Plutarch. in Caesare. Etiam Suetonius, Caesar. XXXVII, et Velleius II, 56, scribunt quintum triumphum fuisse Hispaniensem. — *Et quanto maiora erant, de quibus non triumphabat.* Nempe Pharsalia, Thapsos, et Munda. Nam atrociora ibi fuere certamina.

90. *Satis ignoverat semel.* Caesar Afranio. — *Didicerat generos timere.* Generos Caesaris vocat Pompeium, primo generum ipsius Caesaris; deinde Pompeii ipsius generum Faustum Syllam, qui duxerat filiam generi Caesaris, et quasi, ut ita dictam, erat progener Caesaris. — *Filiamque Pompeii cum patruelibus ex Sylla.* Perizonius hic rescribendum censebat *cum parvulis ex Sylla*, quod mihi tamen non necessarium videtur. Nam deceptus est Perizonius, putans hic designari *patrueles filiae Pompeii ex Fausto Sylla*, qui filii erant huius Pompeiae ex Sylla. Itaque non respectu filiae Pompeii, quae mater erat, sed respectu Caesaris, hi patrueles vocantur, quod recte habet. Caeterum, quod ipsam rem hic narratam ettinet, Florus noster prorsus dissentit ab Hirtio, qui de bello Africano cap. 95, tradit, *Caesarem Pompeiae cum Fausti liberis incolumitatem suaque omnia concessisse.* Quaerendum igitur uter veriora tradiderit. Et potest utrumque esse verum: nempe Caesarem primo his pepercisse, deinde eos tamen sua voluntate esse interemtos; sicut de ipso Fausto Sylla Hirtius ibidem scripsit: *Afranium et Faustum vivos capit cum coniuge et liberis. Paucis post diebus, dissensione in exercitu orta, Faustus et Afranius interficiuntur*: ut vix satis intelligi possit ex his verbis, an sit ista caedes iussu aut voluntate Caesaris peracta, necne. — *Sic posteris cavebatur.* Caesar sic prospiciebat, ne posteri ex Pompeio superessent, qui bella renovarent.

91. *Circa templa imagines.* Haec *imagines circa templa* intelligi possunt statuae in templis deorum positae. Nam has quoque Caesari decretas fuisse refert Dio XLIV, 242: quae quidem statuae sine dubio sunt Suetonio *simulacra iuxta deos.* — *Distincta radiis corona.* Effigie numinum, ut appellat Tacitus I, 10, 12. — *Suggestus in Curia.* Cippus modicae altitudinis, in quo statueretur sella aurea, ut vere putat Casaubonus ad Sueto-

cta radiis corona; suggestus in curia; fastigium in domo; mensis in caelo; ad hoc Pater ipse patriae, perpetuusque Dictator: novissime, dubium an ipso volente, oblata pro Rostris, et Antonio consule, regni insignia.

Quae omnia, velut infulae, in destinatam morti vi- 92
ctimam congerebantur. Quippe clementiam principis vicit invidia: gravisque erat liberis ipsa beneficiorum potentia. Nec diutius dilatio donata est: sed Brutus et 93
Cassius, aliique patricii, consenserunt in caedem principis. Quanta vis fati! manaverat late coniuratio; li- 94
bellus etiam Caesari datus eodem die; nec perlitare centum victimis potuerat. Venit in curiam tamen, expeditionem Parthicam meditans: ibi in curuli sedentem cum Senatus invasit; tribusque et viginti vulneribus ad terram datus est. Sic ille, qui terrarum orbem 95
civili sanguine impleverat, tandem ipse sanguine suo curiam implevit.

nium, hoc loco. — *Fastigium in domo.* Hoc est supra domum acumen pyramidalis ad instar trianguli, quod proprium fuit templis deorum. — *Mensis in coelo. Iulius* qui ante *Quinctilis. In coelo* dicit, quia sol duodecim signa zodiaci percurrens totidem menses efficit.

93. *Brutus.... in caedem principis.* M. Brutum quidam ex Servilia et ipso Caesare genitum putarunt. Vnde Montesquieu, *Grand. et Décad. des Romains*, *chap.* 11, Bruti facinus perpendens: « *C'était un amour dominant pour la patrie qui, sortant des règles ordinaires des crimes et des vertus, n'écoutait que lui seul et ne voyait ni citoyen, ni ami, ni bienfaiteur, ni père. La vertu semblait s'oublier pour se surpasser elle-même, et l'action qu'on ne pouvait d'abord admirer, parcequ'elle était atroce, elle la faisait admirer comme divine.* » Optime quidem, si haec patria, cuius amore flagrabat Brutus, stare potuisset: illud autem sperare erat amentis animi.

94. *Libellus.* Index coniurationis. — *Nec perlitare centum victimis poterat.* Idem habet Suetonius in Caesar. LXXXI, *Pluribus hostiis caesis, quum litare non posset, Curiam introit. Litare* autem et *perlitare* dicebatur, quum prospero eventu sacrificabant, et quum laeta exta victimam deo gratam esse praeferebant.

95. *Sic ille,* etc. Finis quidem non faliciter caput illud absolvens, nec Floro dignus.

III.

CÆSAR AVGVSTVS. *

1 Populus Romanus, Caesare et Pompeio trucidatis,
2 rediisse in statum pristinae libertatis videbatur: et redierat, nisi aut Pompeius liberos, aut Caesar heredem reliquisset: vel, quod utroque perniciosius fuit, si non collega quondam, mox aemulus Caesarianae potentiae, fax et turbo sequentis saeculi, superfuisset Antonius.
3 Quippe dum Sextus paterna repetit, trepidatum toto mari: dum Octavius mortem patris ulciscitur, iterum
4 fuit movenda Thessalia: dum Antonius varius ingenio, aut successorem Caesaris indignatur Octavium, aut amore Cleopatrae desciscit in regem; nam aliter salvus
5 esse non potuit, nisi confugisset ad servitutem. Gratulandum tamen in tanta perturbatione est, quod potissimum ad Octavium Caesarem Augustum summa rerum rediit: qui sapientia sua atque sollertia perculsum un-
6 dique et perturbatum ordinavit imperii corpus: quod ita haud dubie numquam coire et consentire potuisset, nisi unius praesidis nutu, quasi anima et mente, regeretur.

* CAP. III. CÆSAR AVGVSTVS. Caput istud tertium quasi procemium est ad Caesaris Augusti res gestas: quas scribunt Livius a libro CXVI, usque ad finem operis; Appian. de Bello Civ. libro II, 3, 4 et 5; Sueton. in vita; Plutarch., Caesare, Cicerone, Antonio, Bruto; plura compendiose more suo Plinius VII, 45; Solin. cap. 3; Gell. X, 24, et XV, 7; Macrob. Saturn. II, 4; Valer. Max. I, 7, 1; VII, 6, 6; Lactantius II, 8; et caeteri passim. CAMERS.

2. *Liberos*. Supererat tum unus tantum Pompeii M. filius Sextus, quem mox nominat. Sic de uno filio *liberos* dicunt Cicero Philipp. I, et alii.

4. *Desciscit in regem*. Hoc est, se regem facere conatur, ut regina rex ipse frueretur. — *Nam*. Hic locus intelligi non potest, nisi τῷ *nam* sublato, et coniuncta oratione. — *Salvus esse non potuit*. Populus Romanus. Seneca de Beneficiis V, 16: *Eo redegit populum Romanum, ut salvus esse non posset, nisi beneficio servitutis*.

Marco Antonio, Publio Dolabella Consulibus, im- 7
perium Romanum iam ad Caesares transferente for-
tuna, varius et multiplex civitatis motus fuit; quodque 8
in annua caeli conversione fieri solet, ut mota sidera
tonent, ac suos flexus tempestate significent: sic cum
Romanae dominationis, id est humani generis con-
versione penitus intremuit, omnique genere discrimi-
num, civilibus, terrestribus, ac navalibus bellis, omne
imperii corpus agitatum est.

IV.

BELLVM MVTINENSE. *

Prima civilium motuum caussa testamentum Caesaris 1
fuit, cuius secundus heres Antonius, praelatum sibi
Octavium furens, inexpiabile contra adoptionem acer-
rimi iuvenis susceperat bellum. Quippe quum intra 2
decem et octo annos tenerum, obnoxium et opportu-
num iniuriae iuvenem videret, ipse plenae ex commi-
litio Caesaris dignitatis, lacerare furtis hereditatem,
ipsum insectari probris, cunctis artibus adoptionem
Iuliae gentis inhibere non desineret: denique ad op- 3
primendum iuvenem palam arma moliri: et iam parato
exercitu in Cisalpina Gallia resistentem motibus suis

8. *In annua caeli conversione.* Ex annua siderum aut solis mutatione tempestates et tonitrua oriri veteres, ut videtur, putabant.

* Cap. IV. Bellvm Mvtinense. A. V. 711, ante C. N. 43, coss. C. Vibio Pansa, A. Hirtio. Hoc bellum scribunt Livius lib. CXVII, CXVIII, CXIX; Appian. de Bell. Civ. libr. III, p. 588; Plut. Antonio, cap. 22; Frontin. I, 7, 5; III, 13, 7; Cicero in Philippicis; Sueton. Augusto II, 10; meminit Ovid. Metamorph. XV, 823; idem Ovid. Fast. IV, 623: quae loca debes Camerti.

2. *Plenae ex commilitio Caesaris dignitatis.* Hunc locum mire corruptum vexatumque antea sic restituit Salmasius. — *Lacerare furtis haere-*

4 Decimum Brutum obsiderat. Octavius Caesar, aetate et iniuria favorabilis, et nominis maiestate, quod sibi induerat, revocatis ad arma veteranis, privatus (quis crederet?) consulem aggreditur; obsidio Mutinae libe-
5 rat Brutum; Antonium exuit castris. Tum quidem etiam manu pulcher apparuit: nam cruentus et saucius aquilam, a moriente signifero traditam, suis humeris in castra referebat.

V.

BELLVM PERVSINVM. *

1 Alterum bellum concitavit agrorum divisio, quos Caesar veteranis in castris pretium militiae persolvebat.
2 Semper alias Antonii pessimum ingenium Fulvia, gla-

ditatem. Scil. Antonius HS. septies millies ab Augusto ad Opes aedem depositum, occupavit. — *Inhibere non desineret*. Optime edidit Titzius *non desinere*. Nam vulgata lectio *non desineret*, etsi libris defenditur, tamen ferri non potest.

4. *Ætate et iniuria favorabilis*. Gratus, acceptus propter, etc. — *Privatus*. Discernenda sunt tempora. Nam, quum primum Octavius Caesar aggrederetur Antonium, quo tempore effecit, ut duae legiones Martia et quarta, sublatis signis, ab Antonio ad se transirent, tum quidem adhuc privatus erat. Sed mox, quum obsidione Mutinae liberaret Decimum Brutum, et Antonium castris exueret, propraetor res gerebat. Titze.

* Cap. V. Bellvm Pervsinvm. A. V. 713, ante C. N. 41, coss. L. Antonio, P. Servilio Vatia Isaurico II. Hoc bellum scribunt Livius libro CXXVI; Sueton. August. cap. 14 et 15; Latius Appianus de Bell. Civ. libr. V. p. 689; Eutrop. VII, 1; Oros. VI, 16; Plin. VII, 45; Solin. cap 3. Bellum Perusinum et caetera ab Augusto gesta bella explicat Propert. II, 1; et Lucanus I, 41. In quibusdam editionibus hoc caput reiicitur post bellum Philippense. Hoc congruit cum ratione temporum quo gestum est.

1. *In castris*. Nic. Heinsius censebat delendum *in*: recte quidem.

2. *Antonii*. Errat Florus qui hoc bellum Perusinum Marco Antonio tribuit. Gestum est a fratre Lucio Antonio, qui Fulviae levir non coniux erat. — *Virilis militiae*. Anna Fabri optime coniicit *virilis audaciae*. — *Depulsos agris colonos*. Qui coacti erant cedere veteranis, quibus agri isti distributi erant.

dio cincta virilis militiae, uxor agitabat. Ergo depulsos
agris colonos incitando, iterum in arma ierat. Hic vero 3
iam non privatis, sed totius Senatus suffragiis iudica-
tum hostem Caesar aggressus, intra Perusiae muros re-
degit, compulitque ad extrema deditionis turpi et nihil
non experta fame.

VI.

TRIVMVIRATVS.*

Quum solus etiam gravis paci, gravis reipublicae 1
esset Antonius, quasi ignis incendio Lepidus accessit.
Quid contra duos exercitus? necesse fuit venire in
cruentissimi foederis societatem. Diversa omnium vota. 2
Incendit Lepidum divitiarum cupido, quarum spes ex
turbatione reipublicae: Antonium ultionis de his, qui
se hostem iudicassent, Caesarem inultus pater, et Ma-
nibus eius graves Cassius et Brutus agitabant. In hoc 3

* Cap. VI. Trivmviratvs. Eodem anno quo bellum Mutinense, de quo cap. IV. De triumviratu Livius CXIX et CXX; Plutarch. Antonio, cap 24; Bruto, cap. 39; Cicerone, cap. 67; Appianus de Bello Civ. lib. III et IV; Sueton. Augusto, cap. 12, 13 et 27; Eutrop. VII, 1; Oros. VI, 16; meminerunt Plinius VII, 45; et Solin. cap. 3. Camers.

1. *Gravis paci.* Martial. Spect. IV: *Turba gravis paci, placidaeque inimica quieti.* — *Ignis incendio.* Proverbium graecum est: *μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ.* — *Quid contra duos exercitus?* Quid contra duos exercitus Caesar egisset? quod quidem etiam nomen *Caesar* Graevius in textu restitui vult

2. *Diversa omnium vota. Incendit,* etc. Sic hunc locum ex Freinshemio restituimus, in libris mire corruptum. — *Lepidum divitiarum cupido.* De Lepido Montesquieu, *Grand. et Décad. chap.* 13: « *C'était le plus méchant citoyen de la république: toujours le premier à commencer les troubles; formant sans cesse des projets funestes où il était obligé de s'associer de plus habiles gens que lui.* » — *Et Manibus eius graves Cassius et Brutus.* Defunctorum manes ultione placari, et placida quiete componi putabantur.

3. *In hoc...foedus.* Ut scilicet omnes singulorum caussam, quasi suam, amplecterentur. — *Inter Perusiam*

velut foedus pax inter tres duces componitur. Apud confluentes inter Perusiam et Bononiam iungunt manus, et exercitus consalutant. Nullo bono more Triumviratus invaditur; oppressaque armis republica, redit Syllana proscriptio: cuius atrocitas nihil in se minus habet, quam numerum centum quadraginta senato-
4 rum. Exitus foedi, truces, miserabiles, toto terrarum
orbe fugientium. Pro quibus quis pro dignitate rei
ingemiscat, quum Antonius Lucium Caesarem, avunculum suum, Lepidus Lucium Paulum, suum fratrem,
5 proscripserit? Romae capita caesorum proponere in
rostris iam usitatum erat: verum sic quoque civitas
lacrymas tenere non potuit, quum recisum Ciceronis
caput in illis suis rostris videretur; nec aliter ad videndum eum, quam solebat ad audiendum, concur-
6 reretur. Haec scelera in Antonii Lepidique tabulis:
Caesar percussoribus patris contentus fuit. Haec quoque, nisi multa fuisset, etiam iusta caedes haberetur.

et Bononiam. Hallucinatur Florus, aut vitiosa lectio. Perusia hic locum habere non potest, ut quae plus quam nonaginta millia passuum abfuit a Bononia. Coniiciunt legendum esse *Petrusiam.* Petrusa autem, vulgo *la Pietrosa*, Lavini fluminis ponti est contermina, ubi fuit triumvirorum statio. — *Nullo bono more, triumviratus invaditur.* Alludit ad triumviratum Crassi, Caesaris et Pompeii. Qui foedere rupto triumviratus, de opprimenda republica cogitavere. Hic autem *nullo bono more*, est nulla bona consuetudine. Ed. Delph. — *Cuius atrocitas nil in se minus habet*, etc. Cuius minima atrocitas fuit caedes centum et quadraginta senatorum.

4. *Ingemiscat.* In aliis legitur *non ingemiscat.* Magis placet vulgata.

5. *Verum sic quoque.* Nempe quamvis hoc usitatum fuerit.

VII.

BELLVM CASSII ET BRVTI. *

Brutus et Cassius sic Caesarem, quasi Tarquinium 1
regem, depulisse regno videbantur: sed libertatem,
quam maxime restitutam voluerunt, illo ipso parrici-
dio perdidere. Igitur, caede perfecta, quum veteranos 2
Caesaris, nec immerito, timerent, statim e curia in Ca-
pitolium confugerant. Nec illis ad ultionem deerat ani-
mus; sed ducem non habebant. Igitur quum appareret, 3
quae strages reipublicae immineret, displicuit ultio,
cum consulis abolitione decreta. Ne tamen publici do- 4
loris oculos ferrent, in provincias ab illo ipso, quem
occiderant, Caesare datas, Syriam et Macedoniam,
concesserant. Sic vindicta Caesaris dilata potius, quam
oppressa est.

Igitur ordinata magis ut poterat, quam ut debebat 5
inter triumviros, respublica, relicto ad urbis praesi-
dium Lepido, Caesar cum Antonio in Cassium Brutum-
que succingitur. Illi, comparatis ingentibus copiis, 6
eamdem illam, quae fatalis Cnaeo Pompeio fuit, arenam

* Cap. VII. Bellvm Cassii et Brvti. A. V. 712, ante C. N. 42, coss. L. Munatio Planco, M. Æmilio Lepido II. Bellum Cassii et Bruti scribunt Liv. lib. CXXI-CXXIV; Plut. Antonio, cap. 27, et Bruto cap. 54; Appian de Bell. Civ. lib. IV; Val. Max. I, 5, 7 et 8; III, 2; IV, 6, 5; V, 1, 11; VI, 2, 5; VI, 8, 21; IX, 9; Eutrop. VII, 1; Sueton. Aug. cap. 13; Oros. VI, 16; Frontin. IV, 2, 1. Lege quae scribit Lucanus II, 234. Camers.

2. *Illis*. Veteranis, non Bruto et Cassio, ut intelligere videtur Anna Fabri.

3. *Cum consulis abolitione decreta*. Corruptum hunc locum sic legendum putamus: *Ciceronis consiliis abolitione* (ἀμνηστίᾳ) *decreta*. Tuetur hanc lectionem eruditissimus Seebode.

6. *Eamdem... arenam*. Virgil. G. II, 490: *Romanas acies iterum videre Philippi, etc.* — *Imminentia cladis destinatae signa*. Corruptus locus: legendum videtur *imminentis* pro *imminentia*. Aut potius reiiciendum

insederant. Sed nec tum imminentia cladis destinatae
7 signa latuere: nam et assuetae cadaverum pabulo vo-
lucres castra, quasi iam sua, circumvolabant; et in
aciem prodeuntibus obvius Æthiops nimis aperte ferale
8 signum fuit. Ipsique Bruto per noctem, quum, illato
lumine, ex more aliqua secum agitaret, atra quaedam
imago se obtulit; et «quae esset» interrogata, «Tuus,
inquit, malus Genius». Hoc dixit, et sub oculis mi-
rantis evanuit.

9 Pari in meliora praesagio in Caesaris castris omnia
aves victimaeque promiserant: sed nihil illo praesen-
tius, quam quod Caesaris medicus somnio admonitus
est, «ut Caesar castris excederet, quibus capi immi-
10 nebat»: ut factum est. Acie namque commissa, quum
pari ardore aliquamdiu dimicatum foret, quamvis du-
ces non essent praesentes, quum alterum corporis aegri-
tudo, illum metus et ignavia subduxissent, staret tamen

imminentia, quod quidem, corruptum ex *imminentis*, supra vocem *destinatae*, quasi explicatio, adscriptum fuerat: deinde intra textus verba, ut fit, receptum.

7. *Æthiops... ferale signum*. Ob nigrum colorem, qui luctui proprius est. Errat autem Florus de Æthiopis occursu. Nam hoc omen post necem Cassii factum est exercitui Bruti.

8. *Atra quaedam imago*. Quod quidem sic narrat Plutarchus, Bruto: « *Une nuit, bien tard, tout le monde étant endormi dedans son camp, en grand silence, ainsi qu'il était dans son pavillon avec un peu de lumière, pensant et discourant profondement quelque chose en son entendement, il lui fut avis qu'il ouït entrer quelqu'un; et, jetant la vue à l'entrée de son pavillon, aperçut une merveilleuse et monstrueuse figure d'un corps étrange et horrible, lequel s'alla présenter devant lui sans dire mot: si eut bien l'assurance de lui demander qui il était, et s'il était dieu ou homme, et quelle occasion le menait là. Le fantasme lui répondit: Je suis ton mauvais ange, Brutus, et tu me verras près la ville de Philippe. Brutus, sans autrement se troubler, lui répliqua: Eh bien! je t'y verrai donc. Le fantasme incontinent disparut.* » *Traduct.* d'AMYOT.

9. *Pari in meliora praesagio*. Scilicet, aeque sperto praesagio in castris Caesaris aves et victimae futura omnia portendebant, at *in meliora* Caesaris in castris. Quidam legunt, *dispari meliora praesagio* .... etc. — *Praesentius*. Faventius.

10. *Illum metus*. Plutarch. Antonio cap. 28, dicit, quosdam esse qui scripserunt Antonium non pugnae

pro partibus invicta fortuna et ultoris, et qui vindicabatur, primum adeo anceps fuit, et par utrimque discrimen, ut exitus praelii docuit. Capta sunt hinc Caesaris castra, inde Cassii. Sed quanto efficacior est fortuna, quam virtus! et quam verum est, quod mo- 11
riens efflavit, «non in re, sed in verbo tantum, esse virtutem!» Victoriam illi praelio error dedit. Cassius, 12
inclinato cornu suo, quum, captis Caesaris castris, rapido impetu recipientes se videret equites, fugere arbitratus, evadit in tumulum: inde pulvere et strepitu, 13
etiam nocte vicina, eximentibus gestae rei sensum, quum speculator quoque in id missus, tardius renuntiaret, transactum de partibus ratus, uni dc proximis auferendum praebuit caput. Brutus, quum in Cassio 14
etiam suum animum perdidisset, ne quid ex constituti fide resignaret (ita enim, impares ne superessent bello, convenerat), ipse quoque uni comitum suorum confo-

adfuisse, sed post pugnam suis iam hostes consectantibus, supervenisse. — *Staret tamen.* Repete ex praecedentibus, *et quum staret tamen....* — *Et ultoris.* Nempe Octavii ultoris. — *Et qui vindicabatur.* Nempe Bruti de quo ultio repetebatur.

11. *Virtutem.* Nostras Paul in suae versionis notis ita de hoc loco: « *J'ai été surpris que le savant M.* Dacier, *dans une de ses notes sur l'ode 7 du deuxième livre d'Horace, ait rendu le* virtus *de Florus par* valeur. *Ce mot doit être entendu ainsi dans Horace, parce que ce poëte eût très-mal loué Auguste s'il l'eût fait triompher de la vertu, au lieu qu'il le flatte très délicatement en le faisant triompher de la valeur même. Mais qui ne voit que Florus veut amener ici le mot si connu de Brutus sur le prétendu néant de la vertu; ce qu'il n'eût pu dire de la valeur sans absurdité. Car ceux même qui seraient assez insensés pour avoir de la vertu l'injurieuse idée qu'en eut Brutus dans un moment de désespoir, où il succombait sous les coups des usurpateurs, ne le seraient jamais assez pour nier le pouvoir de la valeur.* » Cui quidem plane assentimus.

14. *Impares ne superessent bello, convenerat.* Corruptum hunc locum sic reposuimus ex correctione Nic. Heinsii. — *Brutus, quum in Cassio etiam animum suum perdidisset.* Sententia est, quum eo quod Cassius desperaverat, ipse quoque animum despondisset: nisi hunc locum non translative, sed proprie intelligi velis, quo sensu explicat Anna Fabri: Brutus et Cassius convenerant, ut mortuo altero, etiam alter moreretur; et mortuo Cassio, in eo iam suum animum

15 diendum praebuit latus. Quis sapientissimos viros non miretur ad ultimum non suis manibus usos? nisi si hoc quoque ex persuasione defuit, ne violarent manus, sed in abolitione sanctissimarum piissimarumque animarum, iudicio suo, scelere alieno, uterentur.

VIII.

BELLVM CVM SEXTO POMPEIO. *

1 Sublatis percussoribus Caesaris, supererat Pompeii
domus. Alter iuvenum in Hispania occiderat, alter fuga
evaserat; contractisque infelicis belli reliquiis, quum
insuper ergastula armasset, Siciliam Sardiniamque ha-
2 bebat. Iam et classe medium mare insederat, o! quam
diversus a patre! Ille Cilicas exstinxerat: hic secum
3 piratas navales agitabat. Tanta mole belli penitus in

Brutus perdiderat. Sed Florus merito hic reprehendendus est, qui haec tamquam eodem tempore gesta narrat, quum constet, Brutum post Cassii necem, interiectis aliquod diebus, secundo praelio cum Caesare et Antonio contendisse, eoque victum demum interiisse. Quorum autem de nece Montesquieu, *Grand. et Décad. chap.* 13: «*Brutus et Cassius se tuèrent avec une précipitation qui n'est pas excusable; et on ne peut lire cet endroit de leur vie, sans avoir pitié de la république qui fut ainsi abandonnée. Caton s'était donné la mort à la fin de la tragédie; ceux-ci la commencèrent en quelque façon par leur mort.* »

15. *Nisi si hoc quoque..... defuit.* Nisi hoc (nempe manibus suis uti) illis defuit ex persuasione, aut non illis persuasum erat — *Iudicio suo... uterentur.* Ex iudicio suo, uti deberent, etc. — *Scelere alieno.* Quod si, ut minime dubium, sibi violentas manus inferre nefas est, nonne etiam nefas se ab alio occidi iubere. Duplex est crimen, quoniam tum sceleris tui participem tibi adiungas.

* Cap. VIII. Bellvm cvm Sexto Pompeio. A. V. 716, ante C. N. 38, coss. Appio Claudio Pulchro, C. Norbano Flacco. Hoc bellum scribunt Liv. CXXVII-CXXIX; Sueton. Augusto, cap. 16; copiosius Appianus, de Bello Civili libro V, p. 741; Eutrop. VII, 1; Oros. VI, 16; Plin. VII, 45; Solin. cap. 3.

1. *Alter iuvenum.* Cn. Pompeius, de quo supra IV, 2, 86. — *Alter.* Sextus Pompeius, de quo hic agitur.

2 3. *Hic secum ... tanta mole,* etc.

Siculo freto iuvenis oppressus est; magnique famam ducis ad inferos secum tulisset, si nihil tentasset ulterius: nisi quod magnae indolis signum est, sperare semper. Perditis enim rebus, profugit, Asiamque velis 4
petit: venturus ibi in manus hostium et catena, et, quod miserrimum est fortibus viris, ad hostium arbitrium sub percussore moriturus. Non alia post Xerxem 5
miserabilior fuga: quippe modo trecentarum quinquaginta navium dominus, cum sex septemve fugiebat, exstincto praetoriae navis lumine, anulis in mare adiectis, pavens atque respectans, et tamen non timens ne periret.

IX.

BELLVM PARTHICVM, DVCE VENTIDIO.*

Quamvis in Cassio et Bruto partes sustulisset, in 1
Pompeio totum partium nomen abolesset, nondum

Plane assentimus Gronovio, Graevio aliisque dicentibus hunc locum mutilum esse; et ante verba *tanta mole belli* plures fortasse versus intercidisse. — *Piratas navales*. Cum Salmasio hic putamus dici eos, qui magis navibus et iusta classe piraticam exercent, ut opponantur Cilicibus, quos Florus ipse supra tradidit, levibus ac fugacibus navigiis esse usos. — *Penitus*. Graevius legi volebat *Petilius*: quae quidem lectio occurrit in codd. Flor. et Berol. — *Si nihil tentasset ulterius*. Hoc est, si ab Augusto victus cedendo tempori se ad altera bella reservasset, neque in Asiam aufugisset, ubi, in fuga deprehensus, turpiter occisus est.

5. *Lumine*. Quod accendebatur, ut praetoria navis aliis praeluceret. — *Anulis*. Quid significet *anulis* quaerunt viri docti, Rupertus interpretatur compedes remigum, quas abiici iusserit Pompeius, vel maioris strepitus vitandi caussa, vel ut, libertate remigibus data, eos sibi fideliores redderet. Anna Fabri anulos digitorum a Pompeio abiectos putat, ne iis agnosceretur. Certe aliquid hic divinare difficile.

* Cap. IX. Bellvm Parthicvm, dvce Ventidio. Eodem anno quo incoeptum bellum superius. Hoc bellum scribunt Livius CXXVII et CXXVIII. Late Plut. Antonio, cap. 44; Appianus in eo libro, qui Parthicus inscri-

tamen ad pacis stabilitatem profecerat Caesar, quum
scopulus, et nodus, et mora publicae securitatis super-
2 esset Antonius. Nec ille defuit vitiis, quin periret: immo
omnia expertus ambitu et luxuria, primum hostes,
deinde cives, tandem etiam terrore sui saeculum libe-
3 ravit. Parthi clade Crassiana altius animos erexerant;
civilesque populi Romani discordias laeti acceperant:
itaque, ut prima affulsit occasio non dubitaverunt
erumpere, ultro quidem invitante Labieno, qui, missus
4 a Cassio Brutoque, (quis furor scelerum!) solicitaverat
hostes in auxilium; et illi, Pacoro duce, regio iuvene,
5 dissipant Antoniana praesidia. Saxa legatus, ne veniret
in potestatem, a gladio suo impetravit. Denique, ablata
Syria, emanabat latius malum, hostibus sub auxilii
specie sibi vincentibus, nisi Ventidius, et hic legatus
Antonii, incredibili felicitate et Labieni copias, ipsum-
que Pacorum, et omnem Parthicum equitatum, toto
inter Orontem et Euphratem sinu late cecidisset.
6 Viginti amplius millium fuit: nec sine consilio ducis,
qui, simulato metu, adeo passus est hostem castris suc-
cedere, donec, absumpto iactus spatio, adimeret usum
sagittarum. Rex fortissime dimicans cecidit: mox, cir-
cumlato eius per urbes, quae desciverant, capite, Syria
sine bello recepta. Sic Crassianam cladem Pacori caede
pensavimus.

bitur, copiose; Iustin. XLII, 4, 7; Eutrop. VII, 2; Oros. VI, 16; multa Gellius XV, 4; Val. Max. VI, 9; Front. I, 1, 16; et II, 2, 5.

2. *Nec ille defuit vitiis, quin periret.* Nec stetit per vitia, quin ille periret.

5. *Saxa.* Antonii legatus Decidius Saxa vocabatur. — *Sibi.* Id est, pro utilitate sua, non pro Bruti Cassiique partibus. — *Et hic.* Alter. — *Orontem.* Syriae fluvium.

6. *Viginti amplius millium fuit.* Hic obscurus nimia brevitate Florus. Et hinc etiam forsan aliquid aut aetas, aut incuria abstulerit. Sensus sine dubio hoc loco intelligendus est. Viginti amplius millium ea clades fuit.

X.

BELLVM PARTHICVM SVB ANTONIO. *

Expertis invicem Parthis atque Romanis, quum Cras- 1
sus atque Pacorus utrimque virium mutuarum documenta fecissent, pari rursus reverentia integrata amicitia; et quidem ab ipso Antonio foedus cum rege
percussum. Sed (immensa vanitas hominis!) dum titu- 2
lorum cupidine Araxem et Euphratem sub imaginibus suis legi concupiscit, neque caussa, nec consilio, ac ne imaginaria quidem belli indictione, quasi hoc quoque ex arte ducis esset, obrepere, relicta repente Syria, in
Parthos impetum facit. Gens, praeter armorum fidu- 3
ciam, callida, simulat trepidationem, et in campos fugam. Hic statim quasi victor sequebatur: quum subito nec magna hostium manus, ex improviso, et iam in fessos via sub vespere, velut nimbus, erupit; et missis undique sagittis duas legiones operuerunt.

Nihil acciderat in comparationem cladis, quae in 4
postremum diem imminebat, nisi intervenisset deûm

* Cap. X. Bellvm Parthicvm svb Antonio. A. V. 718, ante C. N. 36, coss. T. Statilio Tauro, L. Gellio Poplicola. De hoc bello vide Epit. Liv. CXXX; Plutarch. Antonio cap. 49, etc.; Appianus Parthico; Iustinus XLII, 5, 3; Eutrop. VII, 1; Oros. VI, 16; Front. II, 3, 15; II, 13, 7. Camers.

1. *Expertis*. Semel expertis. — *Crassus atque Pacorus.... documenta fecissent.* Dum primum vincitur Crassus a Parthis, deinde Pacorus a Romanis.

2. *Sub imaginibus ... legi*. Tituli devictarum gentium, locorum, fluviorum, statuis adscribebantur. — *Ne imaginaria quidem belli indictione.* Vide notata supra III, 11. — *Obrepere.* Subito et in minime opinantes impetum facere.

3. *Praeter armorum fiduciam, callida.* Non solum fidens armis, non solum fortissima, sed etiam callida. Hinc Virgil. Georg. III, 31, dixit: *Fidentemque fuga Parthum, versisque sagittis.* Iustin. XLI, 2, 7: *Saepe etiam fugam simulant, ut incautiores adversum vulnera insequentes habeant.*

miseratio. Vnus ex clade Crassiana, Parthico habitu, castris adequitat; et, salute Latine data, quum fidem
5 eo ipso fecisset, quid immineret, edocuit: « iam adfu-
« turum cum omnibus copiis regem: irent retro, pete-
« rentque montes: sic quoque hostem fortasse non de-
« fore ». Atque ita secuta est minor vis hostium, quam
6 imminebat. Adfuit tamen: deletaeque reliquae copiae forent, nisi urgentibus telis in modum grandinis, quadam sorte, quasi docti, procubuissent in genua milites, et, elatis super capita scutis, caesorum speciem
7 praebuissent. Tum Parthus arcus inhibuit. Deinde Romani quum se rursus extulissent, adeo res miraculo fuit, ut unus ex barbaris miserit vocem: « Ite, et bene
« valete, Romani: merito vos victores fama gentium
« loquitur, qui Parthorum tela fugistis ».

8 Non minor ex aqua postea, quam ab hostibus clades. Infesta primum siti regio: tum quibusdam Salina-
9 cidis fluvius infestior: novissime, quia iam ab invalidis et avide hauriebantur, noxiae etiam dulces fuere. Mox et ardores per Armeniam, et nives per Cappadociam,
10 et utriusque caeli subita mutatio pro pestilentia fuit. Sic vix tertia parte de sedecim legionibus reliqua, quum argentum eius passim dolabris concideretur, et subinde

4. *Vnus ex clade Crassiana.* Idem Velleius II, 82, 4. Qua de re Horatius, carm. III, 5: *Milesne Crassi coniuge barbara turpis maritus vixit, et hostium (proh! curia inversique mores!) consenuit socerorum in armis, sub rege Medo Marsus et Apulus!*

5. *Sic quoque.* Nempe, quamvis montes peterent, tamen fortasse et hostes adfuturos.

6. *Sorte*) *Fors* et *sors* ubique permutantur. Dicit Florus, eos id potius ex sorte fecisse, quam ex militari scientia.

8. *Tum.* Intellige postea. — *Salinacidis.* Scilicet salsis et acidis; subaudi *aquis*. Alii *Salmacidis*.

10. *Quum argentum eius dolabris concideretur.* Locus intellectu difficilis. Narrant autem Plutarchus, Antonio, cap. 64, et Appianus, quidquid auri, argenti, pretiosi fuit Antonio, et in ipsius exercitu, id omne ab eius militibus direptum fuisse et concisum. — *Inter moras.* Gallice, *de temps en temps*.

inter moras mortem a gladiatore suo efflagitasset egregius imperator, tandem perfugit in Syriam. Ibi incredibili quadam mentis vecordia ferocior aliquanto factus est: quasi vicisset, qui evaserat.

XI.

BELLVM CVM ANTONIO ET CLEOPATRA.*

Furor Antonii, quatenus ambitu non interiret, luxu 1
et libidine exstinctus est. Quippe post Parthos quum
exosus arma in otio ageret, captus amore Cleopatrae,
quasi bene gestis rebus, in regio se sinu reficiebat.
Haec mulier Ægyptia, ab ebrio imperatore, pretium 2
libidinum, Romanum imperium petit. Et promisit
Antonius, quasi facilior esset Partho Romanus. Igitur 3
dominationem parare, nec tacite: sed patriae, nominis,
togae, fascium oblitus, totus in monstrum illud, ut
mente, ita animo quoque et cultu, desciverat. Aureum

* CAP. XI. BELLVM CVM ANTONIO ET CLEOPATRA. A. V. 718, ante C. N. 36, coss. L. Gellio Poplicola, M Cocceio Nerva. De hoc bello Epit. Livii CXXX; Plutarchus, Antonio; Sueton. Augusto, cap. 17 et 18; Val. Max. III, 8, 81; August. de Civitate Dei, III, 30; Lactantius, II, 8; Appianus, Parthico; Iustinus XLII, 5, 3; Eutrop. VII, 2; Oros. VI, 17; Frontinus II, 3, 15; II, 13, 7. CAMERS.

1. *Quatenus ambitu non interiret.* Scilicet, quum non interiret ambitione. Vide supra hoc libro cap. 9, 2: *Omnia expertus ambitu et luxuria.*

2. *Ab ebrio imperatore... imperium petit.* Propert. III, 9: *Coniugii obscoeni pretium Romana poposcit Moenia, et addictos in sua iura patres.*

3. *Patriae, nominis, togae, fascium oblitus.* Horatius, Od. III, 5: *Anciliorum et nominis, et togae Oblitus, aeternaeque Vestae.* — *In monstrum illud.* Regem scilicet, inquit Anna Fabri. Ego vero potius interpretor, in Cleopatram Sic Horatius etiam de Cleopatra: *Fatale monstrum, etc.* — *Vt mente, ita animo.* Mens quandoque pro animo sumitur: sed hic nihil aliud est, quam voluntas simplex et sola; animus vero est ipsa indoles. Sic Terentius And. act. I, sc. 1: *Mala mens, malus animus.* — *Aureum in manu baculum.* Haec apud Ægyptios regum insignia.

in manu baculum: ad latus acinaces: purpurea vestis
ingentibus obstricta gemmis: diadema aderat, ut regina
rex ipse frueretur.

4 Ad primam novorum motuum famam Caesar a Brun-
dusio traiecerat, ut venienti bello occurreret: positis-
que in Epiro castris, Leucadem insulam, montemque
Leucaten, et Ambracii sinus cornua, infesta classe suc-
5 cinxerat. Nobis quadringentae amplius naves: ducentae
non minus hostium: sed numerum magnitudo pensabat.
Quippe a senis in novenos remorum ordinibus, ad hoc
turribus, atque tabulatis allevatae, castellorum et ur-
bium specie, non sine gemitu maris et labore ven-
torum ferebantur: quae quidem ipsa mole exitio fuit.
6 Caesaris naves a triremibus in senos non amplius or-
dines creverant. Itaque habiles in omnia, quae usus
poscebat, ad impetus et recursus flexusque capiendos,
illas graves, et ad omnia praepeditas, singulas plures
adortae, missilibus simul, tum rostris, ad haec ignibus
7 iactis, ad arbitrium dissipavere. Nec ulla re magis
hostilium copiarum apparuit magnitudo, quam post vi-
ctoriam. Quippe immensa classis, naufragio belli facto,
toto mari ferebatur; Arabumque, et Sabaeorum, et
mille aliarum gentium Asiae spolia, purpuram, aurum-
que, in ripam assidue mota ventis maria revomebant.

8 Prima dux fugae regina, cum aurea puppe, veloque
purpureo, in altum dedit. Mox secutus Antonius: sed
9 instare vestigiis Caesar. Itaque nec praeparata in Ocea-

4. *Leucaten*. Leucades insulae promontorium. — *Ambracii sinus*. Supra Acarnaniam.

5. *Tabulatis*. Gallice, *des étages*. — *Non sine gemitu maris et labore ventorum ferebantur*. Minime assentimus Graevio hunc locum carpenti, utpote turgidum et declamatorium. Iniquissima in Florum huius saepe iudicia.

8. *Instare vestigiis Caesar*. Horatius etiam Od. I, 37: *Mentemque lymphatam Mareotico redegit in veros timores Caesar, ab Italia volantem remis adurgens*. Si contra credas Suetonio et aliis, Caesar, ab Actio statim Samum insulam se recepit.

num fuga, nec munita praesidiis utraque Ægypti cornua, Paraetonium atque Pelusium, profuere: prope manu tenebantur. Prior ferrum occupavit Antonius: regina ad pedes Caesaris provoluta tentavit oculos ducis: frustra: nam pulchritudo intra pudicitiam principis fuit. Nec illa de vita, quae offerebatur, sed de parte 10
regni, laborabat. Quod ubi a principe desperavit, servarique se triumpho vidit, incautiorem nacta custodiam, in Mausoleum se (sepulcra regum sic vocant) recipit. Ibi maximos, ut solebat, induta cultus, in dif- 11
ferto odoribus solio, iuxta suum se collocavit Antonium; admotisque ad venas serpentibus, sic morte, quasi somno, soluta est.

XII.

BELLA ADVERSVS GENTES EXTERAS.*

Hic finis armorum civilium: reliqua adversus exte- 1
ras gentes: quae districto circa mala sua imperio, di-

---

9. *Ægypti cornua.* Cornua dicuntur haec oppida, ut in duos angulos prominentia. Livius XXXV, 18: *In duobus veluti cornibus Graeciae, Nabin a Peloponneso concitaturum omnia, a Macedonia Philippum.* — *Prope manu tenebantur.* In eo erant Antonius et Cleopatra, ut in potestatem Caesaris vanirent.

10. *Pulchritudo intra pudicitiam principis fuit.* Anna Fabri explicat: minor fuit quam pudicitia principis. Sic supra I, 3: *Et facinus intra gloriam fuit*, sc. constitit intra terminos gloriae. Salmasius legebat, *intra pudicitiam principi fuit.* — *Laborabat.* Solicita erat. — *Sepulcra regum sic vocant.* Freinshem. haec adscriptitia censebat.

* Cap. XII. Bella adversvs exteras gentes. Quae hoc ultimo capite scribit Florus, habentur compendiose a Suetonio, Augusto, 20 et 21; Livio CXXXII et seqq.; Eutrop. VII, 2 et seqq.; Oros. VI, 17, ac deinceps.

1. *Reliqua adversus exteras gentes.* Attamen et in prioribus bella Parthica rebus exteris huius saeculi adcenseas. Sed illa auctor consulto, et quasi de industria, chronologico ordine mihi retulisse videtur, partim quod ibi ad cognoscendum propius Antonium, qualis ante bellum Actiacum fuerit,

2 versis orbis oris emicabant. Nova quippe pax: necdum
assuetae frenis servitutis tumidae gentium inflataeque
cervices ab imposito nuper iugo resiliebant.
3 Ad Septemtrionem conversa ferme plaga ferocius
agebat: Norici, Illyrii, Pannonii, Dalmatae, Mysi,
4 Thraces et Daci, Sarmatae atque Germani. Noricis ani-
mos dabant Alpes et nives, quo bellum non posset
adscendere: sed omnes illius cardinis populos, Brennos,
Senones atque Vindelicos, per privignum suum Clau-
5 dium Drusum perpacavit. Quae fuerit callidarum gen-
tium feritas, facile vel mulieres ostendere: quae, defi-
cientibus telis, infantes ipsos afflictos humo in ora
6 militum adversa miserunt. Illyrii quoque sub Alpibus
agunt, imasque valles earum, ac quaedam quasi clau-
stra, custodiunt, abruptis torrentibus impliciti. In hos
expeditionem ipse sumsit, fierique pontes imperavit.
7 Hic se et aquis et hoste turbantibus, cunctanti ad

necessaria essent, partim ut interiecto mox Antonii fine, res externas per illum gestas adcuratius distingueret ab his rebus, quae Caesaris Augusti ductu aut auspiciis gestae sunt. Titze.

2. *Necdum assuetae frenis servitutis tumidae inflataeque cervices*, etc. Tacitus, I, 8, 44, *crudum servitium* appellat. Curtius, VI, 3, 6: *In novo, et (si verum fateri volumus) precario imperio, adhuc iugum eius rigida cervice subeuntibus barbaris, tempore opus est, dum mitioribus ingeniis imbuantur, et efferatos mollior consuetudo permulceat.* — *Resiliebant.* Deflectebant.

4. *Cardinis.* Gallice, *de ce climat.* Ed P. *ordinis.* — *Brennos, Senones.* Pro *Brennos* rescribendum esse *Breunos*, codicibus edocti multi videre. Sed et pro Senones, quos Florus diu ante a Romanis prorsus deletos tradidit, nihil dubito cum Tollio reponere *Genaunos* ex Horatio, Od. IV, 14. — *Privignum suum Claudium Drusum.* Tiberii Claudii Neronis uxorem Liviam in sextum mensem gravidam, Augustus sibi duxit, quae post tres menses Claudium Drusum Neronem peperit, qui sic privignus fuit Augusti.

5. *Callidarum.* Amplectimur correctionem Salmasii *Alpicarum.*

6. *Claustra.* Nempe Alpes Illyricae regionis quasi quaedam claustra sunt. — *Fierique pontes imperavit.* Ita plerique libri scripti et editi; in quibusdam tamen legitur *fierique pontes et aquis imperavit*; inde Is. Vossius legendum coniiciebat, *e tabulis*: Nic. Heinsius *e cratibus*: Titze *et aggeres.*

7. *Turbantibus.* Militibus Caesaris se turbantibus hoste et aquis, etc. —

adscensum militi scutum de manu rapuit; et in via primus, tunc agmine secuto, quum Illyricus multitudine pons succidisset, saucius manibus ac cruribus, speciosior sanguine, et ipso periculo augustior, terga hostium percecidit.

Pannonii duobus saltibus, ac tribus fluviis, Dravo, 8
Savo, Histroque vallabantur. Populati proximos, intra
ripas se recipiebant: in hos domandos Vibium misit.
Caesi sunt in utrisque fluminibus. Arma victorum non 9
ex more belli cremata; sed capta sunt, et in profluentes data: ut caeteris, qui resistebant, victoria sic nuntiaretur.

Dalmatae plerumque sub silvis agunt: inde in latro- 10
cinia promtissimi. Hos iam quidem Marcius, incensa 11
urbe Delminio, quasi detruncaverat: postea Asinius
Pollio gregibus, armis, agris multaverat (hic secundus
orator); sed Augustus perdomandos Vibio mandat; qui
efferum genus fodere terras coegit, aurumque venis 12
repurgare, quod alioquin gens omnium cupidissima, studiosa diligentia anquirit, ut illud in usus suos servare videatur.

Illyricus. Corrupta vox. Pal. 2, et Flor. habent *lubricus*; Graevius Dukerusque coniiciunt *subruptus*.

8. *Pannonii duobus saltibus, ac tribus fluviis, Dravo, Savo Histroque*, etc. Hanc lectionem olim impugnavit Salmasius, optimorum librorum suasu legens: *duobus saltibus, ac fluviis Dravo, Savoque, vallantur.* Recte abiectum est nomen *Histro*, quod ab omnibus optimis libris abest. Posset et addi Pannonios flumine Histro non contra Romanos, sed potius contra alios populos Septemtrionales, vallatos fuisse. Non enim opus erat transgredi Histrum, ut ad Pannonios venirent, quippe quum Hister, si Hispaniam spectes, Pannoniis a tergo esset, a fronte Savus et Dravus; et de duobus tantum non tribus fluviis sermonem esse, vel ipsa Flori insequentia verba demonstrent: *Caesi sunt in utrisque fluminibus.* — *Vibium.* Mira hoc in nomine codicum corruptio. Lege *Tiberium*.

9. *Nam ex more belli cremata.* Appianus in Punico, de Africano minore: *Scuta, machinas, et naves inutiles, Marti Minervaeque sacratas, accinctus cremavit more patrio.* — *Capta sunt.* Corrupta vox. Graevius coniiciebat legendum *acta*: Perizonius *fracta*.

11. *Marcius.* Caius Marcius Figulus,

13 Mysi quam feri, quam truces fuerint, quam ipsorum
14 etiam barbari barbarorum, horribile dictu est. Vnus ducum, ante aciem, postulato silentio: « Qui vos, inquit, estis? » Responsum invicem: « Romani, gentium domini ». Et illi « Ita, inquiunt, fiet, si nos viceritis ».
15 Accepit omen Marcus Crassus. Illi statim, ante aciem immolato equo, concepere votum « ut caesorum extis ducum et litarent, et vescerentur ». Deos audisse cre-
16 diderim: nec tubam sustinere potuerunt. Non minimum terroris incussit barbaris Domitius centurio, satis barbarae, efficacis tamen apud pares homines stoliditatis, qui foculum gerens super cassidem, suscitatam motu corporis flammam velut ardenti capite fundebat.
17 Ante hos Thracum maxime populus desciverat. Ille barbarus et signis militaribus, et disciplina, armis etiam Romanis assueverat; sed a Pisone perdomiti, in ipsa

qui cum Cornelio Lentulo Lupo consul fuit. — *Delminio*. Vrbs Dalmaliae ad Septemtrionem. — *Detruncaverat*. Quippe Delminium Dalmatarum caput. — *Asinius Pollio*. Qui consul fuit cum Domitio Calvino. — *Hic secundus orator*. A Cicerone sine dubio hunc secundum dicit Florus. Haec verba autem adscripta recte iudicat Freinshemius. — *Vibio*. Recte hic habet nomen *Vibii*: sed praetermisit hic Florus bellum Dalmaticum unum. Nam post Asinium Pollionem novum cum Dalmatis bellum ab anno V. C. 734 gestum est, de quo scripsit Vell. II, 96. Id finivit Tiberius Nero A. V. 742, una cum Pannonico, de quo ante legimus. Coniuncta enim haec duo bella fuere. Quo autem finito Dalmatico bello a Tiberio Nerone, praefectura Dalmatiae Vibio Postumo ab Augusto mandata est, isque in ea haec quae Florus hic narrat egit.

13. *Barbari barbarorum*. Scilicet, barbari etiam inter barbaros, ut supra II, 6, 35: *Vrbs urbium*.

14. *Marcus Crassus*. Marcus Licinius Crassus qui consul fuit cum Caesare Octaviano IV.

15. *Accepit omen*. Formula solennis in bono omine. Eius rei hanc rationem reddit Turneb. Adversar. V, 7, quod, ut auguria ultro oblata in potestate eorum erant, quibus offerebantur, eaque agnoscere vel non agnoscere licebat; ita etiam omina, quae si agnita essent, nullam vim habebant. Item de ostentis scribit Plinius Hist. Nat. XVIII, 2, horum vires in potestate eorum esse, quibus ostenderentur, et prout quaeque accepta essent, ita valere. Itaque horum significationem saepe verso ad melius omine eludebant, quod de Iulio Caesare scribit Suetonius, Caesar. LIX.

17. *Ante hos Thracum maxime populus desciverat*. Locus conclamatus, et adeo corruptus, ut sine ope

captivitate rabiem ostendere: quippe, quum catenas morsibus tentarent, feritatem suam ipsi puniebant.

Daci montibus inhaerent: Cotisonis regis imperio, 18
quoties concretus gelu Danubius iunxerat ripas, decurrere solebant, et vicina populari. Visum est Caesari 19
Augusto gentem aditu difficillimam submovere. Misso igitur Lentulo, ultra ulteriorem repulit ripam: citra praesidia constituit. Sic tunc Dacia non victa, sed submota, atque dilata est.

Sarmatae patentibus campis inequitant. Et hos per 20
eumdem Lentulum prohibere Danubio satis fuit. Nihil praeter nives, rarasque silvas habent. Tanta barbaries est, ut pacem non intelligant.

Germaniam quoque utinam vincere tanti non pu- 21
tasset! magis turpiter amissa est, quam gloriose acquisita. Sed quatenus sciebat patrem suum Caesarem, bis 22
traiecto ponte Rheno, quaesisse bellum, in illius honorem concupiit facere provinciam: et factum erat, si

aliorum quam qui adhuc inspecti sunt codicum, sanitati restitui non queat. Graevius rescribendum censebat, *Bessi, Thracum maximus populus desciverat.* — *Pisone.* Lucio Pisone.

18. *Cotisonis.* Huic Daciae regem fecit noster, Horatium secutus Od. III, 8: *Occidit Daci Cotisonis agmen.* Suetonius vero Getarum regem vocat: sed Plinius scribit Getas Romanis Dacos dictos fuisse.

19. *Lentulo.* Quis fuerit iste Lentulus, incertum est. — *Dilata est.* Si quibusdam fidem adhibemus, hic Florus innuit, Daciam ad Traiani tempora dilatam fuisse, quibus provincia Romana facta est.

20. *Sarmatae inequitant.* Sarmatarum gens, pedestribus pugnis non idonea. Tacit. Hist. I, 79, 5: *Mirum dictu, ut omnis Sarmatarum virtus velut extra ipsos: nihil ad pedestrem pugnam tam ignavum; ubi per turmas advenere, vix ulla acies obstiterit.* — *Raras silvas* In quibus rarae sint arbores. Quum autem in Sarmatia frequentes magnae et densissimae sint silvae, legendum putat Dukerus ex Iordane, *praeter nives pruinasque et silvas.*

22 *Si.... tam vitia nostra quam imperia ferre potuissent.* Vnde La Fontaine in fabula dicta *le Paysan du Danube*, hunc ita senatui loquentem inducit:

Vos préteurs au malheur nous font joindre le crime.
Retirez-les; ils ne nous apprendront
Que la mollesse et que le vice:
Les Germains comme eux deviendront
Gens de rapine et d'avarice.

barbari tam vitia nostra, quam imperia, ferre potuis-
23 sent. Missus in eam provinciam Drusus, primos domuit
Vsipetes: inde Tenchteros percucurrit, et Cattos. Iam
Marcomannorum spoliis insignem quemdam editum
24 tumulum in tropaei modum excoluit. Inde validissimas
nationes, Cheruscos, Suevosque, et Sicambros, pariter
aggressus est: qui, viginti centurionibus incrematis,
hoc velut sacramento sumserant bellum, adeo certa
victoriae spe, ut praedam in antecessum pactione divi-
25 serint. Cherusci equos, Suevi aurum et argentum,
Sicambri captivos elegerant; sed omnia retrorsum:
victor namque Drusus equos, pecora, torques eorum,
26 ipsosque praeda divisit, et vendidit. Praeterea in tute-
lam provinciarum praesidia atque custodias ubique
disposuit, per Mosam flumen, per Albim, per Visur-
gim. Nam per Rheni quidem ripam quinquaginta am-
plius castella direxit. Bonnam et *Gesoniam cum*, pon-
27 tibus iunxit, classibusque firmavit. Invisum atque
inaccessum in id tempus Hercinium saltum patefecit.
Ea denique in Germania pax erat, ut mutati homines,
alia terra, caelum ipsum mitius molliusque solito vide-
28 retur. Denique non per adulationem, sed ex meritis,
defuncto ibi fortissimo iuvene, ipsi, quod numquam
alias, senatus cognomen ex provincia dedit.

23. *Drusus*. De quo supra 4. — *Vsipetes*. Non longe a Rheno. — *Cattos*. Iidem qui Saxones, ut volunt. — *Marcomannorum*. Quos ad Albim coluisse ex Tacito colligere est.

24. *Incrematis*. Vivis scilicet crematis. Ita de iisdem gentibus Tacitus I, 61, 6: *Lucis propinquis barbarae arae, apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones mactaverant*.

25. *Praeda*. Assentimus Graevio aliisque, pro *praeda* suadentibus *praedam*.

26. *Mosam*. Mosa Galliae Belgicae fluvius, qui per mediam Bataviam in mare incurrit. — *Albim*. In extrema Germania, fere ad Cimbricam Chersonesum. — *Visurgim*. Germaniae fluvium qui in Oceanum aquas evolvit — *Gesoniam cum*. In magna librorum et hominum de hoc loco pugna, tutissimum visum fuit rescribere quod pluribus Mss. firmatur. Hoc nomen indicat oppidum ad Rhenum situm sicut *Bonnam*. Coniiciebat Cluverius *Maguntiacum* hodie *Mayence*: nec male.

28. *Defuncto fortissimo iuvene*,

Sed difficilius est provincias obtinere, quam facere. 29
Viribus parantur: iure retinentur. Igitur breve id gau-
dium. Quippe Germani victi magis, quam domiti 30
erant; moresque nostros magis, quam arma, sub impe-
ratore Druso suspiciebant: postquam vero ille defun-
ctus, Vari Quinctilii libidinem ac superbiam, haud 31
secus quam saevitiam, odisse coeperunt. Ausus ille
agere conventum; et in castris se direxerat, quasi vio-
lentiam barbarorum et lictoris virgis, et praeconis voce
posset inhibere: at illi, qui iam pridem rubigine obsitos
enses, inertesque moererent equos, ut primum togas, 32
et saeviora armis iura viderunt, duce Arminio, arma
corripiunt: quum interim tanta erat Varo pacis fiducia,
ut ne praedicta quidem, et prodita per Segestem unum 33
principum, coniuratione commoveretur. Itaque impro-
vidum, et nihil tale metuentem, improviso adorti, 34
quum ille (o securitas!) ad tribunal citaret, undique
invadunt, castra rapiunt: tres legiones opprimuntur.
Varus perditas res eodem, quo Cannensem diem Paul- 35
lus, et fato est et animo secutus. Nihil illa caede per 36
paludes perque silvas cruentius; nihil insultatione bar-

ipsi, etc. Erret qui hunc locum vitiosum putet, ubi ablativum absolutum vidimus, quum verbum sequens alium casum exigat, cuius quidem loquendi generis non desunt exempla. Non tamen contemnenda est coniectura Perizonii, pro *ipsi* legentis *ipse*: ut hoc Druso tamquam extraordinarium aliquid contigisse dicat Florus, quod ipse senatus ei hoc nomen decrevit. Nam senatus cognomina e gentibus victis dare non solebat: sed, vel victores ipsi ea sibi pro arbitrio adsciscebant, vel consensu vulgi, aut ab adulatoribus imposita accipiebant.

30. *Suspiciebant*. Reverebantur. Alii *susceperant*: male.

31. *Saevitiam*. Nemo saevitiam obiecit Varo. Quin sic describitur a Velleio Paterculo II, cap. 117, eius ingenium, ut quam longissime ab hoc crimine videatur esse remotum: *Varus Quinctilius*, inquit, *illustri magis quam nobili ortus familia, vir ingenio mitis, moribus quietus, ut corpore et animo immobilior, otio magis castrorum quam bellicae adsuetus militiae.* — *Se direxerat*. Corruptus locus, nullo apto sensu. Probamus coniecturam quam plures receperunt, *ius dicebat*.

34. *Improviso*. Vox illa reiicienda est, utpote quae ex *improvidum* nata, ut explicatio scholastica, in textum recepta est.

barorum intolerantius, praecipue tamen in caussarum
37 patronos. Aliis oculos, aliis manus amputabant: unius os sutum, recisa prius lingua, quam in manu tenens barbarus «Tandem, inquit, vipera, sibilare desiste».
38 Ipsius quoque consulis corpus, quod militum pietas humi abdiderat, effossum. Signa et aquilas duas adhuc barbari possident: tertiam signifer prius, quam in manus hostium veniret, evulsit; mersamque intra baltei
39 sui latebras gerens, in cruenta palude sic latuit. Hac clade factum, ut imperium, quod in litore Oceani non steterat, in ripa Rheni fluminis staret.

40 Haec ad Septemtrionem. Sub Meridiano tumultuatum magis, quam bellatum est. Musulanios atque Getulos, adcolas Syrtium, Cosso duce, compescuit: unde illi
41 Getulici nomen. Latius victoria patet. Marmaridas atque Garamantas Curinio subigendos dedit. Potuit et ille redire Marmaricus; sed modestior in aestimanda victoria fuit.

38. *Signa et Aquilas duas adhuc barbari possident*. Hoc in loco essultat triumphatque Titzius, ex eo colligendum esse contendens, Florum huiusce epitomes scriptorem Augustae aetati vindicandum esse, non Traiani, ut solent. Qui autem non in huius sententiam accedunt, suspicantur Florum haec descripsisse e scriptore aliquo rerum romanarum, qui ante receptas illas duas aquilas scripserat, ac fortasse a Livio.

39. *In litore Oceani non steterat*. Sine dubio respicit ad Caesaris Britannicam expeditionem, de qua supra III, 10.

40. *Musulanios*. Africae propriae populi ad Ampsam fluvium siti. — *Getulos*. Infra Mauritaniam. Hodie dicuntur *Berberi*, et habitant partem altissimam montis Atlantis in Africa. — *Adcolas Syrtium*. Sic Virgilium secutus est Florus, qui Syrtes Getula vocat. At falsum est Getulos ad Syrtes degere, quippe qui Mediterranei sunt, et infra Mauritaniam. — Latiori sane sensu loqui solent poetae. Cf. ad Æneid V, 51 et 192. — *Cosso duce*. Cosso Cornelio Lentulo, qui consul fuit cum Calpurnio Pisone Augure.

41. *Marmaridas*. Populi qui Marmaricam a Nilo usque ad Cyrenem, vel Syrtem maiorem incolunt. — *Garamantas*. Libyae populos intra Gaetuliam et montes Æthiopicos — *Curinio*. Quis fuerit ille *Curinius* ignorant. Forsan Q. Quirinus cuius saepe Tacitus meminit. — *Modestior in aestimanda victoria fuit*; hoc cognomen non suscipiendo.

Ad Orientem plus negotii cum Armeniis: huc alte- 42
rum ex Caesaribus, nepotibus suis, misit. Ambo fato
breves; sed alter inglorius: Massiliae quippe Lucius
morbo solvitur; in Syria Caius ex vulnere, quum Ar-
meniam ad Parthos se subtrahentem recipit. Armenios, 43
victo rege Tigrane, in hoc unum servitutis genus Pom-
peius assueverat, ut rectores a nobis acciperent. Inter-
missum ergo ius per hunc recuperatum, non incruento,
nec inulto tamen certamine. Quippe Domnes, quem 44
rex Artaxatis praefecerat, simulata proditione, adortus
virum intentum libello, quem, ut thesaurorum rationes
continentem, ipse porrexerat, strictus ac recreatus ex
vulnere in tempus. Caeterum barbarus undique infesto 45
exercitu oppressus, gladio, et pyra, in quam se per-
cussus immisit, superstiti etiamnum Caesari satisfecit. 46

Sub Occasu pacata fere omnis Hispania, nisi quam
Pyrenaei desinentis scopulis inhaerentem citerior allue-
bat Oceanus. Hic duae validissimae gentes, Cantabri et
Astures, immunes imperii agitabant. Cantabrorum et 47
peior, et altior, et magis pertinax in rebellando animus
fuit: qui non contenti libertatem suam defendere,
proximis etiam imperitare tentabant; Vaccaeosque, et

42. *Alterum*. Caium Caesarem Iuliae Augusti filiae ex Agrippa filium, et sic Augusti nepotem. — *In Syria*. Clare et distincte Velleius II, 102, 5, in Lycia obiisse Caium vult, urbe quoque expressa: *In urbe Lyciae, Limyram vocant, morbo obiit.*

43. *Assueverat*. Assuefecerat. — *Nec inulto*. Propter ea quae sequuntur Lipsius scribendum censebat *nec multa*.

44. *Artaxatis*. — Oppidum Armeniae. *Adortus*. Adortus est.—*Thesaurorum*. Tigranis. — *Strictus ac recreatus ex vulnere in tempus*. Corruplus admodum locus, et de quo agmen variantium coniecturarumque referre possimus. Placet melius quam Seebode edidit lectio, quique hunc locum ita refixit: *Domnes... adortus virum... stricto repente* ferro. At *recreatus ex vulnere in tempus*. Alii legunt, *stricto ferro cruentat. At* etc.

46. *Citerior*. Oceanus Gallicus, sed et qui interior dici posset. — *Cantabri*. Hispaniae septemtrionalis populi, ab antiquis, quoad virtutem bellicam, haud degeneres. — *Astures*. Hispaniae populi inter Gallaecios et Cantabros positi.

47. *Vaccaeos*. Vide II, 7. — *Curgionios*. Populos in Hispania Tarraco-

Curgionios, et Autrigonas crebris incursionibus fatiga-
48 bant. In hos igitur, quia vehementius agere nuntiabantur, non mandata expeditio, sed sumta est. Ipse venit Segisamam: castra posuit. Inde, partito exercitu, totam in diem amplexus Cantabriam, efferam gentem, ritu
49 ferarum, quasi indagine, debellabat. Nec ab Oceano quies, quum infesta classe ipsa quoque terga hostium caederentur. Primum adversus Cantabros sub moenibus Belgicae praeliatus est. Hinc fuga in eminentissimum Vinnium montem, quem maria prius Oceani, quam arma Romana adscensura esse crediderant. Tertio
50 Arracillum oppidum magna vi repugnat. Captum tamen postremo fuit. In Medulli montis obsidio (quem perpetua quindecim millium fossa comprehensum cinxit, undique simul adeunte Romano), postquam extrema barbari vident, certatim igne, ferro inter epulas, venenoque, quod ibi vulgo ex arboribus taxeis exprimitur, praecepere mortem; seque pars maior a captivitate, quae videbatur, vindicavere.

51 Haec per Antistium, Fusnium, Agrippam, legatos,
52 hibernans in Tarraconis maritimis Caesar accepit. Ipse praesens hos deduxit montibus, hos obsidibus adstrinxit,
53 hos sub corona iure belli venumdedit. Digna res lauro, digna curru senatui visa est: sed iam Caesar tantus
54 erat, ut posset triumphos contemnere. Astures per idem tempus ingenti agmine a montibus suis descen-

nensi. — *Autrigonas.* Hispaniae Tarraconensis populos.

48. *Segisamam.* Alii Vaccaeorum, Cantabriae alii urbem faciunt. — *In diem.* Periz. placebat *indidem*, id est, ex ipsis locis ubi castra Caesar posuerat.

49. *Belgicae.* Vellicam Cantabrorum urbem hie designari putant. — *Vinnium.* Montem Hispaniae Tarrac. *Arracillum.* Oppidum in Cantabria.

50. *Captum tamen postremo fuit In Medulli* etc. Legit Titze *captum tamen. Postremo in Medulli* etc. Ita ut hic *postremo* ponatur ut ante *tertio*: nec male. — *Medulli.* Legendum videtur *Ædulii.* — *Taxeis.* Taxus autem arbor venenata.

51. *Agrippam.* M. Vipsanium quem sibi prope modum aequaverat Caesar.

derant. Nec temere sumtus, ut barbaris, impes: sed,
positis castris apud Asturam flumen, trifariam diviso
agmine, tria simul Romanorum castra aggredi para-
bant. Fuisset et anceps, et cruentum, et utinam mutua 55
clade certamen! cunctis tam fortibus, tam subito, tam
cum consilio venientibus, nisi Trigaecini prodidissent:
a quibus praemonitus Carisius, cum exercitu adveniens 56
oppressit consilia: sic quoque tamen non incruento
certamine. Reliquias fusi exercitus validissima civitas
Lancia excepit: ubi adeo certatum est, ut, quum in 57
captam urbem faces poscerentur, aegre dux impetrarit
veniam « ut victoriae Romanae stans potius esset, quam 58
incensa, monumentum ».

Hic finis Augusto bellicorum certaminum fuit: idem 59
rebellandi finis Hispaniae. Certa mox fides, et aeterna
pax; quum ipsorum ingenio in pacis partes promtiore,
tum consilio Caesaris, qui fiduciam montium timens,
in quos se recipiebant, castra sua, sed quae in plano
erant, habitare et incolere iussit. Ingentis esse consilii 60
illud observari coepit. Natura regionis circa omnis
aurifera, miniique et chrysocollae, et aliorum colorum

Hic bellum contra rebelles Cantabros gessit.

54. *Impes*. Non usitatissime dicitur pro *impetu*: idcirco legi volunt *impetus* quidam commentatores.

55. *Et utinam mutua clade certamen*. Et feliciorea nos etiam habere potuissemus, si mutua clades fuisset, et aequo Marte discedere datum fuisset.

57. *Lancia*. Hispaniae urbs in Asturia.

59 *Sed quae*. Quae quidem.

60. *Ingentis esse consilii illud observari coepit*. Hoc in loco corrigendo, utpote corrupto, exsudant omnes commentatores. At placet melius vulgata, quam omnes eorum correctiones. Nempe, observari coepit (animadvertendum fuit), illud esse ingentis consilii (optimum esse illud consilium). Nam natura regionis etc. — *Et*. Quid hoc loco sibi vult τὸ *et*? Abiiciendum putamus. — *Exerceri solum*. Effodi ad colligenda metalla. Livius XLV, 29, placere, *metalla auri et argenti non exerceri, ferri et aeris permitti*. Nam exerceri dicuntur ea quae otiosa atque inde sterilia, ac sine fructu esse non patimur. Virgil. Georg. I, 99: *Exercetque frequens tellurem*. Et Æneid. XI, 318: *Et vomere duros exercent colles*. Iustin. II, 2: *Neque enim agrum exercent*

ferax: itaque exerceri solum iussit. Sic Astures et latentes in profundo opes suas atque divitias, dum aliis quaerunt, nosse coeperunt.

61 Omnibus ad Occasum et Meridiem pacatis gentibus, ad Septemtrionem quoque, dumtaxat intra Rhenum atque Danubium, item ad Orientem intra Cyrum et Euphratem, illi quoque reliqui, qui immunes imperii
62 erant, sentiebant tamen magnitudinem, et victorem gentium populum Romanum reverebantur. Nam et Scythae misere legatos, et Sarmatae, amicitiam petentes. Seres etiam, habitantesque sub ipso sole Indi, cum gemmis et margaritis, elephantes quoque inter munera trahentes, nihil magis, quam longinquitatem viae im-
63 putabant, quam quadriennio impleverant; et tamen ipse hominum color ab alio venire caelo fatebatur. Parthi quoque, quasi victoriae poeniteret, rapta clade
64 Crassiana ultro signa retulere. Sic ubique una atque continua totius generis humani aut pax fuit, aut pactio: aususque tandem Caesar Augustus, septingentesimo
65 ab Vrbe condita anno, Ianum Geminum cludere, bis ante se clusum, sub Numa rege, et victa primum Car-
66 thagine. Hinc conversus ad pacem, pronum in omnia mala, et in luxuriam fluens saeculum, gravibus severisque legibus multis coërcuit. Ob haec tot facta ingentia « Dictator perpetuus, et Pater patriae » dictus. Tractatum etiam in senatu, an, quia condidisset imperium, Romulus vocaretur; sed sanctius et reverentius visum est nomen Augusti, ut scilicet iam tum, dum colit terras, ipso nomine et titulo consecraretur.

Scythae; et XLIII, 3: *Phocaeenses studiosius mare, quam terras exercuere.*

62. *Nihil magis quam longinquitatem viae imputabant.* Nulla re magis dicebant, se ostendere posse venerationem suam erga Augustum, quam quod tantum iter ipsius caussa suscepissent. — *Et tamen.* Et quidem.

64. *Septingentesimo ab Vrbe condita anno.* Vide procemium libri I et ea quae in notis explicavimus, supra pag. 63.

LVCIVS AMPELIVS

EX BIBLIOTHECA

CL. SALMASII.

BENIGNO LECTORI.

Quum in eo strenue laboremus semper, ut aut Editionem reliquis castiorem adornemus, aut nova quaedam addamus, quibus et existimationi nostrae et Auctori recte consulatur, consuetae in bonos Scriptores curae nostrae ne nunc quidem defuimus. Quo enim auctior et ornatior fieret haec, quam nunc publicamus, Editio Flori, Lucium Ampelium adiecimus; auctorem, ob res, quas tractat, varias, vulgoque vix cognitas, non contemnendum: eoque magis commendandum, quod ex Bibliotheca nobilissimi Cl. Salmasii, viri, dum viveret, incomparabilis, in lucem proferatur. Propter affinitatem vero argumenti, quia multa de Romanis attingit negotiis, et propter styli concinnitatem, rerumque adeo plurimarum, quas aliunde non liceat sumere, novitatem, visus est idoneus, qui Floro comes adderetur, atque in eius comitatu lucem publicam usurparet. Sed de hoc Auctore iudicium clarissimi Viri Salmasii, ita disserentis, audiamus.

« Quis ille fuerit, quo tempore vixerit, iuxta me scire dicam cum ignarissimis, si mihi eripias, eum esse quem suspicor, cuius meminit Sidonius Apollinaris in Excusatoria ad Felicem, his versibus:

> Sed ne tu mihi comparare tentes,
> Quos multo minor ipse plus adoro,
> Paulinum, Ampeliumque, Symmachumque,
> Messalam ingenii satis profundi.

Recenset in sequentibus plures, qui circa illam aetatem fuere, viros ingenio, doctrina, et eloquentia celebres. Sed, cur ille Ampelius hic noster non erit? dices: quae ratio nos cogit ita cogitare, praeter idem nomen? Certe alia etiam sunt, quae hanc suspicionem augeant. Eo aevo vixisse constat quo Caesares Augusti adhuc in Occidente imperitabant. Ita enim ipse scribit eo capite, quo tangit quas commutationes status populi Romani habuerit: « Donec « exortis bellis inter Caesarem et Pompeium, et oppressa per vim « libertate, sub unius Caesaris potestatem redacta sunt omnia. « Ex eo perpetua Caesarum dictatura dominatur. » Doctum praeterea hominem fuisse, ac disertum politumque, ut erat eorum temporum captus, nec indignum testimonio illo et elogio Sidonii,

apparet ex ipso hoc eius, quod damus, scripto. Notavit porro Sirmondus ad eum Apollinaris de Ampelio locum, se olim a P. Pithoeo audivisse, L. Ampelii ad Marinum fragmenta quaedam prolixioris operis exstare Divione in Bibliotheca S. Benigni, et praefationem etiam sibi ostendisse. Codex Iureti, quo usus sum, nescio an ex Bibliotheca S. Benigni Divionensis fuerit; et potest fieri ut ita sit, qui sciam multos ex ea Bibliotheca libros aliquando utendos accepisse eumdem clarissimum Iuretum. Exemplar tamen illud vetus non *ad Marinum*, sed *ad Macrinum*, habuit inscriptum, quod praefationis vicem huic Ampelii opusculo praefixum est, ἐπιστολίδιον. An fragmentum sit maioris operis, cuius haec Epitome videatur esse, ne id quidem possum affirmare. Verisimilius tamen, si coniecturae locus sit, arbitrarer, non aliud opus prolixius auctorem fuisse meditatum, qunm id vulgavit. Mos quippe fuit eruditorum illius saeculi, quo literae iam in barbariam ibant, eiusmodi doctrinarum et historiarum sectari et affectare compendia. Quibus tum vacabat evolvere integra Veterum scripta, nt pauci admodum numero erant qui id possent, quum et ipsos paucissimos esse scirent, quos cura legendi et discendi tangeret, quae fusissime ab antiquis tractata, ipsi contrahebant, quia fastidio sui temporis, vel potius inertiae, rem se gratam facere iutelligebant. Lecturos quippe sua non aliter habuissent. Vt autem praecipuus est finis eorum qui aliquid literis mandant quod victurum opinentur, famam apud populum, quo docti videantur, mereri, idque nnum aucupantur; totum id pendere quum cernerent a gustu et iudicio lectorum, satisfacere eis conabantur. Alia via id obtineri non poterat, quam ut scriberetur quod legere aliquis dignaretur. Nam pro captu legentium, ut fata libri habent, ita et librorum auctores. Hinc desidia nata est scribentium ex ignavia studentium. Imperitia deinde ex eodem fonte ebulliit. Qui docti eo tempore videri volebant, et qui id nomen ex merito habere etiam poterant, quum antiquos scriptores iacere viderent, ob grandiora operum volumina, quae reliquerant, remedium aliquod ex necessitate quaesierunt, quo illos vulgo traderent noscendos, seque eadem opera notos in vulgus darent. Nec uno modo omnes in eo negotio versati sunt, ut id quod captabant consequerentur. Quidam ipsos auctores in epitomen redegerunt, ipsis auctorum verbis servatis, aut paullum immutatis. Alii breviaria quaedam proprio stilo confecerunt, ex variis scriptoribus excerpendo quod in rem videretur. Nonnulli quasi centones consarcinarunt ex pluribus scriptoribus qui rem eamdem tractabant, alia ab his, alia

ab illis sumendo, ac corpus unum, hinc inde collectis alienis membris aut membrorum particulis, condiderunt. Ita Digesta contexuit Tribonianus, ex plurimis Iurisconsultorum commentariis et scriptis. Alii per locos communes digesserunt quidquid praeclari in auctoribus occurrebat, et sub certos ac generales titulos, quae ex variis defloraverant, congesserunt. Hoc modo universam Historiam Graecanicam concerpsit Constantinus Porphyrogeneta. Cuius laboris beneficio aliquot fragmenta Polybii, ac Nicolai Damasceni, et aliorum, nobis, tanquam ex incendio erepta, servata sunt in duobus titulis, quos ab iniuria temporum vindicavit eruditorum curiositas, uno περὶ πρεσβειῶν, altero περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. Quartum et eorum genus fuit, qui, ad privatum studiorum usum, inter legendum laudabilia loca ad oram notabant, quae ὡραῖα et χρήσιμα Graeci Critici appellant, eaque etiam interdum, ut firmius memoriae inhaererent, describebant. Nec insignes tantum sententias plerique in adversaria sua referre soliti, sed etiam, ut iidem Critici loquuntur, ὅλα τὰ κατάβατα, si historiam aliquam egregiam continerent, aut luculentam alicuius loci, rei aut personae descriptionem. Quinimo, et consueverant multi studiosi, si quem auctorem legerent, retento lectionis ordine, quidquid ex eo iudicarent excerpendum, in codicem suum regerere, et sibi servare. Vnde factum, ut haec in bibliothecis privatorum reperta, saepe a librariis pro integris auctorum operibus descripta fuerint, atque ad posteritatem, aliis subinde ea excipientibus ac describentibus, propagata. Ita conservatus est elegantium nequitiarum curiosis Petronius Arbiter. Quod enim ex eius Satyrico habemus, mera excerpta sunt alicuius studiosi, qui, quae ad gustum suum in illo auctore invenerat, eodem quo opus legebat ordine, adversariis suis commendavit ac commisit. Qui putant, a monachis sic eviratum esse, vehementer errant. Qualis haec castratio foret, quae, resectis a reliquo corpore membris, vel potius ipso corpore abiecto, solas pudendas partes reliquisse videatur? Certe, quae desiderantur, vix videri possunt salaciora ac nequiora fuisse his quae relicta sunt. Immo ista nullam procacitatis et protervitatis ὑπερβολὴν vel ipsis lenonibus usurpandam reliquam faciunt. Sed his excerptorum concinnatoribus facile ignoscendum, si quid ea caussa detrimenti passa est Resp. literaria. Non enim hoc propositum videntur habuisse, ut excerpta, quae ad usum suum exscripserant, posteris legenda, loco auctorum ipsorum, substituerent. De reliquis, quibus apparet hanc animi mentem fuisse, ut pro auctoribus legerentur, quos compilaverant aut abbrevia-

verant, videndum, an omnino hi extra culpam. Nonnemo certe eos accusat, reosque peragit illius incuriae quae tot praeclaros nobis abstulit scriptores. Ego vero Epitomatores, et omnes eiusmodi Breviariorum compositores, et compilatores centonum, non adeo literis censeo nocuisse, ut autumant nonnulli. Quod enim ita existimant, eos in caussa fuisse, cur ipsis auctoribus, quos abbreviarunt et excerpserunt, careamus, ego ln alia sum sententia. Ea secordia fuit illorum temporum, quibus Barbari literatum et Romanum orbem inundare coeperunt, ut, nisi exstitissent qui nobis has tamquam ex naufragio tabulas servarunt, certum sit, nihil prorsus ex illorum monumentis ad nos fuisse perventurum. Atqui praestat haec qualiacunque nos habere, quam nihil. Malo certe, quod ad me attinet, eos maiore sui parte esse deperditos, quam si toti funditus periissent. Qui reliquias sanctorum corporum consectantur, ac studiose religioseque eas requirunt, satis habent, si vel uno ossiculo potiri queant. Beatiores certe se iudicarent, si totum corpus aliunde nancisci possent. Hoc quum non liceat, saltem eo, quod licet, contenti sunt. Ita ergo nos affectos esse oportet erga illas veterum reliquias scriptorum, quae nobis remanserunt, gratiamque illis habere, nisi maxime ingrati velimus esse, per quos eae hoc qualicunque modo ad nos salvae fuere transmissae. Hoc autem Ampelii Opus ex eorum genere est, quae a plerisque tum solebant conscribi et edi. Non epitome est, non fragmentum longioris Operis, sed veluti collectaneum rerum toto orbe memorabilium, ex variis auctoribus brevitate summa, sed qualem in omnibus ea tempora expetebant, compilatum. Memorialem eum se librum scripsisse in paucis illis verbis, quae vice praefatiunculae praefixit, profitetur. Quos libros Memoriales ea aetas vocaverit, non latet viros doctos qui versati sunt in monumentis illius aevi. Non dissimili genio, etsi dissimili argumento, scriptus Theodori Manlii liber de rerum natura, caussisque naturalibus, de astris, et aliis eiusmodi, qui adhuc in Bibliothecis exstat, manu exaratus et pedestri sermone compositus. Is est Theodorus Manlius, cuius consulatum celebravit carmine Claudianus, ut et opus ipsum. Inde occasionem arripuit vir quidam doctissimus, transcribere illud Manilio, sive Manlius sit, cuius hodie Astronomicon habemus, ut idem sit Manlius ille Claudiano laudatus. Nos alibi pluribus pugnavimus rationibus, et quidem invictissimis, non posse ita esse, quum tot argumenta sint, quibus probari queat, eum Manilium vixisse sub Augusto. Exemplar porro, unde Ampelium descripsi, ab imperito librario vitiosissime scriptum fuisse

indicare hic debeo, ne, qui tam multas adhuc superesse in eo mendas animadvertit, nihil a nobis, quoad emendationem, praestitum esse arguere possit. Non pauciora in illo codice errata fuere, quam verba. Quae potuerunt sine magno negotio et citra nimiam libertatem castigari, ea correximus omnia. Plurima tamen etiam reliquimus, quae facillimum erat restituere, et mutari tuto poterant; sed intacta ideo praetermisimus, quia tantum nobis licere noluimus, et non tanti visa sunt nonnulla eorum, ut scripturam veterem sollicitandam putaremus. Fatendum est, et non pauca haberi, quae sine ope melioris Codicis vix a quoquam possint emendari.»

Huc usque Salmasius. Accipe igitur, Erudite Lector, hunc, quem tibi hic sistimus, Auctorem, non elegantem minus, quam brevem: atque conatus nostros, ad Reip. literariae bonum destinatos, adiuva. Vale.

N. E. Lemaire.

3.16

LVCIVS AMPELIVS
MACRINO SVO
SALVTEM.

Volenti tibi omnia nosse scripsi hunc Librum Memorialem, ut noris, quid sit mundus, quid elementa, quid orbis terrarum ferat, vel quid genus humanum peregerit.

CAPVT PRIMVM.
DE MVNDO.

Mundus, est universitas rerum, in quo omnia sunt, et extra quem nihil, qui graece dicitur κόσμος. Elementa mundi quatuor. Ignis, ex quo est caelum. Aqua, ex qua mare oceanum. Aer, ex quo venti, tempestates. Terra, quam propter formam eius orbem terrarum appellamus. Caeli regiones sunt quatuor: oriens, occidens, meridies, septemtrio. Caelum dividitur in circulos quinque: Arcticum et Antarcticum, qui ob nimiam vim frigoris inhabitabiles sunt; Æquinoctialem, cui subiacet regio quae *catacecaumene* dicitur, neque incolitur, ob nimiam vim ardoris: Brumalem et Solstitialem, sub quibus habitatur; sunt enim temperatissimi, per quos obliquus circulus vadit, cum duodecim signis, in quibus Sol annuum conficit cursum.

II.

DE DVODECIM SIGNIS.

Signa sunt in caelo duodecim. — Aries beneficio Liberi, quod, is quum exercitum in Indiam per Libyam duceret per loca sicca et arenosa, quum aquae inopia esset, et exercitus eius siti adfligeretur, aries eis aquam demonstravit, et ob id a Libero Iovis Ammon est appellatus, eique fanum magnificum fecit, ad eum locum ubi aquam invenit. Quod abest ab Ægypto et Alexandria millia passuum novem.[1] Ob eam rem a Iove petiit, ut in sidera reciperetur. Alii putant, eum esse, qui Hellen et Phryxum vexerit. — Taurus beneficio Iovis, quem Iuppiter a Neptuno fratre per gratiam abduxit, qui sensum humanum figura Tauri continebat, isque Iovis iussu Europam Agenoris filiam, Sidonia[2] adludens decepit, et eam Cretam deportavit. Ob eam rem Iuppiter in sideribus eum dignatus est immortali memoria. — Gemini, qui Samothraces nominantur esse, quorum argumentum nefas est pronuntiare praeter eos, qui in his praesto sunt. Alii Castorem et Pollucem dicunt, quod hi principes mare tutum a praedonibus praestitissent. Sunt qui dicant Herculem et Theseum, quod similia athla sint adepti. — Cancer, Carcinus receptus beneficio Iunonis, quod eius iussu, quum Hercules missus esset ad Hydram Lernaeam, quam nos Excetram dicimus, interficiendam, Carcinus ingressus, Herculis pedes et crura lanians, incommodiorem faciebat eum, quam ipsa Excetra. Idque malum

1. *Novem*. Hoc corruptum est; nam sex dierum itinere a Mareoti palude abfuisse colligitur e Curtio. Vid. Freinsh. ad Curt. IV, 7, 15.
2. *Sidonia*) *Sidoniam* Heinsius legebat.

Hercules difficillimum habuit, Carcinumque Cancrum ob id factum Iuno sideribus est dignata. — Leo, Leon, [3] qui educatus est Nemeae, Iunonis consilio ad Herculis interitum missus, in terra Argiva diu spelunca latitavit, quem Hercules dicitur interfecisse cum Molorcho hospite suo, cuius clavam ei tributam tum principio est adeptus, qua Leonem interfecit, eiusque pellem postea pro tegumento habuit. Ob id factum Iunoni odio esse coepit, Leonemque caelesti dignitate est honorata. [4] — Virgo, quam nos iustitiam dicimus, fuit cum hominibus. Sed postquam homines malefacere coeperunt, Iovis eam inter signa posuit. Sunt qui Erigonem Icarii filiam Atheniensem dicunt, cuius patri Liber vinum dedit, ut hominibus ad suavitatem [5] daret. Quibus dedit, ebriati sunt, et lapidibus eum occiderunt. Canis, qui cum illo erat, vidit hominem [6] occisum, et cum ululatu ad Erigonem rediit, quem ut moestum et singularem vidit, sollicita proficiscitur cum eo. Venere ad locum ubi Icarius iacebat. Vidit corpus patris. Magna lamentatione in Hymetto monte sepelivit. Ipsa vero se suspendit laqueo. Canis ad pedes eius discumbens diutius, et sine alimentis deficiens, post aquam anhelans in puteum se proiecit. Tum Liber a Iove petit, quod suo imperio deficerent, [7] ut inter siderum cursus poneretur Virgo. Icarius autem Arcturus nominatus est, cuius stella quum exoritur, continuas tempestates facit. Canis, Canicula. — Libra quam Graeci Zygon appellant, virile

3. *Leo, Leon*) *Leo Cleonaeus*. Id. Sic Auctor Epistol. Paridis ad Œnon. V, 46; Lucan. IV, 612; Claud. I, in Rufin. 287 et alii. V. Barth. ad Claudian. et Cellar. Geogr. Ant. II, 13.

4. *Est honorata*. Pro *honoravit*. Plura huiusmodi videre licet apud Salmasium ad Solinum pag. 38.

5. *Ad suavitatem*. Videtur descriplum ex Hygino Fab. CXXX, ubi nihil mutandum est.

6. *Hominem*) *Dominum* Heins. Hyg. Poet. Astronom. II, 4: *Ululans, ut videretur obitum domini lacrymari*.

7. *Deficerent*. Forte *defecerant*, nempe, quod illis causa mortis extiterat.

nomen est adeptus. Is omni clementiae iustitia Mochos dictus; qui primus dicitur librae pondus hominibus invenisse, quae utilissima mortalibus aestimatur, ideoque in numerum stellarum receptus est, et Libra est dictus. — Scorpius, qui dicitur ad perniciem Orionis in insula Chio in monte Pelenaeo[8] voluntate Dianae natus. Orion autem dum venatur, visa Diana, stuprare eam voluit. Illa Scorpionem subiecit, qui eum vita privaret. Iuppiter et Scorpionem et Orionem inter sidera recepit. — Sagittarius Crotopi filius, nutricius[9] Musarum, quae Musae semper dilexerunt eum, quod plausu et lusu sagittarum eas avocaret. Alii Chironem dicunt, quod iustus et pius, doctus, hospitalis, fuerit. Ab eo Æsculapius medicinam, Achilles citharam, et alia multa. — Capricornus, cui nomen Pan. Quo tempore Python[10] speluncas incolens in monte Tauri, Ægyptum profectus est ad bellum, Pan se in caprae figuram convertit. Igitur dii immortales, postquam Pythonem digna poena affecerunt, Pana astrorum memoria decoraverunt. — Aquarius, qui putatur esse Ganymedes, dicitur Deucalion Thessalus, qui maximo cataclysmo cum uxore Pyrrha solus evasit, et hic pietatis caussa inter sidera locatus est. — Pisces, ideo pisces, quia bello Gigantum Venus perturbata in piscem se transfiguravit. Nam dicitur et in Euphrate fluvio ovum piscis in ora fluminis columba[11] adsedisse dies plurimos, et exclusisse deam benignam et misericordem

8. *Pelenaeo*) *Pelinaeo* vel *Pelinnaeo* Salmas. ad Solin. pag. 607; Bochart. Chanaan. I, 9.

9. *Crotopi filius nutricius*. Leg. *Croton, Euphemes nutricis*. Muncker ad Hygin. Fab. CCXXIV. Non credo eum voluisse tolli vocem *filius*, quae cur deleri debeat, nulla causa est.

10. *Python*) *Typhon*, et mox *Typhonem* pro *Pythonem*. Vid. Heinsius et Muncker ad Hygin. Fab. CXCVI.

11. *Columba*. Adi Salmasium ad Solinum pag. 199, atque etiam Hygin. Fab. CXCVII, ubi Munckerus non male pro *adsedisse* emendat *insedisse*, e Scholiaste Germanici.

hominibus ad bonam vitam. Vtrique memoriae caussa pisces inter sidera locati.

III.

DE SIDERIBVS.

Praeter duodecim signa, potentissima sidera in caelo. Septemtriones duo, maior et minor, qui numquam merguntur: ideoque navium cursus regunt, quorum alter Cynosura dicitur. Bootes, idem Arcturus. Orion, qui magnitudine sua dimidiam caeli obtinet partem. Pleiades, quae latine Virgiliae dicuntur. Hyades, quae a nobis Suculae dicuntur, quarum ortus et occasus a nautis et ab agricolis observantur. Canicula, cuius vis praecipue Solstitio est. Stellae potentissimae in caelo sunt septem, Saturnus, Sol, Luna, Mars, Mercurius, Iupiter, Venus, quae a Graecis planetae, a nobis erraticae dicuntur, quia ad arbitrium suum vagantur, et motu suo hominum fata moderantur. Item adverso cursu contra caelum feruntur.

IV.

QVIBVS PARTIBVS SEDEANT DVODECIM SIGNA DVODECIM VENTORVM.

Aries, in Africum. Taurus, in Circium. Gemini, in Aquilonem. Cancer, in Septemtrionem. Leo, in Thrasciam. Virgo, in Argesten. Libra, in Zephyron. Scorpius, in Africum. Sagittarius, in Austrum et Africum. Capricornus, in Austrum. Aquarius, in Eurum et Notum. Pisces, in Eurum.

V.

DE VENTIS.

Venti fiunt ex aëris motu et inclinatione. Sunt autem generales quatuor. Eurus, idem Apeliotes, idem Vulturnus, ab Oriente. Ab Occidente, Zephyrus, idem Corus, idem Favonius. Aquilo, Boreas, Aparcias idem, a Septemtrione. Notus, idem Libs et Auster, et Africus, a Meridie. Hi sunt quatuor generales, caeteri speciales adscribuntur. Vt Iapyx Zephyro, qui ab Iapygio Apuliae promontorio flat. Leuconotus Noto, quum serenior flat. Caurus Aquiloni, quum vehementior Gallias perflat. Item Etesiae, qui statis diebus flant per aestatem.

VI.

DE ORBE TERRARVM.

Orbis terrarum, qui sub caelo est, quatuor regionibus incolitur. Vna pars eius est, in qua nos habitamus. Altera huic contraria, quam qui incolunt, vocantur Antichthones. Quarum inferiores duae ex contrario harum sitae, quas qui incolunt, vocantur Antipodes. Orbis terrarum, quem nos colimus, in tres partes dividitur, totidemque nomina. Asia, quae est inter Tanain et Nilum. Libya, quae est inter Nilum et Gaditanum sinum. Europa, quae est inter fretum et Tanain. In Asia clarissimae gentes, Indi, Seres, Persae, Medi, Parthi, Arabes, Bithyni, Phryges, Cappadoces, Cilices, Syri, Libyi.[1] In Europa clarissimae gentes, Scythae,

Cap. VI — 1. *Libyi*. Fort. *Lydi* vel *Lydii*, aut *Lycii*.

Sarmatae, Germani, Daci, Moesi, Thraces, Macedones, Dalmatae, Pannonii, Illyrici, Graeci, Itali, Galli, Spani.[2] In Libya gentes clarissimae, Æthiopes, Mauri, Numidae, Poeni, Getuli, Garamantes, Nasamones, Ægyptus.[3] Clarissimi montes in orbe terrarum, Caucasus in Scythia. Emodus[4] in India. Libanus in Syria. Olympus in Macedonia. Aymettus in Attica. Taygetes in Lacedaemonia, et Citheron Eleon[5] in Boeotia. Parnassus, Acroceraunia, in Epiro. Maenalus in Arcadia. Apenninus in Italia. Eryx in Sicilia. Alpes inter Galliam et Italiam. Pyrenaeus inter Galliam et Spaniam. Atlas in Africa. Calpe in freto Oceani. Clarissima flumina in orbe terrarum: Indus, Ganges, Hydaspes in India. Araxes in Armenia. Thermodon et Phasis in Colchide. Tanais in Scythia. Strimon et Hebrus in Thracia. Sperchios in Thessalia. Hermus et Pactolus, auriferi.[6] Maeander et Caystrus, in Lydia. Cydnus in Cilicia. Orontes in Syria. Simois et Xanthus, in Phrygia. Eurotas, Lacedaemone. Alpheus in Elide. Ladon in Arcadia. Achelous et Inachus, in Epiro. Savus et Danubius, qui idem Ister cognominatur, in Moesia. Eridanus et Tiberinus, in Italia. Timavus in Illyrico. Rhodanus in Gallia. Iberus et Betis, in Spania. Bagrada in Numidia. Titron in Getulia. Nilus in Ægypto. Tigris et Euphrates, in Parthia. Rhenus in Germania. Clarissimae insulae in mari nostro undecim: Sicilia, Sardinia, Creta, Cypros, Euboea, Lesbos, Rhodos, duae Baleares,

2. *Spani*. Pro Hispani: ut *Spania*, pro Hispania. Videre licet Casaubonum ad Spartian. Adrian. 1; Salmasium ad Capitol. Anton. Philos 1; et Cerd. ad Virg. Æneid. IX, 582.

3. *Ægyptus*. Cur non *Ægyptii*? ut caetera omnia.

4. *Emodus*) *Hemodus* apud Melam CXI, 7. Qui hic *Taygetes*, aliis est *Taygetus*; et plural. *Taygeta*.

5. *Eleon*. Fort. *Helicon*. Heins. Etiam *et* loco motum, et *Cithaeron et Helicon* legendum puto: ut mox *Thermodon et Phasis*, et alia. Excidit etiam nomen regionis, in qua Parnassus, quae *Phocis* est.

6. *Auriferi Maeander*. Distinguo, *auriferi*, *Maeander*.

Eubusus,[7] Corsica, Gades. In oceano ad Orientem, Taprobane. Ad Occidentem Britannia. Ad Septemtrionem Thyle. Ad Meridiem, Insulae Fortunatae. Praeter has in Ægeo mari, Cyclades duodecim:[8] Delos, Gyaros, Myconos, Andros, Paros, Pharos, Tenedos, Cythnos, Melos, Naxos, Donusa. Praeter has Sporades innumerabiles; ceterum celeberrimae, Ægina, Salamina, Coos, Chios, Lemnos, Samothracia. In Ionio Echinades, Strophades, Ithaca, Cephalenia, Zacynthos. In Adriatico Ciriteae[9] circiter mille. In Siculo Æoliae[10] octo. In Gallico Stoechades tres. In Syrtibus Cercina, et Menynx, et Girrha.[11]

VII.

DE MARIVM AMBITV.

Mare quo cingimur universum vocatur Oceanum. Hoc quatuor regionibus irrumpit in terras. A Septemtrione, vocatur Caspium. Ab Oriente, Persicum. A Meridie, Arabicum, idem Rubrum et Erythraeum. Ad Occasum, Magnum mare, idem Athlanticum, quod commerciis totius generis humani peragitur.[1] Hoc in-

7. *Eubusus*) *Ebusus* Perizonius.

8. *Duodecim*. Deest una in enumeratione. Oudendorp. ad Obseq. cap. C, post *Myconos* supplet *Cimolos*. Et mox pro *Pharos, Tenedos*, legit *Olearos, Tenos*; vel *Syros, Tenos*. Add. Muncker. ad Hygin. Fab. CCLXXVI.

9. *Ciriteae*) *Crateae* legendum suspicor, quas in Adriatico memorant Scylax pag. 17, et Plinius Historiae Naturalis lib. III. Neque tamen has mille fuisse credibile est. Itaque fortassia scripserat *Crateae et circiter mille aliae*. Plin. l. d. *Illyrici ora mille amplius insulis frequentatur*.

10. *Æoliæ*. Plinius, Mela, aliique *septem*. Sed vide Cellar. Geograph. Ant. II, 12.

11. *Girrha*) *Girba*, puto, quae apud Iul. Honorium et Æthicum *Girbe* est. Sed si de hac loquutus est, ex una Menynge duas fecit; nisi legas, *et Menynx, quae et Girba*; vel, *et Menynx, eadem Girba*. Nam *Menynx* deinde *Girba* dicta est. Vid. Ortel. Thesaur. Geogr. et Cellar.

Cap. VII. — 1. *Peragitur*. An *peragratur*?

trat in fretum Gaditanum inter duos montes clarissimos Abinnam[2] et Calpen, ob impositas Herculis columnas. Dein latissime simul et longissime fusum medium terrarum orbem inundat, et nomina adquirit. Balearicum, quod Hispaniam adluit. Gallicum, quod Gallias tangit. Ligusticum, quod Liguribus infunditur. Tuscum, Tyrrhenum, idem inferum, quod dextrum Italiae latus circuit: Adriaticum, idem supremum,[3] quod sinistrum Italiae latus circuit. Siculum, in quo Sicilia. Creticum, in quo insula est Creta. Ionium et Ægeum, quae Achaiam, eamdem Peloponeson, simul ambiunt; ut interveniente Isthmo paene insulam faciant. Myrtoum et Icarium, quae adhaerent Ægeo mari, illud a Myrtilo, hoc ab Icaro cognominata. Euxinum, Ponticum, quod ingenti sinu Scythis infunditur. Hellesponticum fauce transmissum, inter duas celeberrimas urbes, Seston Asiae, Abydon Europae. Tanaiticum, quo Asia alluitur. Ægyptium ab Ægypto, Libycum a Libya cognominatur. Syrticum, a duabus Syrtibus, reciprocis aestibus retorquetur.

VIII.

MIRACVLA MVNDI.

Miracula quae in terris sunt. Ab Apollonia Athamantia[1] millia passus quinque, in monte Nymphaeo,

2. *Abinna*. Aliis *Abyla*. Vid Salmasium ad Soliuum pag. 203.

3. *Supremum*) *Superum* vocant alii omnes.

Cap. VIII.—1. *Athamantia*. Hoc corruptum credo. Athamania vicina erat Ætoliae, et remotior ab Apollonia, quam ut haec in Athamania poni possit. Fortassis aliquid de Taulantiis scripserat. Nam Apolloniam in Taulantiis vel certe in Taulantiorum finibus fuisse constat e Ptolemaeo, et Strabone pag. 326. Quamquam etiam de Amantibus dixisse potuit, quos Apolloniam accolere scribit Plinius H. N. III, 26.

ibi ignis est, et de terra exit flamma. In silva Panis symphonia in oppidum auditur. Item sub eo monte in campo lacus aquae pleni, unde pix exit,[2] et bitumen. Quum manibus supplaudas, pix alte attollitur, et quasi ab aqua bullescit. Ambraciae in Epiro in pariete sunt picti Castor et Pollux et Helena, manu Autochthonis, et nemo invenire potest quis pinxerit. Arcis et Epiro, quod Ippaton appellatur: ibi pons magnus columnatus duplex, quem Medea aedificari imperasse fertur. Ibi picta sunt gubernacula Argonautarum, quae coepta navis; ibi Iovis templum Hyphonis,[3] unde est ad inferos descensus ad tollendas sortes. In quo loco dicunt, duo qui descenderunt, Iovem ipsum videre. Leucade mons; unde se Sappho deiecit propter virum: in summo monte fanum est Apollinis, ubi sacra fiunt. Et, quum homo inde desiluit, statim excipitur lintribus. Sicyone in Achaia, in foro aedes Apollinis est. In ea sunt posita Agamemnonis clypeus et machaera. Vlyssis chlamys et thoracium, Teucri sagittae et arcus, Adrasti arca, quam deposuit,[4] in qua quid sit, ignoratur; sed et olla aerea in qua Pelias coctus dicitur. Item Palamedis cithara. Marti autem

2. *Vnde pix exit*. Hoc pro miraculo memorant cum alii, tum Ælian. XIII V. H. 16: Καὶ ἐν τοῖς πλησίον αὐτῆς χωρίοις ἀσφάλτου ἐστὶν ὀρυκτή, καὶ πιμπλᾷ τὸν αὐτὸν ἐκ τῆς γῆς ἀνατέλλουσα τρόπον, ὃν καὶ αἱ πλεῖσται πηγαὶ τῶν ὑδάτων. In hoc loco, quem corruptum esse apertum est, interpretando miror se torsisse Viros eruditissimos, quum praesertim ante oculos habuerint Aristotelem, e quo Ælianus haec prope ad verbum descripsit. Verba καὶ πιμπλᾷ ita supplent, καὶ πιμπλᾷ τὴν ὀρυκτὴν ἡ ἄσφαλτος, et *implet fodinam bitumen*. Atqui ὀρυκτὴ non est substantivum, sed adiectivum verbale, ut dicunt Grammatici. Legendum est ex Aristotele primum, ἄσφαλτός ἐστιν ὀρυκτή, *est bitumen fossile*, quod etiam Palmer. I Graec. Antiq. 27, 28, et Scheffer. in Ind. Æliani viderunt. Deinde pro πιμπλᾷ substituendum est πίσσα, *pix*. Nam ita inquit Aristoteles: ἐν τῇ Ἀπολλωνίᾳ φασὶ γίγνεσθαι ἄσφαλτον ὀρυκτήν, καὶ πίσσαν.

3. *Hyphonis*. Sub hoc latere nomen *Trophonii* suspicatur Oudendorp. ad Obseq. cap. CX.

4. *Deposuit*. Heinsius legebat *quam Medea deposuit*, Idemque et Muncker ad Hygin. Fab. CLXV, mox *Marsyae*,

quoque corium remi Argonautarum, et gubernaculi brachia, cauculus quem Minerva sortita est. De Orestae cervice una proni parasiti pella pendet; quam si quis halitu afflaverit, tota patefit. Penelopae tela; ibi de terra[5] oleum scaturit. Argis Inachiae Iunonis templum magnifice ornatum, quod Asylum vocant. Olympiae templum Iovis nobile; ubi athletae initiantur. Corintho balaenae costa est magna secundum mare, quam homo complecti non potest. Eodem in loco fanum est Veneris; in quo vas marmoreum Laidos. Boeotiae lacus sacer; ubi Amphiaraus devoratus in eo lacu est. Vrceus fictilis fractus pendet, testa inter se composita, unde autem pendeat, non apparet, nisi a vento moveatur. Athenis Minervae aedes nobilis, cuius ad sinistram clypeus appositus, quem digito tangit. In quo clypeo medio Daedali est imago, ita collocata, quam si quis imaginem e clypeo velit tollere, perit totum opus, solvitur enim signum. Ipsa autem dea habet hastam de gramine. Ilio lapis quadratus, ubi Cassandra fuit alligata, quem si ante tangas aut fricueris, lac demittit: ex altera autem parte similiter si frices, ac si sanguinem remittit.[6] Iuxta autem mare, qui locus Rhoete[7] vocatur, ibi est Achillis et Patrocli vultus, et flumen Scamandras. Epheso Dianae fanum nobilissimum, maximum, pulcherrimumque orbis terrarum. Introitu dextra sinistra postes marmorei monolithi, longi cubitis XX, qua super templum ascensu sunt CXL millia. Samo in templo Iunonis scyphus factus ex hedera, cuius capita foras IV, arietina magna, cornibus mirae magnitudinis contortis. Pergamo ara marmorea,

pro *Marti*. Deinde *Ossa de Orestae cervice*, et infra Perizonius: *calculus quem Minerva sortita est de Oresta.*

5. *Ibi de terra*) *Ibid. de terra* Heins.

6. *Ac si sanguinem remittit*) *Ac si sanguinem remittat*, Perizonius legendum censet.

7. *Rhoete*) *Rhoeteon* Salmas. ad Solin. 610. Idemque *vultum* exponit imaginem ore, vel pectore tenus in

magna, alta pedes XL, cum maximis sculpturis. Continet autem gigantomachiam. Rhodo signum Dianae marmoreum pulcherrimum, quod stat sub divo caelo, nec, cum pluit, aqua tangitur. Argyro est fanum Veneris super mare; ibi est lucerna super candelabrum posita, lucens ad mare sub divo caelo, quam neque ventus aspergit, nec pluvia exstinguit. Sed et Herculis aedes antiqua; ibi columna pendet[8] cavea ferrea rotunda, in qua conclusa Sibylla dicitur. Ibi iacent ossa balaenae, quasi lapides quadrati. Marmesiae[9] apud Sipilum columnae sunt IV, inter has columnas est victoria ferrea, pendens sine aliquo vinculo, in aëre ludens. Sed quoties ventus aut pluvia fuerit, non movet. Ædis Dianae Epheso, quam constituit Amazon. Ibi et sepulcrum Icari stertentis quasi dormiat, mirae magnitudinis, ex orichalco et ferro. Rhodo Colossi signum Solis altum super columna marmorea cum quadriga. Columna vero habet cubitos centum. Cypro signum Iovis Olympii aereum, facies ex auro, quem fecit Phidias in cubitis centum quinquaginta, et lata cubitis sexaginta. Domus illic[10] Cyri regis aedificata lapidibus candidis, et nigellis, auro vinctis: ubi sunt columnae diversis coloribus, et innumerabiles lanceae ferreae, fenestrae ex argento, et tegulae ex lapide prasino. Murus intus medio Babyloniae, quem Memnon aedificavit lapide cocto,[11] id est, calce et sulfure, ferro intermixtus,

clypeo. Sed Heinsius et Perizonius pro *vultus*, coniecerant *tumulus*, et hic *Scamandros* pro *Scamandras*.

8. *Ibi columna pendet*. Fort. *ibi a* vel *a columna pendet*.

9. *Marmesiae*) *Magnesiae apud Sipylum*.

10. *Domus illic*. Immo in Ecbatanis. Hygin. Fab. CXXIII: *Domus Cyri regis in Ecbatanis, quam fecit Memnon lapidibus variis et candidis, vinctis auro*.

11. *Lapide cocto*. Hic Muncker. ad Hygin. loco dicto mavult legi *latere cocto*, et mox, *ut sint iuncturae*. Fort., *ubi sunt iuncturae*. Vel *ut* pro ubi, ut saepe apud alios. Videndus Gifan. Ind. Lucret. Stat. ad Catull. Carm. X et LXIII; et Cerd. ad Virgilium Æneidos V, vers. 328.

ut sunt iuncturae. Latitudo eius cubitis XXX, altus cubitis CXXX, cingitur millia passuum XXX. Hunc coepit Semiramis, filius eius perfecit. Pyramides in Ægypto, quas aedificavit. Agartus oppidum; ibi est Nilus fluvius aere factus, plexilis in cubitis CCC, cuius facies smaragdo limpido, brachia ex ebore magno, cuius aspectu et bestiae terrentur. Athenis signum Iovis Olympii, Alexandriae flumen Nilum maxime colunt.

IX.

QVOT FVERE IOVES, VEL ALII IN LOCO DII DEAEQVE.

Ioves fuere tres. Primus in Arcadia Aetheris filius,[1] cui etiam Aetherius cognomen fuit. Hic primum Solem procreavit. Secundus abinde in Arcadia, qui Saturnius cognominatur, qui ex Proserpina Liberum patrem procreavit primum victorum. Tertius Cretae, Saturni et Opis filius, optimus maximusque est appellatus. Martes fuere duo. Primus ex Enoposte,[2] ut eum Homerus ait, et noster est Mars Leucarpis et aliter Marsenius. Secundus ex Iove et Iunone. Soles fuere quinque. Primus Iovis filius. Secundus Hyperionis. Tertius Nini[3] filius, cui Ægyptus est consecrata. Quartus qui et Rhodi natus est, cuius etiam Zemintus[4] est

Cap. IX. 1. *Ætheris filius*. Vid. Cic. de N. D. II, 21.

2. *Enoposte*. Hoc nomen in Homero legi non puto. Matrem eius *Enyo* quidam tradiderunt apud Phurnut. de Nat. Deor. c. XXI; et Schol. parv. Homeri Il. ε, 333. De Marte *Leucarpi* et *Marsenio* quoque nihil apud alios inveni. *Leucaspis* convenire Marti posset, qui *Chalcaspis* est Pindaro, *et Marmessus* Lycophroni. Vid. Girald. Hist. Deor. Syntagm. X.

3. *Nini*. Cicer. l. d. *Tertius Vulcano*, *Nili filio*, natus. Sic quoque Arnob. IV, p. 135.

4. *Zemintus*. Forte *Zmintheus* rescribendum. Muncker. ad Hyginum. Fab. CVI.

filius. Quintus Colchi filius,[5] ex quo Circe et Medea et Phaethon nati sunt. Vulcani fuere quatuor. Primus Crio[6] et Ioppe natus. Secundus Nili filius.[7] Tertius Saturni et Iunonis.[8] Quartus in Sicilia Miletis[9] filius. Mercurii IV. Primus Caeli et Diei filius. Secundus Iovis et Croniae[10] filius, vel Proserpinae. Tertius Croni[11] filius et Maiae, qui est inventor lyrae. Quartus Quilleni[12] filius, qui Ægyptiis literas et numerum dixit. Apollines quinque. Primus Vulcani et Minervae. Secundus ex Corybante. Tertius, Iovis filius ex Latona. Quartus, Sileni filius in Arcadia. Quintus,[13] Ammonis filius, in Libya natus. Dianae III. Prima, Iovis vel Croni filia ex Proserpina, quae est Liberi soror. Secunda, Iovis et Latonae, Apollinis soror. Tertia, quae vocatur Ops,[14] de Glauco. Æsculapii tres.[15] Primus, Apollo dictus, Vulcani filius. Secundus, Lai filius. Tertius, Aristeti et Alcippei filius. Veneres IV. Prima, Hacdeli[16] et Diei filia. Secunda, quae ex spuma nata esse dicitur, et Aëris et Oceani filia. Tertia, quae Vulcano nupsit; quae cum Marte se miscuit; unde Cupido

5. *Colchi filius.* Cicero: *Quintus, qui Colchis fertur Æetam, et Circen procreavisse.* Arnob. *Quintus Scythici regis versipellis habetur Circae pater.*

6. *Crio.* Cicer. loco dicto c. 22, *caelo.*

7. *Nili filius.* Cicer. ibid c. 23: *in Nilo natus.* Ita Gruterus cum Victorio. Sed rectius alii *Nilo natus.* Nam sic ipse Cicero paullo ante *Vulcano Nili filio.* Vid. Casaub. et Menag. ad Diog. Laert prooem.

8. *Saturni et Iunonis.* Cic.: *Tertius ex tertio Jove et Iunone.*

9. *Miletis.* Idem. *Quartus Menalio natus, qui tenuit insulas propter Siciliam.*

10. *Croniae.* Idem: *Alter Valentis et Phoronidis filius.*

11. *Croni.* Id. et Arnob.: *Iove tertio natus et Maia.*

12. *Quilleni.* Idem et Arnob. *Quartus Nilo patre.*

13. *Quintus.* Sic et Clemens Alex. Protrept. p. 17, ex Aristotele. Vide Bochart. Phal. 1, 2. Cicero tantum quatuor numerat Apollines.

14. *Ops.* Cicero: *Tertiae pater Upis traditur, Glauce mater. Eam Graeci saepe Upim paterno nomine appellant.*

15. *Æsculapii tres.* De duobus primis aliter Cicero, de tertio, *Arsippi et Arsinoae filius.* Pro *Alcippei* Perizonius conjeceral *Alcippes.*

16. *Hacdeli*) *Coeli* Perizon. sic Cicero.

natus esse dicitur. Quarta, Cypri et Syriae[17] filia, quam Adon habuit. Minervae quinque. Prima, Vulcani filia, unde Athenarum est civitas. Secunda, Nili filia, quam Ægyptii colunt. Tertia, Iovis filia, quae in fecillis rebus[18] se exercuit. Quarta, Solis filia, quadrigas iunxit. Quinta, Pallantis et Titanidos filia. Haec patrem occidit, pro suae virginitatis observatione, qui eius cupidus fuit. Vnde et Pallas dicta est. Liberi quinque. Primus ex Iove et Proserpina. Hic agricola, et inventor vini: cuius soror Ceres. Secundus Liber ex Merone;[19] et Flora, cuius nomine fluvius est Granicus. Tertius de Cabito,[20] qui regnavit in Asia. Quartus ex Saturno et Semela,[21] dicunt. Quintus Nisi et Hesionae[22] filius. Hercules sex. Primus Iovis et Ætheris filius. Secundus Nili filius, quem principem colunt Ægyptii. Tertium[23] conditorem loci sui Hellenes[24] dicunt. Quartus Croni filius, et Cartheres,[25] quem Carthaginienses colunt, unde Carthago dicta est. Quintus Ioab[26] filius qui cum rege Medorum pugnavit. Sextus Iovis filius ex Alcemena, qui Atlanta docuit.

17. *Cypri et Syriae*. Cic. *Quarta Syria, Tyroque concepta.*

18. *In fecillis rebus*) *In bellicis rebus*. Cicer. l. d. c. XXI: *Qui genuisse Minervam dicitur, quam principem et inventricem belli ferunt.* Arnob. IV, p. 147.: *Quae usum excogitavit armorum.* Clemens l. d. τὴν πολέμου εὑρέτην. Sed Arnob. et Clemens hanc Saturni filiam faciunt.

19. *Merone*) *Melone* Muncker. ad Hygin. Fab. CLV, i. e. Nilo, cuius filium eum facit Cicer. l. d. c. XXIII.

20. *Cabito*) *Cabrio* legendum est ex Cicerone.

21. *Saturno et Semela*) *Iove et Luna*. Id.

22. *Nisi et Hesionae*) *Niso natum et Thyone*. Id. de *Thyone* etiam Diodor. Sicul. CXI (*sic*), p. 137.

23. *Tertium*. Cicero l. d. cap. 16: *Tertius est ex Idaeis Digitis.—Idaeos Dactylos* vocant Graeci, quorum unus, Hercules nomine, primus Olympiae ludos instituisse dicitur. Pausan. I Eliac. 7, et Diodor. V, 230.

24. *Loci sui Hellenes*. Fort. *Ludi sui Elei dicunt*, e Pausan. l. d.

25. *Croni filius et Cartheres*) *Carthreres* Perizon. Cicero: *Jovis et Asteriae, Latonae sororis, qui Tyri maxime colitur; cuius Carthaginem filiam ferunt.*

26. *Ioab*. Idem: *Quintus in India natus, qui Belus dicitur.*

X.

DE IMPERIIS.

Imperia ab ineunte aevi memoria fuerunt septem. Primi rerum potiti sunt Assyrii, deinde Medi, postea Persae, tum Lacedaemones, dein Athenienses; post hos inde Macedones, sic deinde Romani.

XI.

REGES ASSYRIORVM.

Ninus Rex, qui primus exercitu prope totam Asiam sub se redegit, et clarissimam urbem nominis sui condidit Ninon. Belus rex, Iovis filius, cuius posteri primum[1] Asiae regnaverunt: per Ægyptum Libyae, per Darium[2] Europae. Semiramis, Circetis[3] nymphae filia, a columbis educta, uxor Nini regis. Cuius post mortem regnum Nini ampliavit;[4] armis Indiam quoque parum prospera expeditione tentavit. Haec urbem pulcherrimam omnium, quae umquam fuerunt, Babylona constituit, supra flumen Euphraten. Sardanapalus, qui ob nimias delicias et luxuriam perdito regno, ne in potestatém hostium veniret, cum exoletis suis venenum bibit, et igni subiecto cum regia sua conflagravit.

Cap. XI. — 1. *Primum*, per Ninum. Nam Ninus Beli filius. Periz.

2. *Per Darium*) *Per Danaum*.

3. *Circetis*) *Dercetis* Muncker. ad Hygin. Fab. CCXXV.

4. *Ampliavit*. Distingue: *ampliavit armis. Indiam* etc. Perizon.

XII.

REGES MEDORVM.

Arsaces,[1] primus rex, qui eversas Assyriorum opes luxuria Sardanapali transtulit,[2] eosque iustissime rexit. Astyages, vir fortis et iustus, qui per insidias victus a Cyro est, et dissolutum est Mediae regnum.

XIII.

REGES PERSARVM.

Cyrus rex fortissimus, qui maiore parte Asiae subacta, Europam quoque irrupisset, ni a Tomyre Scytharum regina victus oppressusque esset. Cambyses, filius aeque Cyri; qui, quum LXX millia hominum subegisset in Ægypto, et regem eius Amasin, Æthiopiam[1] profectus, magna parte militum per famem amissa, invitus rediit. Vrbem tamen ibi condidit Meroen. Is quia Apin sacrum bovem interfici iusserat, ira deorum ex equo praeceps super gladium suum ruit, exstinctusque est. Darius rex, unus ex septem Persis hinnitu equi regnum adsecutus, cum CCLXX millibus Europam transivit. Victus ab Atheniensibus ducenta millia[2] apud Pseudomarathona decessit. Xerxes, Darii

CAP. XII. — 1. *Arsaces*) *Arbaces* Perizon.

2. *Transtulit*) *Transtulit in Medos.* Idem.

CAP. XIII. — 1. *Æthiopiam.* Ferri potest haec lectio. Sed et negligi potuit *in*, quod erat in fine vocis praecedentis.

2. *Ducenta millia*) *Ducente Miltiade* Perizon. De *Pseudomarathone* nihil scio.

filius, cum recessisset pater eius, aliquantis navibus armatis militibus in Europam transivit. Contabulato [3] Hellesponto, et forato Atho monte, nequidquam aliud egit, quam ut Athenas incideret mari. Victus a Lacedaemoniis et Atheniensibus, in Asiam rediit, ibique suorum fraude interfectus est.

XIV.

DVCES ET REGES LACEDAEMONIORVM.

Eurystenes et Procles gemini, qui genus ab Heraclidis deducentes primis, parte regna regnaverunt.[1] Lycurgus legumlator, cui Lacedaemonii principes Graeciae per annos septem invisi[2] fuerunt. Theopompus et Polydorus reges, qui Messenium bellum XX annis gesserunt. Othryades vir bellator, qui Messenio bello, quo centeni, id est,[3] quinquageni, concertaverunt, et trophaeum suo sanguine scripsit, tertiusque[4] Messenio bello, ex oraculo Apollinis, dux ab Atheniensibus per ludibrium missus, poenateas vota,[5] militum animos

3. *Contabulato*. Puto tollendam esse distinctionem, quae est ante hanc vocem et legendum *in Europam transivit, contabulato Hellesponto et forato Atho monte*. Perizonius quoque distinctione maxima post *monte* posita, sequentia ita constituerat: *Nec quidquam aliud egit, quam ut Athenas incenderet, Mari victus*.

Cap. XIV. — 1. *Primis, parte regna regnaverunt*) *Primi Spartae regnaverunt*. Meursius de regno Lacedaemon. c. IX et Perizon. *Eurystenes* cum adspiratione scribi neminem fugit Sic mox *trophaeum*, et alia huiusmodi contra rectam rationem scribendi, quae ab ipso Auctore proficisci potuerunt.

2. *Invisi*. Fort. *innisi*, Perizonius.

3. *Id est*. Videtur excidisse *utrimque* ante *quinquageni*. Periz.

4. *Tertiusque*) *Tyrtaeusque*. Meurs. Miscel. Lacon. XI, 2; Bernecer. ad Iustin. CXI, 5 (*sic*); Heins, ad h. l. Wass ad Sallust. Iug. XII, et Bentleius ad Horat. Art. poet. 402: *Tyrtaeus, qui*, Perizon. Hoc praefero; nam hinc nova periodus inchoanda videtur.

5. *Poenateas vota*) *Poemate suo ita*. Meurs. Heins. Perizon. et Bentlei.

concitavit, ut tam diuturnum praelium victoria consummarent. Leonidas, dux Persico bello, qui cum trecentis Lacedaemoniis apud Thermopylas totam vim Persici belli morte sua ac suorum obtinuit. Pausanias, qui Persico bello Mardonium praefectum Xerxis cum pedestribus copiis apud Asopum Boeotiae flumen debellavit: mox proditionis a rege suspectus idem Mardonius,[6] ideoque accusatus, in asylum Minervae confugit, et ibi fame confectus est. Leander[7] dux, qui dominantem toto mari classem Atticam apud Ægeos primus[8] oppressit, et victis Atheniensibus XXX tyrannos imposuit. Xanthippus, vir Lacedaemoniorum fortissimus, qui bello Punico primus[9] Carthaginiensibus dux missus Regulum cepit. Agesilaus, cuius inventum est, in hostili, quam in sua terra, pugnare; ideoque in Asiam missus, vastata ea, quum iam Regi immineret, revocatus Athenienses apud Crotonem[10] vicit. Postea apud Corinthios flevit, quod decem millia Graecorum occisa cognovisset, nec voluit Corinthum delegare,[11] quum posset.

XV.

CLARISSIMI REGES ET DVCES ATHENIENSIVM.

Cecrops rex, qui urbem condidit Athenas, et ex suo nomine Cecropidas appellavit cives. Idem fabulose,

Poemate noto, Bern. *Pede altero claudo*, Wass. Heinsius putabat etiam emendari posse *pæane suo*.

6. *Idem Mardonius*. Dele *Mardonius*: nisi erraverit ipse Ampelius. Nam haec acciderunt Pausaniae. Periz. Errasse Ampelium etiam Oudendorp. ad Obseq. c. CX, putat. Mihi non verosimile videtur.

7. *Leander*) *Lysander* Periz.

8. *Apud Ægeos primus*) *Apud Ægos potamon*. Idem. Sed Latini fere ubique, *Ægos flumen*, non *Ægos potamon* dicunt.

9. *Primus*. Melius *primo*.

10. *Crotonem*) *Coroneam*, Xenoph. IV Graec. 3; Corn. Nep. Agesil. IV et alii.

11. *Delegare*) *Delere*. Periz.

quia indigena fuit, ab inguinibus serpens fuisse narratur. Erichthonius rex, qui mysteria Eleusinae constituit. Celeus cum Euboleo[1] sacerdote, filiabus virginibus ministris, Triptolemo frugum praefecto; qui fame laborantem Graeciam circumlato frumento restituit. Pandion rex, qui filias suas Procnen et Philomelam Thraciae regibus tradidit, ut barbaras sibi gentes adfinitate sociaret. Theseus, Ægei filius, qui Minotaurum interfecit. Demophontes, eius filius, qui cum Graecis Ilium expugnavit. Codrus rex, qui pro salute et victoria patriae, secundum oraculum Apollinis, bello Peloponnesio se devovit. Pisistratus, vir fortis, et sapiens, qui adversus principes populari caussa tyrannidem invasit, eamque iustissime administravit. Armodius et Aristogeiton, homines plebeii, qui Hippiam et Hipparchum Pisistrati filios saeve dominantes facta coniuratione oppresserunt, ideoque ut conservatoribus divini honores eis sunt constituti. Miltiades dux, qui LXXX millia militum Persarum Darii regis, praefectis Date et Tisapherne,[2] in saltu Marathonio superavit. Aristides Dicaeos, qui hoc agnomen moribus est consecutus, ob id ipsum exilio multatus est. Cimon dux, qui Persico bello Xerxis copias, pedestres simul atque navales, in ipsa Asia apud Eurymedonta flumen uno die vicit. Alcibiades dux, vir genere, copia, opibus, illustris; qui propter detruncatos nocte Mercurios reus factus ad Lacedaemonios confugit Peloponesi[3] bello, et, quum fecisset eos superiores, afflictorum civium misertus, rediit in patriam, et dux creatus, iterum victores Athe-

Cap. XV. — 1. *Cum Euboleo*. Fort. *Eumolpo*; unde *Eumolpidae* apud Athenienses. Vid. Meurs. Eleusin. cap. 11.

2. *Date et Tisapherne*) *Dati et Artapherne* Herodot. VI, 94; VII, 74; Cornelius Nepos, Miltiade, cap. IV; Suid. in Ἱππίας. Perperam idem in διεξιφίσω, Δάτις καὶ Ἀρτάβαζος, e Schol. Aristoph. ad Equit. 778.

3. *Peloponesi*) *Peloponesio*, vel *Peloponensi*.

nienses fecit. Thrasybulus, qui triginta Magistratus Lacedaemonios tyrannidis dominatione saevientes facta coniuratione afflixit, et libertatem Atheniensibus reddidit. Conon dux, qui omnes Lacedaemoniorum copias apud Cnidum insulam cepit, et imperium maris Athenis restituit. Dion, qui octo onerariis navibus Dionysium regem Siciliae centum rostratas habentem, dum in Italiam abest, regno expulit, occupatis Syracusis. Hiphicrates, rei militaris peritissimus, qui arma habiliore pondere et modo fecit. Phocion, qui vir[4] bonus cognominatus est, neque ulla pecunia a Philippo potuit solicitari ut ad eum discederet. Qui admonentibus amicis, ut liberis suis consuleret: Si boni, inquit, erunt, hic agellus eis sufficiet: si mali, nihil. Cabrias dux, qui gladiatoria arte pugnare militem docuit: Cypron et Naxon, et omnes asiaticas insulas Athenis adiunxit, et circa Thion[5] navali bello occidi maluit, quam abiectis armis enatare. Demetrius Phalereus, vir bonus existimatus, ideoque ob insignem iustitiam statuis CCC est honoratus, quas ei pro libertate posuerunt in facie[6] publica.

XVI.

REGES MACEDONVM.

Philippus, Amyntae filius, primus Macedonum obtinuit Thraciam, redegitque in suam potestatem: et, cum transire in Asiam vellet, sub ipso belli apparatu

4. *Vir.* Nihil opus erat hoc addito. Corn. Nep. Phoc. 1: *Ex quo cognomine Bonus est appellatus.* Et Aristid. 1: *Vt unus cognomine Iustus sit appellatus.*

5. *Thion*) *Chion.* Id. Chabr. IV.

6. *Facie.* An *arce?* Perizon.

in theatro a Pausania est interfectus. Alexander, Philippi et Olympiadis filius, ex urbe Pella Macedoniae cum XL millibus militum in Asiam transisset, Darium regem Persarum primum apud Granicum flumen, tum apud Issum Ciliciae, tertio apud Arbela, tribus praeliis,[1] triginta peditum legionum, equitum bis mille falcatorum curruum vicit. Mox regem Indorum, et omnes Asiae gentes sub potestate sua redegit, et nobilissimas urbes Asiae cepit, Sarbactran,[2] Susa, Babyloniam, ubi etiam defunctus, dubium vinolentia, an veneno, quum tamen prius et Africam peragrasset usque ad Iovem Ammonem, et Oceanum primus omnium navigasset. Philippus, qui post Alexandrum Macedonem septimo gradu Macedoniae regnavit, invictus in Graeciam quum saeve dominaretur, a Sulpicio consule in Phocide victus est, mox a Flaminio[3] in Macedonia, Thessalia apud Cynocephalas, ubi dato obside filio Demetrio regni parte mulctatus est. Perses Philippus,[4] Philippi filius, quum maximis copiis[5] Macedoniis esset, et, quum impetum in Graeciam fecisset, cum inanibus[6] elephantorum simulacris a Marco[7] consule apud Scyriam paludem victus, praecipitatis in mare thesauris, profugit; mox ab Æmilio Paullo tota Macedonia

Cap. XVI. — *Tribus praeliis*. Freinsh. ad Curt. IV, 9, 4: *Apud Arbela, tertio praelio, trecenta peditum regiorum millia, equitum centum millia, bis mille f. c. v.* Nondum ita sanatus est locus.

2. *Sarbactran*. Non inveni, qui hanc memoraverit. Fort. *Ecbatana*, vel *Zariaspan*, quod alterum nomen urbis Bactrorum erat.

3. *Flaminio*. Sic et infra aliquoties, pro *Flaminino*. Et mox *Cynocephalas*, pro *Cynoscephalas*.

3. *Philippus*. Hoc fortassis supervacuum, et a sequenti *Philippi* ortum est.

5. *Cum maximis copiis*. Cuper. Exercit. XI, c. 5, de Elephant. in Numm. *Quum cum maximis copiis*. Si quid hoc loco mutandum esset, potius tollerem *quum* ante *impetum*.

6. *Cum inanibus*. Hoc quid sit, Idem e Polyaeno IV, 20, et Diodor. Sic. XI, 74, exponit: quod etiam ante viderat Bochart. Hieroz. P. I, lib. II, cap. 25.

7. *Marco*) *Marcio* Cuper. ibid. et Freinsh. ad Flor. XI, 12, 5. Pro *Scy*.

fugatus, Samothracam confugit in asylum: unde data fide quum se Paullo commisisset, ante currum eius in triumphum productus, mox libera custodia in Albano consenuit. Pseudophilippus, vir plebeius et degener, cum ex similitudine formae Philippi filium se persuasisset, et Macedonas in bellum excitasset, inter initia tumultus comprehensus, sub custodia missus est Romam, ubi quum ex custodia aufugisset, concitata rursus Macedonia, Thraciam bello recepit. In arce regni paludatus ius dixit: mox a Caeci filio[8] Metello ingenti praelio victus, quum profugisset in Thraciam, a regibus deditus, et in triumphum deportatus.

XVII.

REGES ET DVCES ROMANORVM.

Romulus, qui urbem condidit. Numa Pompilius, qui sacra constituit. Tullus Hostilius, qui Albam diruit. Ancus Martius, qui leges plurimas tulit, et Hostiam coloniam constituit. Servius[1] Tullius, qui primum censum egit. Priscus Tarquinius, qui insignibus magistratus adornavit. Tarquinius Superbus, qui ob nimiam superbiam regno pulsus est.

XVIII.

CLARISSIMI DVCES ROMANORVM.

Brutus, qui pro libertate publica liberos suos interfecit. Valerius Publicola, qui propter eamdem liberta-

riam porro legendum est *Ascuridem*, vel *Asourida*. Vid ad Flor. loco dicto.

8. *A Caeci filio*) *A Caecilio* Periz.

CAP. XVII. — 1. *Servius*. Hic auctor ordinem intervertit: ante Servium regnavit Tarquinius Priscus.

tem adversus Tarquinios bellum exercuit. Idem ius libertatis dando populum ampliavit. Manlius Torquatus, qui ad confirmandam castrorum disciplinam filium suum interfecit. Quintius Cincinnatus, idem Serranus, [1] cui aranti dictatura delata est. Camillus, qui, Senonum gente deleta Gallorum, incensam ab eis urbem restituit. Fabii duo: quorum alter una pugna Etruscos, Samnitas, Vmbros, Gallosque subegit, Libertinos e tribubus repurgavit, ideoque Maximus cognominatus: alter Fabius Annibalem mora fregit, ex quo Cunctator est cognominatus. Papirius Cursor; hic Samnites, qui Romanos sub iugum pugnando miserant, victos ignominia pari affecit, et a velocitate Cursor est appellatus. Curius, quum in foco rapas torreret, offerentibus: [2] Malo, inquit, in fictilibus meis et aurum habentibus imperare. Fabricius Luscinus, qui Cornelium Rufinum consularem virum senatu amovit, luxuriae et avaritiae damnatum, quod decem pondo argenti possideret. Claudius Marcellus, qui Annibalem primus in Campania praelio vicit, idemque docuit, in bello quomodo equites sine fuga cederent. Scipiones duo, quorum alter prior, Africanus, qui Annibalem et in eo Africam debellavit; alter Scipio Numantinus, qui Carthaginem et Numantiam diruendo, in hac Africam, in illa Hispaniam fregit. Quintus[3] Nero, qui, Annibale in Apulia relicto, venientem ab Hispania Asdrubalem excepit, copiasque eius uno die apud Metaurum flumen devicit, qui sese cum Annibali[4] iunxisset, dubitari non potest, paria

Cap. XVIII. — 1. *Idem Serranus*. In eodem errore versari Scholiasten Persii ad I Sat. 73, observat Perizon. Animadv. Hist. c. 1. p. 22.

2. *Offerentibus*. Haec descripta videntur ex Aurel. Vict. de Vir. Illustr. XXXIII, e quo supplendum est, *legatis Samnitium aurum offerentibus, Malo, inquit, haec in fictilibus meis esse.*

3. *Quintus*. Livio, et aliis *Caius*.

4. *Qui sese quum Annibali) Qui si se quum Annibale*. Perizon. et Freinsheim. ad Flor. II, 6, 50. Idemque mox, *parem eis P. R. futurum non fuisse.*

eis praestaturum non fuisse. Paullus, qui quum Macedoniam vicisset, et Graeciam liberasset, et opulentissimum triumphum reportasset, inter ipsos triumphi dies, amissis duobus liberis pro concione dixit, gratias se agere fortunae, quod in suam potius domum, quam in remp. saevisset. Duo Metelli: quorum alter Macedonicus, devictis Macedonibus; qui Contrebiam inexpugnabilem Hispaniae civitatem, iussis testamenta scribere, et vetitis redire nisi vicissent militibus, occupavit: alter Numidicus, victa Numidia; qui quum perniciosas reip. leges ferret Apuleius tribunus plebis, totusque senatus in eas iurasset, maluit in exilium ire, quam iurare. Huius filius, Pius cognominatus est, quod patrem [5] in exilium secutus est. Caius Marius, qui in Africa Numidis, in Gallia Cimbris Teutonibusque superatis, a caliga pervenit usque septimum consulatum. Sylla, qui bello civili victoria perpotitus, Romanum primus invasit imperium, solusque deposuit. Sertorius, qui proscriptus a Sylla, quum in exilium profugisset, quam brevissimo tempore prope totam Hispaniam redegit in suam potestatem, et ubique adversante fortuna insuperabilis fuit. Lucullus, qui Asiacae provinciae spoliis maximas opes est consecutus, et aedificiorum, tabellarumque pictarum studiosissimus fuit. Pompeius, qui Armenios sub rege Tigrane, Ponticos sub rege Mithridate, Cilicas toto mari dominantes, intra quadragesimum diem vicit, et magnam partem Asiae inter Oceanum, Caspium, Rubrumque [6] victoriis suis triumphisque peragravit. Caius Caesar, qui Gallias Germaniasque subegit, et primus Romanorum navigavit Ocea-

5. *Quod patrem.* Perizonius his notam apposuerat, tamquam suspectis. Et aliter scribunt Appian. XI Civil. 370; Aurel. Vict. LXIII, et Val. Max. V, 2, 7.

6. *Caspium Rubrumque.* E Floro III, 5, 31, e quo addi potest *mare*.

num; in quo Britanniam invenit, et vicit. Iulius Caesar Augustus, qui perpacatis omnibus provinciis exercitus orbe terrarum disposuit, et Romanum imperium ordinavit. Post cuius consecrationem perpetua Caesarum dictatura dominatur.

XIX.

ROMANI, QVI IN TOGA FVERVNT ILLVSTRES.

Manius [1] Agrippa, qui dissidentem populum senatui conligavit, atque conciliavit. Appius Caecus, qui pacem Pyrrhi diremit, ne populus, qui suis parere noluerat, sub externis regibus regeretur. Tiberius Gracchus, qui Scipionem Asiaticum quamvis inimicum haberet, non est passus a tribunis in carcerem duci, quod diceret [2] nefas, ibi esse Scipionem, ubi captivi illius adhuc alligati tenerentur. Hic est Gracchorum pater, qui in tribunatu, quum agrariis legibus seditiones excitarent, interfecti sunt. Decimus Brutus Calaecius, [3] qui Gracchum [4] generum [5] agrariis legibus Reip. statum turbantem cum Opimio consule oppressit. M. Brutus, qui Pompeii partes secutus, mox a Caesare restitutus, in mortem eius coniuravit, quod affectare nomen regium videretur. Lucius [6] Drusus, qui agrariis legibus promulgatis, summum pro eo [7] favorem conse-

Cap. XIX. — 1. *Manius*) *Menenius*.

2. *Diceret*. Perizonio placebat *duceret* Mihi nihil mutandum videtur. Vid. Liv. XXXVIII, 57 et 60.

3 *Calaecius*) *Callaecius* infr. c. XXVI, vel *Callaicus*.

4. *Gracchum*) *C. Gracchum* Heins. ad Vell. II, 2.

5. *Generum* Sic rursus c. XXVI. Sed errat. Ab Opimio occisus est C. Gracchus: huius autem uxorem fuisse Liciniam constat e Plutarcho; ad quam in l. 66 pr. D. *Solut. matrim.* pertinet disputatio iurisconsultorum de dote Liciniae. Bruti Callaici filiam Ti. Graccho nuptam fuisse quidam tradiderunt apud Plutarch. sed plerique App. Claudii.

6. *Lucius*) *Livius*.

7. *Pro eo*. Fort. *P. Ro*, vel *P. Ro.*, *pro eo*.

cutus, ne promissa perficeret, per insidias a Philippo Cons. domi suae interfectus est. Lutatius Catulus, qui Lepidum acta Syllae rescindere volentem admoto exercitu[8] Italia fugavit, et solus omnium sine sanguine bellum civile confecit. Cato Censorius, qui toties accusatus est, quoad vixit, nocentes accusare non destitit. Hic est omnium rerum peritissimus, et, ut Sallustio Crispo videtur, Romani generis disertissimus Cato. Cato Praetorius, qui bello civili partes Pompeii secutus, mori maluit, quam superstes esse reip. servienti. Scaurus, qui vetuit filium in conspectum suum venire, quia bello Cyprico[9] descruerat. Scipio Nasica,[10] quia non rite inauguratus Consul videretur, consulatu se abdicavit, et domitis Dalmatis oblatum a Senatu triumphum repudiavit, statuasque, quas sibi quisque in publico posuerat, in censura sua sustulit. Censuit in senatu tamen, Carthaginem non esse delendam: propterea optimus[11] iudicatus. Cornelius Cethegus, qui fratrem suum Cethegum, quod cum Catilina coniurasset, morte multandum censuit. Tullius Cicero, qui in consulatu suo Catilinae coniurationem fortissime oppressit.

8. *Admoto exercitu.* An *admoto turbi exercitu?* ut hoc ad Lepidum referatur, e Flor. III, 23, 5. Sed sic rursus infr. c. XXVII.

9. *Cyprico*) *Cimbrico* Val. Max. V, 8, 4.

10. *Nasica.* Ex Aurelio Vict. cap. XLIV. Sed de triumpho repudiato falsum est. Vid. Pigh. A. V. ad DXCI, DXCV et DXCVIII.

11. *Optimus.* Confundit patrem cum filio, quemadmodum et Aurel. Victor, cuius errorem notavit Pighius. Nam plane certum est, patrem Nasicae, de quo superiora illa refert Ampelius, optimum iudicatum fuisse. Eumdem autem Carthaginem non delendam censuisse, etiam alii prodiderunt. Hoc propter rationem temporis parum probabile quidem videtur Ruperto III, 3, ad Pompon. de O. J. Sed ea non omnino repugnat. Nam potuit ab A. V. DL, quo optimus iudicatus est, quum nondum esset quaestorius, ut scribit Liv. XXIX, 14, vitam produxisse usque ad A. V. DCIII qui praecessit obsidionem Carthaginis: quemadmodum et ipse Cato, contrariae sententiae auctor, qui, quum A. V. DXLIX quaesturam gessisset, decessit A. V. DCIV, Manilio et Censorino Coss. quo obsidio Carthaginis in-

XX.

QVI PRO SALVTE SE OBTVLERVNT.

Horatius trigeminus,[1] qui adversus Curiatios Albanorum, qui de summo imperio dimicaverunt. Fabii, qui treceuti, quum omnes patriciae stirpis essent, bellum Veiens peculiariter sibi depoposcerunt. Mucius Cordus, qui ignibus manus imposuit. Horatius Cocles, qui ponte rescisso Tiberis armatus transiit navitans.[2] Trecenti sub Calpurnio Flamma contra Poenos; qui in Siciliensi saltu, mortuo[3] exercitu, populum Romanum liberaverunt, ut plane CCC Lacedaemoniorum apud Termopylas gloriam adaequarent. Duo Decii, quorum alter Latino bello, alter Samnitico, diis Manibus se devoverunt. Fulvius[4] pontifex, qui urbe a Gallis Senonibus incensa, se aliosque senes diis Manibus devovit. Regulus, qui tormenta Carthaginiensium maluit pati, quam ut inutilis pax cum eis fieret, aut ipse iurisiurandi fidem falleret. Curtius, qui se in hiatum terrae immisit, quum ex oraculo, quod optimum esset in urbe Romana, posceretur. Spurius Postumius; qui a Pontio Telesino, Samnitum duce, sub iugum missus cum exercitu, auctor fuit rumpendi foederis, seque hostibus censuit esse dedendum. Caius Metellus[5] ponti-

choata est. Itaque firmiora argumenta quaerenda fuerant Ruperto.

Cap XX. — 1. *Horatius trigeminus.* Sententia postulat legi *Horatii Trigemini*, et mox tolli *qui* post *Albanorum* In Inscriptione etiam legendum, *Qui pro salute populi*, vel *Pop. Rom. s. o.*

2. *Navitans.* Hoc valde insolens est, nec puto, quemadmodum *navita* et *nauta*, sic etiam *navito* et *nato* dici.

3. *Mortuo.* Freinsh. ad Flor. II, 2, 13, legit *moritur.* Sed hoc parum prodest ad purgandum locum. Nam nihilominus nulla est sententia in his *exercitu populum Romanum liberaverunt.* Malim *mortui exercitum Populi Romani liberaverunt.* Vel, *morte sua exercitum P. R. lib.*

4. *Fulvius*) *Fabius.* Videndus est Perizon Animadv. c. V in fin.

5. *Caius Metellus.* Alii *Lucius*,

fex, ardente templo Vestae, Palladium extulit, et oculos amisit.

XXI.

QVI SPOLIA OPIMA RETVLERVNT.

Romulus de Acrone Ceninensium[1] rege. Cossius Cornelius de Larthe Tolumno Veientium rege. Claudius Marcellus de Virodomaro rege Gallorum.

XXII.

QVI PROVOCATI AB HOSTIBVS MANV CONTENDERVNT.

Mallius Torquatus, qui Gallo torquem detraxit, eumque sibi circumdedit. Valerius Corvinus; qui a Gallo provocatus quum pugnaret, corvus galeam eius insedit, et hostem perturbavit. Scipio Æmilianus quum esset legatus ab Lucullo imperatore apud Intercatiam Vaccaeorum urbem, provocatorem barbarum occidit. Lucius Opimius, sub Lutatio Catulo consule, in saltu Tridentino provocatorem Cimbrum interfecit.

XXIII.

QVI PRO ROMANIS[1] GENTES SVPERAVERVNT.

Scipio Africanus, Scipio Numantinus, Scipio Asiaticus, Mummius Achaicus, Servilius Isauricus, Brutus Callaicus, Paullus Macedonicus, Metellus Creticus, Caesar Germanicus, Caesar Dacicus.

CAP. XXI.—*Ceninensium) Caeninensium.* Et mox *Cassus*, et *Larte Tolumnio.*

CAP. XXIII. — 1. *Qui pro Romanis.* Lemma non est rectum. Forte: *Qui quod p. R. g. s. ex eo cognominati sunt.* Perizon.

XXIV.

QVOT ILLVSTRES SCIPIONES QVI MAGNIS REBVS GESTIS COGNOMINATI SVNT.

Scipio magnus Africanus, qui vicit Annibalem. Scipio minor Numantinus, qui Numantiam et Carthaginem diruit. Scipio Asiaticus, qui de Antiocho triumphavit. Scipio Nasica, qui a Senatu vir optimus est iudicatus. Scipio, qui occiso Pompeio partes restituit, et victus se interfecit.

XXV.

SECESSIONES PLEBIS.

Secessiones plebis a partibus [1] fuerunt quator. Prima secessio propter impotentiam foeneratorum, quum in montem [2] plebs armata secessit. Secunda propter impotentiam Decemvirûm, quum interfecta filia sua Virginius Appium et totam eius factionem in Aventino monte circumvenit, effecitque ut, abdicato magistratu, accusati, atque damnati, variis suppliciis punirentur. Tertia propter matrimonia plebis, ne patriciis nuberent, quam Canuleius concitavit in monte Ianiculo. Quarta secessio in foro, propter magistratus, ut plebis Consules fierent, quam Sulpicius Stolo [3] concitavit.

Cap. XXV. — 1. *A partibus*) *A Patribus* Periz. et Heins.

2. *In montem*. Videtur excidisse *sacrum*. Totum illud caput descriptum esse videtur e Floro Nostro I, 23 seqq.

3. *Sulpicius Stolo*. Confundit duos

XXVI.

SEDITIONES.

Seditiones in urbe quatuor. Prima seditio, Tiberii Gracchi; quem, de iudiciariis et agrariis legibus statum civitatis moventem, Scipio Nasica facta manu in Capitolio oppressit. Secunda seditio, Gracchi[1] fratris eius; quem ob similes largitiones novos motus excitantem Opimius Consul, cum Decimo Bruto Callaecio socero eius, convocatis ad pileum servis, in Aventino monte oppressit. Tertia seditio, Apulei Saturnini Tr. Pl. et Glauciae Consulis; quos, comitia in campo caedibus perturbantes, Marius in Capitolium persecutus obsedit, et conficiendos fustibus saxisque curavit. Quarta seditio, fuit Livii Drusi, et Quinti Caepionis, quum ille[2] Senatus equestrem ordinem assideret. Praecipua tamen ad motus excitandos fuit causa quod Drusus civitatem omnibus Italicis pollicebatur; sed tum a Philippo consule in domo sua interfectus.

XXVII.

QVI ADVERSVS PATRIAM NEFARIA INIERE CONSILIA.

Coriolanus, ob asperiorem annonam in exsilium actus, Volscorum exercitu admoto patriam expugnare voluit, sed Veturiae matris precibus victus, tum ab

generos Fabii, et unum e duobus fecit. Freinshemius ad Florum 1, 26, 2; et Periz. Animadv. c. 1, p. 21.

Cap. XXVI. — 1. *Gracchi.* Vid. ad cap. XIX.

2. *Quum ille...)Quum ille Senatum,*

exercitu suo confusus[1] est. Marcus Melius,[2] frumentaria largitione quum videretur,[3] iussu Quinctii Cincinnati dictatoris a Magistro equitum in rostris[4] occisus est. Spurius, quum agrariis legibus factione dominationem pararet. Manlius Capitolinus, quum pecunia conturbatores liberaret, suspectus regni affectati de Tarpeio saxo praecipitatus est. Catilina quum in caedem Senatus, in incendium urbis, direptionem aerarii coniurasset, et in id facinus Allobrogas solicitasset, ab Cicerone in Senatu accusatus, ab Antonio in Apulia[5] debellatus est.

XXVIII.

QVI REGES VEL DVCES CVM ROMANIS BELLA GESSERVNT.

Populus Romanus sub Romulo pugnavit cum Sabinis, prius[1] propter virgines raptas. Sub Tullio cum Albanis. Pontius Telesinus, dum Samnitum, qui ad

hic equestrem ordinem adsereret. Peris. ad Flor. III, 17, 4.

Cap. XXVII. — 1. *Confusus) Confossus,* ut ego puto. Liv. II, 40, *oppressus est.* Aurelius Victor XIX, *occisus est.*

2. *Marcus Melius) Spurius Maelius,* Livio et aliis.

3. *Videretur) Vteretur* Freinsh. ad Flor. I, 26, 7, et Periz. *Niteretur* Heins., et Perizon. paullo post *factionem et dominationem.* Rupertus, I, 5, ad Pompon. de O. I. totum locum ita constituit: *Spurius Melius, quum frumentaria largitione, agrariis legibus, factione dominationem parare videretur, iussu Q. C. d. a. M. e. i. r. o. est. Marcus Manlius....* Vel, *Sp. Melius, quum frumentaria largitione videretur, agrariis legibus, factione dominationem pararet, iussu Q. C. a. M. e. i. r. o. est. Marcus Manlius ...* Haec descripta sunt e Flor. I, 26, 7, cuius omnia exemplaria Mss. quum ibi corrupta sint, facile adparet, nec Ampelium hunc meliora habuisse, et frustra operam sumi in hoc loco coniecturis sanando.

4 *In rostris.* Liv. IV, 14, et Flor. l. d. *in foro.* Rupertus per prulepsin dictum putat, pro in eo loco, ubi postea Rostra fuerunt.

5. *Apulia) Etruria* Freinsh. ad Flor. IV, 1, 11.

Cap. XXVIII. — 1. *Prius.* Perizo-

Caudinas furculas Romanos sub iugum misit. Pyrrhus, Rex Epirotarum; qui pro Tarentinis bellum cum Romanis gessit, vastataque Campania ad vicesimum ad urbem [2] pervenit, mox a Curio et Fabricio victus in patriam concessit, et quum Achaiam armis sub se redegisset, Macedoniam quoque Antigono regi eripuisset, dum Argos expugnat, occisus est. Omnium Graecorum sapientissimus, et militaris disciplinae peritissimus fuit. Annibal, qui novem annorum, patrem in Hispaniam secutus, minor annorum quindecim [3] imperator factus: triennio in Hispania vicit, et eversione Sagunti, rupto foedere, per Pyrenaeum et Alpes in Italiam venit, Scipionem ad Ticinum, Tiberium Claudium [4] apud Trebiam, Flaminium apud Thrasymenum, Paullum et Varronem apud Cannas, Gracchum in Lucania, Marcellum in Campania, [5] superavit.

XXIX.

STATVS POPVLI ROMANI QVAS COMMVTATIONES HABVERIT.

Populus Romanus primum sub regibus fuit. Deinde, post superbiam Tarquinii, et illatum Lucretiae stuprum, expulsis regibus, tutelam sui Consulibus Tribunisque commisit. Deinde tribunitiis seditionibus agitatus, abdicatis omnibus magistratibus, Decemviros, legum ferendarum et Reip. constituendae caussa, paravit. Horum quoque dominationem et libidinem

nius coniiciebat *primis*. *Tullo* non *Tullio*, scribendum nemo ignorat.

2. *Ad urbem*) *Ab urbe lapidem* II.

3. *Quindecim*) *Quinque et viginti* Corn. Nep. Annib. III.

4. *Claudium*. Erat is *Ti. Sempronius Longus*.

5. *In Campania*. Marcellus semel ab Annibale in Apulia, non in Campania, victus, ac deinde in eadem per

detestatus, rursus ad Consules rediit. Donec, exortis bellis civilibus inter Caesarem et Pompeium, et oppressa per vim libertate, sub unius Caesaris potestatem redacta sunt omnia. Ex eo perpetua Caesarum dictatura[1] dominatur.

XXX.

INITIVM REGNI MITHRIDATIS.

Cyrus, Rex Persarum primus, imperium Medis ademit. Duos filios reliquit, Cambysen et Smerden. Horum Cambyses, defuncto patre,[1] quod maior esset, Smerden in solio sedentem, capite coelum pulsare per somnium videns, occidendum eum curavit ipse:[2] et deinde, revertens ab Æthiopia, rebus perfractis,[3] quum in Ægyptum venisset, incolasque eius loci laetantes advertisset, ratus illos adversis suis insultare, Apin in femine vulneravit, eodemque ictu occidit. Interim Magus quidam Smerdes, Patibiatae[4] frater, abutens nomine ex formae[5] similitudine, filium se Cyri professus, regnum Persicum invaserat. Quod ubi Cambysi nuntiatum est, regredi in patriam maturans, oblitus est gladium, quo Apin interfecerat, vaginae reddere.

insidias interfectus est. Vide Livium XXVII, 12, 25 et seqq.

Cap. XXIX. — 1. *Dictatura.* Sic supra in fin. cap. XVIII.

Cap. XXX. — 1. *Defuncto patre.* Hic excidisse *regnavit* suspicabatur Perizonius. Et apertum est huiusmodi aliquid desiderari.

2. *Curavit ipse : et deinde.* Idem legebat, *curavit. Ipse deinde.* Vel, *Ipse etiam deinde.*

3. *Rebus perfractis.* Fortassis putavit hic Scriptor, hoc aeque dici posse, ac *rebus fractis.* Suspicor tamen scriptum fuisse *rebus infectis.* Nam irriti fuerunt conatus Cambysis adversus Æthiopas, ut videre licet ex Herodot. III, 25.

4. *Patibiatae*) *Patizithae* Id. III, 61, 63.

5. *Ex formae*) *Et formae* Periz.

Quod quum conaretur efficere, femen suum vulneravit, et eam partem, qua Apin vulneraverat. Ex eodem vulnere in paucis diebus obiit. De cuius morte postquam certior nuntius ad Persas venit, Potanes[6] Pedimam filiam suam, quacum Smerdes consuetudinem habebat, edocuit, ut, quum ille sopitus esset, utrum aures tectas comis haberet, periclitaretur. Sciebat enim, a Cyro Smerdi Mago ademtas aures. Ille[7] falsum esse Smerden confirmavit. Tunc septem nobilissimi Persae inter se coniuraverunt. Eorum nomina haec sunt, Potanes, Hydanes,[8] Aspatines, Saphernes, Megaboius, Gobies, Darius. Deinde, Mago Smerde interfecto, constituerunt, uti, excepto[9] posthac Potane, ex illis regnaret cuius equus primus in loco, quem delegissent, hinnisset. Tunc Hiberes,[10] agaso Darii, equum domini ad locum praedictum duxit; illic alia equa ab suo initur. Tunc equus Darii magnus hinnitum dedit. Ita Darius regnum obtinuit: a quo Artabanes originem ducit; quem conditorem regni Mithridatis fuisse confirmat Sallustius Crispus.

XXXI.

REGES PARTHORVM.

Seleucus, Alexandri Macedonis amicus. Huius post mortem Abarrida, frater eius,[1] iussus Babylonem ob-

6. *Potanes Pedimam*) *Otanes Phaedymam* ex Herodot III, 68.

7. *Ille*) *Illa*: nam loquitur de filia Otanis

8. *Potanes, Hydanes*. Horum nomina in Herodot. l. d. c. 70, sunt: *Otanes, Hydarnes, Aspathines, Intaphernes, Megabyzus, Gobryas, Darius.*

9. *Excepto*. Vide ibidem c. 83.

10. *Hiberes*) *OEbares* ibid. c. 85.

Cap. XXXI. — 1. *Abarrida frater eius*) *Ab Arridæo fratre eius*. Perizon. Vellem iam bene emendare po-

tinere finitimos sub se redegit, unde Nicator est appellatus, et tres validissimas urbes constituit, Abarridam, Seleuciam, Laodiciam. Arsaces forma et virtute praecipuus, cuius posteri Arsacidae cognominati sunt, qui pacem cum Sylla imperatore fecit. Orodes, qui foedus cum Cn. Pompeio percussit, Crassum cum legionibus apud Carras funesta clade delevit. Pacorus qui filium [2] suum eiusdem nominis misit in Syriam, ut Romanas provincias popularetur; atque ipse a Ventidio legato Iulii Caesaris occisus est.

XXXII.

REGES CAPPADOCIÆ ET ARMENIÆ.

Tigranes, qui iam scriptus est; [1] qui tertio Punico bello [2] perdomuit sub Mancino Cons. et Scipione Æmiliano. Bellus, rex Armeniae, qui quum impetum in Graeciam fecisset, et Pythii Apollinis templum incendisset, tempestate et frigore exercitum amisit. Policrates, rex Cappadociae, qui somniavit Solem et Lunam uri: qui a praefecto Darii regis occisus est. Epami-

tuisset, quod mox dicitur de urbe *Abarrida*.

2. *Pacorus, qui filium*) *Pacorum filium.* Sed errare videtur ipse auctor. Perizon. Hoc verius est. Nam verba *eiusdem nominis* non admittunt coniecturam. Etiam perperam Ventidium facit legatum Iulii Caesaris, qui fuit Antonii.

Cap. XXXII. — 1. *Scriptus est.* Cap. XVIII.

2. *Tertio Punico bello.* In hoc capite omnia sive ipsius Auctoris, sive aliorum vitio, falsa, vel prodigiose corrupta sunt, exceptis his, quae de Timoleonte traduntur. De Tigrane rursus c. XLVI. Freinshem. ad Flor. III 5, 27, putat Ampelium sequutum esse auctorem aliquem, apud quem corrupte scriptum fuerit Tigranem *tertio Punico bello* perdomitum, pro *tertio Pontico bello.* De *Bello* quae scribit, pertinent ad Brennum, ducem Gallorum, quem templum Delphicum voluisse diripere, vel e Iustino notum est. De somnio non Polycratis, sed filiae illius, vid. Herodot. III, 124.

non,[3] eius filius, rex, qui Thebas Graecorum pugnando vicit. Periander Rex, qui Corinthi regnavit; omnia terra et mari Romanis subiugavit. Timoleon, qui Corinthi fratrem suum regnantem interfecit. Idem et Dionysium Siciliae regem expulit, neque ipsi ab offerentibus regnum accepit, sed arcem quoque demolitus est. Hic quum convicia mala audiret, ait, « Tota vita « mea id egi, ut omnes liberi essemus. »

XXXIII.

REGES ASIÆ ET PERGAMI.

Eumenes Carduenus[1] Philippi Alexandri armiger bellicosissimus, sed parum prospera fortuna usus, adeo tamen terribilis, ut, vivente eo, nemo ausus sit Rex appellari. Antiochus iam scriptus est. Eumenes alius, qui Romanos Macedonico bello iuvit cum milite suo. Attalus, qui pro Romanis saepe pugnavit. Nam testamento[2] suo populum Romanum heredem fecit.

XXXIV.

REGES PONTI ET BITHYNIÆ.

Pharnaces, Rex Bithyniae, filius Mithridatis; qui bello civili, quod in Pharsalica gestum est, milite pa-

3. *Epaminon.* Heinsius et Perizonius emendaverant *Epaminondas.* Ego neque hunc, neque illum puto filium fuisse Polycratis. Fortassis tamen de Epaminonda Thebano aliquid dixerat.

Cap. XXXIII. — 1. *Carduenus*) *Cardianus* Freinshemius ad Curtium, lib. X, cap. 10, 1. In his, quae sequuntur, videtur scribendum, addita copula, *Philippi et Alexandri.*

2. *Nam testamento*) *Tandem testamento.* Sed errat hoc loco Perizonius.

tris sui Syriam invasit, et adventu Caesaris, antequam in congressum eius veniret, ipso terrore nominis sui victus refugit in Pontum. Prusias Rex, amicus populi Romani: ad quem Annibal victo Antiocho confugit, et, quum a rege exposceretur per legatos, veneno se liberavit. Nicomedes, socius et amicus populi Romani; in cuius amicitia prima aetate Caesar fuit. Qui moriens testamento et ipse Pop. Rom. heredem dimisit.

XXXV.

REGES ALEXANDRIÆ.

Post mortem Alexandri Macedonis regnaverunt Alexandriae Ægyptum[1] octo Ptolomaei nomine, multi clarissimi viri. Ptolomaeus Evergetes qui Alexandrum apud Ozydacras[2] obiecto clipeo protexit. Ptolomaeus, filius Philadelphi,[3] literatissimus, qui plurimos libros Graecos scripsit. Ptolomaeus Soter qui ingenti classe Rhodios vicit. Ptolomaeus Tryphon[4] qui seditiosos in theatro sagittis occidit, alios flammis dedit. Huius filius Cypris[5] pro Romanis multa bella gessit, adversus Garamantas et Indos. Ptolomaeus, Pupillus dictus, qui

Cap. XXXV. — 1. *Ægyptum*) *Per Ægyptum* Heins.

2. *Ozydacras*) *Oxydracas*. Vid. Freinsh. ad Curt. IX, 4, 26. Nam varie traditum est. Sed qui, praeter hunc, *Evergetae* cognomen Ptolemaeo Lagi tribuerint, non scio.

3. *Ptolomaeus filius Philadelphi*. Si historiae rationem habere voluit, debuit scribere *Ptolomaeus, eius filius*, vel, *Ptolomaei filius*, vel denique, *Ptolomaeus, filius illius, Philadelphus*. Sed multis locis aberrat a veritate historiae, ut iam vidimus.

4. *Tryphon*. Quae de hoc scribit, conveniunt in Ptolomaeum, qui aliis est *Physcon*. Vid. Val. Max. IX, 2, 5 ext.

5. *Cypris*. Fort. *Grypus*. Perizon. Sed nullus hoc cognomine inter Ptolomaeos memoratur. Tota periodus non nisi una litura emendari potest. Sequentia quoque partim falsa, partim etiam corrupta sunt.

Pompeium tutorem a Senatu accepit; donec pubesceret, et postea civili bello Pontino[6] interfectus est.

XXXVI.

DVCES ET REGES CARTHAGINIENSIVM.

Hanno, et Mago, qui Punico bello Cornelium Cons. apud Liparas ceperunt. Hamilcar, qui Boccor[1] cognominatus est, primo Punico bello magnam partem Hispaniae sub imperium Carthaginiensium redegit, relictis filiis quatuor, Asdrubale, Annibale, Amilcare, et Magone. Asdrubal frater Annibalis, qui secundo Punico bello, cum ingentibus copiis ab Hispania veniens, antequam se fratri coniungeret, a Claudio Nerone exspoliatus[2] est.

XXXVII.

REGES NVMIDIÆ.

Syphax, quem Scipio Africanus victum in triumphum traxit, regnoque eius imposuit Masinissam. Masinisa Rex, qui Scipionem adversus Carthaginem et Syphacem equitatu adiuvit. Ab eo, inter praemia commilitii, Numidiae regno donatus est. Iugurtha, qui scriptus est.[1]

6. *Pontino*. Heinsius et Perizonius coniiciebant *a Pothino*. Malim *Pompeiano*: ne omnino videatur repugnare historiae.

CAP. XXXVI. — 1. *Boccor*. Sine dubio *Barcas*, ut legendum proponit Perizon.

2. *Exspoliatus*. Fort. *superatus*, vel *exsuperatus*.

CAP. XXXVII. — 1. *Qui scriptus est*. De bello Iugurthino est cap. XVIII. Sed Iugurthae nomen non legitur in superioribus.

XXXVIII.

REGES MAVRITANIÆ.

Iuba rex, qui Curionem legatum Caesaris oppressit: mox, occiso Pompeio, Catonis et Scipionis partes firmare conatus, quum se in regiam recepisset, post magnificam coenam interficiendum se dedit. Iuba, rex literatissimus; qui Caesaris Augusti iussu regnavit, et magnificentissimam urbem Caesaream condidit.

XXXIX.

QVI ADVERSVS POPVLVM ROMANVM ARMA SVMSERVNT.

Tatius, Rex Sabinorum, qui occupata arce Tarpeia in ipso foro cum Romulo decertavit, et interventu Sabinarum pacem cum Romulo fixit. Mettius Suffetius, Rex Albanorum, qui, contra foedus, a Fidenatibus destitutus, et iussu Tulli Hostilii deligatus ad currum, et in adversa[1] actis equis, laceratus est. Porsenna, Rex Etruscorum, qui Romanus ad Ianiculum obsedit, propterque Tarquinios. Tiridates, qui Corbulone Consulari viro victus restitutus est.

XL.

BELLA CIVILIA QVOT.

Civilia bella quatuor mota sunt in urbe a Romanis. Civile bellum primum Sulpicius Tribunus excitavit,

Cap. XXXIX. — 1. *Adversa*) *Aversa*, vel *diversa* Perizon.

quod subscriptam[1] provinciam Mithridaticam Sylla in Marium transferre noluisset. Secundum bellum Lepidus contra Catulum, ob metum Siciliae[2] exspoliatae. Tertium bellum Caesar et Pompeius. Belli species magis, quam caussa fuit, negatus a Senatu Caesari consulatus. Caeterum utriusque aemulatio et cupiditas imperii occupandi: nam, quum secundum mores legemque maiorum dimisso exercitu venire in urbem Caesar deberet, et docere senatum de rebus a se gestis, atque ita triumphum consequi; simulans, se gratiam timere Pompeii, negavit se missurum exercitum, nisi consularibus comitiis ratio absentis sui posita[3] fuisset. Quamobrem hostis a senatu iudicatus, statuit id bello vindicare. Ac sic non consulatum modo ac triumphum, sed totum populi Romani imperium redegit in suam potestatem. Quartum bellum Caesar Augustus adversus complures duces: contra Pompeium iuvenem bona paterna repetentem: mox adversus Cassium et Brutum in ultionem interemti patris: deinceps adversus Antonium et Cleopatram ultro bellum patriae inferentes.

XLI.

QVOT GENERA BELLORVM.

Bellorum genera sunt quatuor.[1] Gentile, quod cum externis geritur; ut Romani cum Latinis, Athenienses

Cap. XL. — 1. *Quod subscriptam*) *Quod sibi ereptam provinciam M. S. i. M. transferri noluisset.* Freinsh. ad Flor. III, 21, 6. Perizonius pro *noluisset* scripserat *voluisset*, caetera intacta reliquerat. Ita legendum foret, *quod ereptam p. M. Syllae i. M. transferre voluisset.* Vid. infra cap. XLII.

2. *Ob metum Siciliae.* Freinsh. ad Flor. III, 23, 1, *mètu Syllaë.* Probabile est de Sylla egisse Auctorem. Sed quid faciemus verbo *expoliatae?*

3. *Posita*) *Proposita* Periz. Nihil tentandum arbitror.

Cap. XLI. — 1. *Quatuor.* Et tamen tantum tria enumerat. Si Florum sequi voluit, quem et cap. praecedenti,

cum Lacedaemoniis. Servile, quod Romani adversus fugitivos gesserunt, et contra duces eorum, Spartacum, Crixum, et Oenomaum. Civile quod inter se certant, sicut Marius[2] et Sylla, Caesar et Pompeius, Augustus et Antonius.

XLII.

ORDO BELLI MARIANI.

Inexplebilis honoris[1] Marii cupiditas, decretam Syllae Ponticam provinciam voluit eripere per rogationem Sulpicii tribuni plebis. Sylla indignatus continuo ad exercitum perrexit et cum urbi admovit; et in patriam ingressus, Capitolium occupavit. Quo terrore victus senatus, Mario totique factioni eius interdixit. Profecto deinde in Asiam Sylla, Marius exsul[2] quum profugisset, ac primum Minturnis in palude latuisset, tum coniectus in carcerem evasisset, interim Cinna et Octavius in urbe essent; ob hoc, occasione data, Marius redit, , et se cum Cinna adiunxit, victis Octavianis partibus. Septies consul creatus saevissimis caedibus totam urbem funestavit. Sylla interim victo Mithridate in urbem reversus, prope totam Italiam in armis invenit, sub iuvene Mario Marii filio: sed omnes eius copias partim in Etruria ad Sacriportum, partim ad Collinam portam prostravit; et reliquias adversariorum eorum, qui se dediderant, in villa publica

et deinde saepe ante oculos habuit, a *Servili* distinguere debuit *Gladiatorium*. Videndus est hac de re Flor. III, 19 et 20.

2. *Certant, sicut Marius*. Fort. *certant cives, sicut Marius*.

CAP. XLII. — 1. *Honoris*) *Honorum* Flor. III, 21, 6, quem hic descripsit.

2. *Exsul*. Heinsius addiderat *Italia*.

trucidavit. Qui diffugerant, in tabula proscripsit, iure permisso, ut interficerentur.

XLIII.

ORDO BELLI INTER CÆSAREM ET POMPEIVM.

Caesar, et Pompeius, et Crassus, inita societate, imperium Romanorum possidebant. Caesar Gallicos, Crassus Syriacos exercitus habebat. Pompeius, horum viribus fretus, in Senatu dominabatur. Post Crassi mortem apud Parthos Musus[1] Barbarus Asculanus, Quintus Lutatius Catulus.

XLIV.

DE BELLO MACEDONICO.

Populus Romanus cum Macedonibus bellum ter gessit. Sub Flaminio Consule regem eorum Philippum vicit. Sub Paullo Persen Philippi filium. Sub Metello Macedonico Pseudophilippum. Primi belli caussa, quod de iniuriis Macedonum Graeci querebantur. Secundi quod foedus cum patre suo percussum ruperit Perses. Tertii, quod falso nomen regum Macedonum Pseudophilippus invasit.

Cap. XLIII. — 1. *Musus.* Superiora e Flor. IV, 2, descripta sunt, haec unde sumta sint non liquet. Sed mutila et corrupta esse patet.

XLV.

DE VARIIS CLADIBVS POPVLI ROMANI.

Etrusco bello, quum Porsenna rex Ianiculum obsedit. Gallico bello, quum Galli Senones, exercitu apud Alliam deleto, urbe incensa, Capitolium obsederunt. Tarentino bello, quum Pyrrhus ad vicesimum lapidem totam Campaniam populatus accesserat. Punico bello, quum Annibal Cannensi exercitu fuso ad tertium lapidem castra posuit. Cymbrico bello, quum Cymbri Tarentinas[1] Alpes occupaverunt. Servili bello quum Spartacus, Crixus, et Oenomaus gladiatores, populata prope Italia, quum ad incendendam[2] urbem pergerent, in Lucania a Crasso, in Etruria a Pompeio Consule,[3] opprimuntur.

XLVI.

DE TRIBVS PVNICIS BELLIS.

Populus Romanus cum Carthaginiensibus[1] dimicavit. Primum Punicum bellum navalibus copiis gestum est. Caussa motus praetendebatur duplex: altera quod Carthaginienses Tarentinis adfuissent: altera, quod Mamertini adversus Poenos auxilium poscerent. Caeterum, revera praemium fuit Siciliae et Sardiniae pos-

Cap. XLV. — 1. *Tarentinas*) *Taurinas* Heins. *Tridentinas* Perizon. Ita supr. c. XXII, et Flor. III, 3, 11.

2. *Quum ad incendendam*) *Vna ad incendendam* Heins.

3. *Pompeio Consule.* Immo antequam consulatum gesserat. Plutarch. Pomp. et Crass.

Cap. XLVI. — 1. *Cum Carthaginiensibus*) *Ter cum Carthaginiensibus.*

sessio, fertilissimarum insularum. Appius Claudius bellum in Siculo freto commisit; Manlius et Regulus in ipsa Africa profligaverunt; Duillius Consul apud Liparas insulas; Lutatius Catulus apud Ægates, mersis hostium classibus, consummaverunt. Secundum Punicum bellum longe omnium cruentissimum fuit. Caussa, quod Annibal contra foedus Saguntum evertisset. Prima clades huius belli apud Listernum,[2] vulnerato patre Scipione; quem Publius Scipio, nondum pubes, protexit ac liberavit. Secunda clades apud Trebiam, vulnerato Flacco[3] Consule. Tertia apud Thrasymenum, vastato Flaminii exercitu. Quarta apud Cannas deletis duobus exercitibus Paulli Consulis morte, Terentii fuga Varronis. Postea vero quatuor duces Punici belli gloriam sibi vindicant, Fabius sive Cunctator, qui imminentem urbis excidio Annibalem mora fregit. Marcellus, qui primus Annibali apud Nolam restitit, et inclinatam eius aciem paene[4] ictus cruciavit. Claudius Nero, qui venientem ab Hispania Asdrubalem cum ingentibus copiis, priusquam se Annibali iungeret, excepit, et ingenti praelio vicit. Tertium Punicum bellum maioris gloriae quam operis fuit. Nam, Manilio Consule, inchoatum excidium Carthaginis Scipio Æmilianus consummavit; una cum Tigrane[5] incensa Carthagine totius Africae urbes[6] in perpetuum repressit, quod contra foederis pactionem Carthaginienses reparassent classes, et arma finitimis intulissent.

2. *Listernum*) *Ticinum* coniicil Freinsh. ad Flor II, 6, 10.

3. *Flacco*. Ti. Sempronio Longo. Vid. ad c XXVIII.

4. *Paene ictus*) *Penitus* Heins. *Cruciavit* quoque corruptum esse arbitror. Fort. *trucidavit*, vel *prostravit*, ut c. XLII.

5. *Tigrane*. Cap. XXXII.

6. *Vrbes*) *Vires* Heins.

XLVII.

VSQVE IMPERIVM TRAIANI QVI VICTI SVNT ET PER QVOS, CCIV.[1]

Per Flaminium Consulem Macedonas vicit sub rege Perse[2] bellantes. Per Scipiones Africanos, Carthaginienses. Per Paulum[3] Consulem, Persen in Syria vicit regem Antiochum. Per Scipionem Æmilianum Celtiberos et Numantiam. Per eumdem Scipionem[4] Lusitaniam, et ducem Viriatum. Per Decimum Brutum Galliam.[5] Per Mummium Achaicum, et Corinthum, et Achaeos. Per Fulvium Nobiliorem Ætholos et Ambraciam. Per Marium Numidas et Iugurtham. Per eumdem Cimbros et Teutones. Per Syllam Ponticos et Mithridatem. Per Lucullum item eosdem Ponticos et Mithridatem: item Cilicas[6] piratas, et Armenios cum

Cap. XLVII. — 1. *CCIV.* Non intelligo, quo hoc pertineat.

2. *Perse*) *Philippo.* Nam mox sequitur Persen a Paullo victum: quod et supr. c. XVI et XLIV, et ibid. Philippum a Flaminino victum, ipse dixerat. Pro *bellantes* Heinsio placebat *rebellantes.* Hoc probari possel, si hic recte scriptum essel *Perse.*

3. *Per Paullum.* Freinsh. ad Flor. II, 8, 1: *Per Paullum Consulem Persen; in Syria vicit regem Antiochum per Scipionem. Per Scipionem Æmilianum......* Heinsius quoque distinctionem posuerat post *Persen.* Dubito an post *Persen* scriptum fuerit *per Scipionem,* idque propter adfinitatem vocis praecedentis exciderit. Nam ita toto capite nomina Ducum ponit in principio periodi.

4. *Per eumdem Scipionem.* Tribuit *Scipioni,* quod debebat *Caepioni:* nam Lusitani a Q. Servilio Caepione victi sunt. Caussa erroris fuit, quod scribae pro *Caepione* saepe posuerunt notius nomen *Scipionis.* Perizon. Anim. Histor. c. X.

5. *Galliam*) *Galliciam* Heins. Vid. Flor. II, 17, 12.

6. *Item Cilicas.* Freinsh. ad Flor. III, 5, 21, post *Mithridatem* excidisse quaedam putat, eaque hunc in modum supplet. *Per Pompeium item eosdem Ponticos et Mithridatem, item Cilicas piratas.* Nomen *Pompeii* desiderari ex ipsa re, et iis, quae supra c. XVIII scribuntur, manifestum est. Sed puto sufficere, si, quae desunt, ita suppleantur: *Per Pompeium eosdem; item Cilicas piratas.* Heinsius *per Pompeium* posuerat post *Tigrane;* quod mihi melius videtur legi in ca-

rege Tigrane, et plurimas asiacas gentes. Sub hoc enim ad indicum Oceanum, et Rubrum mare usque pervenit. Per Caium Caesarem Gallias et Germanias. Britanniam sub hoc duce non tantum vidit, sed etiam navigavit Oceanum. Per Caesarem Augustum Dalmatas, Pannonios, Illyricos, Ægyptios, Germanos, Cantabros, totumque orbem perpacavit, exceptis Indis, Parthis, Sarmatis, Scythis, Dacis, quod eos fortuna Traiani principis triumphis reservavit.

XLVIII.

DE COMITIIS.

Comitia dicuntur a comitatu et frequentia, quod Patres et Classes ad suffragia vocantur, creandorum magistratuum vel sacerdotum caussa. Comitiorum autem triplex ratio est. Haec curiata, haec tributa, haec centuriata dicuntur, quia haec per curias, et per tribus, et per centurias explicantur. Si translatitium sit, et solitum, de quo populus, curiatis transigitur. Si amplius, tributis. Si in summo discrimine est, tum miles ad suffragia vocatur,[1] et comitia centuriata dicuntur.

pite periodi. Idem pro *Asiacas* legebat *Asiaticas*. Ita sane loquuntur probati Scriptores. Sed tamen sic quoque supra c. XVIII. Et fortassis putarunt quidam sic posse dici, ut ab *Adria*, *Adriaticus* et *Adriacus*.

Cap. XLVIII. — 1. *Miles ad suffragia vocatur) Exercitum imperare*, et *exercitum urbanum convocare*, dicunt Veteres. Videatur Gronovius lib. I Observat. cap. 1.

XLIX.

DE POPVLI ROMANI DISTRIBVTIONIBVS.

Antiquissima Populi Romani distributio triplex est, quam Romulus fecit; in regem, in senatum, in populum. Qui populus in tres tribus dividebatur; Titiensem, Lucerem, Ramnetem. Sequitur populi Romani distributio sub Servio Tullio rege; qui eum in tribus, classes, centurias, divisit. Ab iteratione[1] census, ut optimus et locupletissimus quisque in suffragiis, id est in Populo Romano plurimum valeret. Et tertia divisio est in patronos et clientelas, qua inferiores superiorum se fidei committebant.

L.

DE REBVSPVBLICIS.

Rerumpublicarum tria genera sunt; Regium, optimatum, populare. Aut enim sub regum sunt potestate; ut Seleucia Parthorum. Aut Senatus; ut Massilia Gallorum. Aut se ipsi regunt; ut Athenienses solebant. Est et quartum genus, quod Romani[1] commenti sunt; ut ex his tribus unum efficerent. Nam et regiam potestatem Consules habent, et plebs habet suffragiorum potestatem.

Cap. XLIX. — 1. *Ab iteratione.* Hoc nihil est. Fortasse legendum est *institutione.*

Cap. L. — 1. *Romani.* Immo dudum ante eos Spartani, aliique. Sequentia corrupta et mutilata videntur: nam debebat addi, quae in Republ. Romana fuerint partes Senatus.

L. AMPELII FINIS.

INDEX VNIVERSVS
IN FLORVM.

INDEX VNIVERSVS

IN FLORVM.

(Primus numerus librum; secundus caput cuiusque libri; tertius capitum sectiunculas, aut versiculos denotat.)

III, 1, 16. — provinciae, III, 6, 7. — (Ita Plinius, XXIX, 1, 17: « ne videatur *accessio* alterius; » Seneca, « parva ruinae ingentis *accessio* fui: » Consol. ad Helviam.)

Accessus (h. e. aditus, transitus), I, 17, 4. (alibi vocat claustra.)

Accipere (pro interpretari, intelligere), II, 18, 4. — *accipere* (pro suscipere, non respuere), I, 2, 3. — *accipere* regnum (pro consequi), I, 5, 1. — omen (h. e. in omen, loco ominis). IV, 12, 14. (Sic apud Ciceronem, Divin. I, 46, Æmilius; «*accipio* omen, mea filia. » Tacitus, H. I, 62, 6: « Vt « haud dubium magnae et prosperae « rei omen *acciperetur*. Adde Tac. II, 13, 4; Liv. I, 7, 12.)

Accire mortem, IV, 2, 70.

Accusatorie loqui (h. e. omnia ad invidiam rei coacervare, etiam falsa), IV, 5, 2.

Acerbissimum, quod maximum dolorem inurit, III, 10, 15.

Acerrima calliditas, II, 17, 15. (Sic, « acerrima mens divi Augusti » apud Tacitum, H. II, 76, 6, h. e. acutissima, solertissima.)

Acerrimus iuvenis, IV, 4, 1.

Acervatim, I, 17, 1.

Achaia, I, 18, 3; III, 6, 3. — liberata, II, 7, 15.

Achaicum bellum, II, 16, 3.

Acies (pro praelio), III, 22, 5. — *acies* prima (pro parte aciei, quae proxime hostem est), IV, 2, 82. — *aciem* committere (h. e. confligere), IV, 7, 10. — dirigere (pro instruere, ordinare), III, 16, 5.

Acies intentionis, Vid. Praef. 3.

Acilius Glabrio cos., II, 8, 10.

Acinaces, IV, 11, 3.

Acrior (h. e. vehementior), II, 2, 26.

Acrius (pro vehementius, maiore vi et impetu), I, 11, 3; I, 13, 19.

Actum est de illo (h. e. periit: Gallice, *c'en est fait*), I, 18, 8; II, 6, 50; III, 3, 4; III, 5, 5; IV, 1, 5. — nihil *actum* est (h. e. nihil profectum est), II, 6, 49.

Acta Pompeii, IV, 2, 9. — Syllae rescindere, III, 23, 2.

Acuit virtutem ratio, I, 8, 4.

Ad arma (Itali *a l'arme*: unde Gallorum vox *alarme*), II, 15, 14. — *ad* famam rei (h. e. quum nunciaretur ea res), III, 9, 4. — *ad* id tempus (pro eo usque), III, 10, 22. — *ad* id temporis, II, 17, 8. — *ad* mare (pro iuxta mare), I, 16, 6. — *ad* similitudinem (h. e. ad exemplum, exemplo, more), I, 2, 3. — *ad* tempus, I, 6, 2. (Sic, Marcellinus, 14, 10: « *ad* ultimum; » pro postremo, IV, 7, 15: nisi forte *ultimum* pro *morte* ponatur hoc loco.) — *ad* ambitum usque armari, I, 16, 7. — *ad* iniqua pondera gladium addere, I, 13, 17. — *ad* virtutem dolum addere, I, 3, 4; III, 3, 15. *ad* sonum virgae expavescere, I, 26, 3.

Adaequare famam alicuius, II, 2, 14. — urbem flammis, III, 10, 23.

Addere dignitatem, non tam est augere, quam facere, I, 8, 5. (ita Sallustius Cat. 22, 14. de Catone: « huic severitas dignitatem *addiderat* »). — *addere* licentiae scelus, II, 5, 2. — virtuti dolum, I, 3, 4; III, 3, 15.

Addicere, verbum praetoriae iurisdictionis (pro adiudicare), III, 23, 3: (videtur haec coniunxisse Livius, VI, 14, 10: « Ne quem vestrum, Quiri- « tes, donec quidquam in re mea su- « pererit, adiudicatum (sic velim, non, « ut editur, iudicatum) addictumve « duci patiar ». Pro vulgari tamen lectione est Plautus in Nonio: ubi sic legi velim: « Iudicatum adiudicatum « atque addictum »).

Adeo terribilius, II, 6, 1.

Adequitare castris, IV, 10, 4.

Adesse. pro urgere, instare, III, 5, 6. (Hoc sensu Seneca, Epist. 53, 9:

« Domina est, adest et iubet ») — *adesse* precibus alicuius (h. e. patrocinari, sive, ut in l. 6, §. 1, de Postul. exponitur, « advocationem praestare » vel, ut apud Senec. de Brev. vitae, cap. 2, « advocare »), II, 9, 3. — *aderat* puellae forma (h. e. patrocinabatur ei, caussam illius agebat), IV, 2, 56. (Nam adesse dicebantur caussarum patroni, ut in l. 19, §. 1, de Donat.; et apud Tacitum III, 11, 2: « Pisoni, patronos petenti, M. Lepidus, et L. Piso, et Liveneius Regulus, adfuere.» Sic « adesse dolori » Seneca, Consol. ad Helv., cap. 2. Ovid. de Arte, III, 531: «Ius qui profitebitur, adsit.» Vide Liveneium, ad Paneg. Plin. 78, pag. 301.)

Adgubernare, II, 8, 1. — iter (h. e. regere), III, 5, 16.

Adherbal Bomilcaris, II, 6, 19.

Adherbal Numida, III, 1, 4.

Adhuc (pro insuper), I, 13, 17.

Adigere gladium, IV, 2, 46. — *adigere* sacramento (adstringere, obstringere), III, 1, 13. (Valet autem hoc loco, militem facere.)

Adire hereditatem (h. e. pro herede se gerere, ut explicatur in Novel. I, cap. 1, §. 4, vers. in omnibus), II, 20, 3.

Admirabilior, IV, 2, 47. — *admirabilius*, III, 3, 21.

Admittere hostes (h. e. aditum praebere), I, 1, 13.

Admodum (h. e. omnino, non amplius). Sicut apud Iustinum, XVII, 2, 4: « Post menses admodum septem»; et XXIV, 1, 6: « Congregati admodum quingenti ». Sic in Nostro, II, 6, 10: praetextatus *admodum* filius, (h. e. non amplius adhuc quam praetextatus, impubes etiamnum: intendit enim rem haec particula, et admirationem auget.)

Admovere arma, III, 23, 3. — signa commilitonum (h. e. adducere), I, 24, 3. — ubera (pro praebere), I, 1, 3.

Adniti (valde niti. Nam *ad* particula significationem verbi auget, ut videre est ex illis Senecae, Ep. LXXI, 7: « Si virtutem adamaveris, amare « enim parum est »). Sic adnitente regina, I, 6, 2. — *adnixus* ex summo studio, I, 9, 4. — omni modo, I, 18, 15.

Adolescentia populi Romani, Praefat. 6; I, 22, 1.

Adoptare in locum liberorum, I, 9, 5. — servi in bona libertatis nostrae *adoptantur* (h. e. per manumissionem, quasi adoptionem, libertatem consequuntur) III, 20, 1.

Adoptati nomen familiae suae retinent, II, 20, 5.

Adoptio Augusti, IV, 4, 1.

Adorata urbs, II, 4, 46. (Non liquent mihi Gruteri rationes, quas una cum suspicionibus hauddum editis aliena manus abstulit. Putem autem, *adorare urbem* explicari posse, non in conspectum eius modo, sed ita prope accedere, ut et colloqui cum civibus possit. « An sic adoratur penna?» Lucan. IV, 478. Statius, Theb. VI, 664: « adorato redit illa ingloria disco ». Apud Apuleium Metamorph. II et III, « adorare populum » est verba ad populum facere.)

Adorta urbs (quam quis adortus est), II, 4, 46.

Adortus (h. e. aggressus), I, 3, 4; III, 1, 13; IV, 2, 60; IV, 12, 44.

Adremigare, II, 8, 12. — litori, I, 18, 4. — portibus, III, 7, 3.

Adrianum mare, II, 5, 1.

Adriaticum mare, III, 4, 1; III, 6, 9; IV, 2, 31.

Adscendit bellum montes, IV, 12, 4 et 49.

Adversari voluntati alicuius, I, 22, 3.

Adulteratae reliquiae, II, 11, 3. (Adulteratum dicitur, quidquid aliena

specie in deterius mixtum est. Sic *adulterata* moneta numi, rationes, etc., apud ICtos.)

Ædes, pro templo, I, 7, 8.

Ædificator, qui libenter aedificat, I, 8, 4.

ÆDVI, III, 2, 4.

ÆETAS Ponticus, III, 5, 1.

ÆGATES insulae, II, 2, 32.

ÆGEVM mare, II, 16, 1; III, 6, 9.

Æger rerum temere motarum, III, 17, 9. (Sic « aeger consilii » Sallust. H. IV, 3, 17; « aegra animi » Livius, I, 58, 6. Huius generis exempla compluria notat Rhenanus in locutionibus Taciti.) — *aegrae* reipublicae requiescere quomodocumque expedit, III, 23, 4.

ÆGIMVRVS, II, 2, 30.

Ægritudo corporis (pro morbo), IV, 7, 10. — (utitur hac phrasi Curtius III, 5, 10).

Ægyptius triumphus Caesaris, IV, 2, 88. — *Ægyptium* mare, III, 6, 9.

ÆGYPTVS, IV, 2, 6. — *Ægypti* cornua, IV, 11, 9. — fugam in *Ægyptum* agitat Pompeius, IV, 2, 51. — in *Ægypto* bellum cum Caesare, IV, 2, 53.

ÆMILIVS Insubres vincit, II, 4, 3.

ÆMILIVS (Paullus) cos., II, 12, 17. Vid. etiam *Paullus*.

ÆMILIVS (Regillus), II, 8, 12.

Æmulus Caesarianae potentiae Antonius, IV, 3, 2. — *aemula* Romae Alba, I, 3, 9. — *aemularum* metu ablato, luxuriantur urbes, II, 15, 5.

Æmulatio imperii inter Latinos et Romanos, I, 11, 1; I, 11, 1.

Æmulatio inter pares, III, 17, 4. — *aemulatio* metu remoto erumpit, IV, 2, 13.

ÆNEAS, I, 1, 1. — in Italiam venit, I, 1, 9.

ÆQVI, I, 11, 11.

Æquitatis species in seditionibus tribuniciis, III, 13, 2.

Æquo Marte contendere, ut nemo sit superior, IV, 2, 48.

Æquum et bonum, I, 22, 5; III, 14, 3.

Ærarium, III, 9, 5. — reipublicae nervus, III, 13, 1. — sanctum, IV, 2, 21.

Æs Corinthium, II, 16, 6.

ÆSARVS (fl.), III, 5, 17.

Æstimare victoriam modeste, IV. 12, 11.

Æstivae deliciae (pro loco in quem aestate secedimus), I, 11, 7. — huc referenda illa Curtii, V, 8, 1: « Vrbem hanc nunc tenent Parthi: eaque « *aestiva* agentibus sedes est » quod ipsum *aestivare* dicitur Suetonio, Galb. IV, 8; et Vesp. XXIV, 1.)

Æstus Oceani, III, 10, 5. — sic, per translationem *aestus* fortunae, II, 7, 1. — furoris, IV, 2, 64.

Ætas iuvenilis favorabilis, IV, 4, 1 — *aetas* populi Romani prima Praefat. 5; I, 8, 1. — secunda, Praefat. 6; I, 22, 1. — tertia, Praefat. 7; II, 1, 1; II, 19, 2; III, 12, 1. — *aetatis* discrimina in tabulis, I, 6, 3. — *aetate* possidere (h. e. longo tempore), III, 13, 5.

Æthiops in aciem prodeuntibus obvius ferale signum, IV, 7, 7.

Ætnaeus ignis, I, 16, 5.

ÆTOLI, II, 9. — in partibus Pompei, IV, 2, 5.

ÆTOLIA, II, 8, 5.

Affectare Siciliam, II, 2, 3.

Affectator imperii populus, II, 7, 2.

Affectus (pro liberis et uxoribus), I, 13, 12.

Afficere pudendis foederibus II, 18, 2.

Afflat urbem terror regius (h. e. tam prope est, ut quasi spiritu contingere possit), III, 5, 9. (Ad hunc modum videtur dictum illud Virgilii, Georg I, 250: « Nosque ubi primus « equis Oriens afflavit anhelis; » et Æneid. V, 739: « Et me saevus equis

« Oriens afflavit anhelis. » Sic fulmine afflari dicuntur, qui non prorsus feriuntur, sed eius fervore et halitu perstringuntur; apud eumdem, Æn. II, 649; Plin. Paneg. cap. 90; Spartian. Adriano, cap. 14; Ovid. Pont. III, 6, 17. Sic apud Statium, Theb. X, 323: « Afflatusque fugit curru maiore Bo« otes. » Aristides Orat. XIII, pag. 214: « Καίται μισοῦντας μὲν οὖν ἔτι τῆς « πορείας προσέβαλλεν ὥσπερ πνεῦμα « ἀπὸ θαλάττης. » ubi bene interpres usus verbo afflavit. Val. Flaccus: « Vir« que virum galeis afflavit adactis. » Barth. Advers. 1091.)

Affligere humo (pro illidere), IV, 12, 5.

Afflictus (pro perdito, prostrato): sic, afflicti mores, III, 12, 7. —*afflictae* res, II, 6, 31.

Affluunt copiae, III, 20, 6.

Afranius dux Italus, III, 18, 6.

Afranius (L.), cos., IV, 2, 8.— Pompeii legatus, IV, 2, 26.—occiditur, IV, 2, 90.

Africa Romanis cedit, II, 6, 61.— nomini induitur, I, 11, 9. — *Africae* captivitas, II, 6, 8. — in *Africam* fugam agitat Pompeius, IV, 2, 51. — in *Africam* navigatur a Tarento, I, 18, 3. — *Africa* contenti debuerant esse Romani, III, 12, 6.— in *Africa* bellum civile geritur, IV, 2, 6, 30 et 64.

Africanus (ille Magnus), II, 15, 12. Vid. Scipio.

Africum mare, II, 2, 30.

Agamemnon cur vocatus Pompeius, IV, 2, 43.

Ager quem Annibal castris insederat, Romae venditus, II, 6, 47. — *agrorum* divisio bellum concitat, IV, 5, 1. — *agris* dividendis creati triumviri, III, 14, 6. — *agros* a tribunis flagitat populus, III, 12, 8. — *agris* multati hostes, IV, 12, 11.

Agere (pro degere, versari, habitare), I, 2, 1; II, 5, 1; IV, 12, 10.— sic, *agere* extorrem, III, 13, 2. — immunem, I, 23, 2.—(pro administrare), sic *agere* ducem, II, 8, 9. — potestatem, I, 7, 2. — regnum, I, 6, 2. — (ita non semel Tacitus, ut in Indice eius notamus, et Livius, I. 32, 3.) — *agere* (pro abigere, exigere, deturbare), II, 11, 5. — (pro celebrare), sic *agere* censum, I, 8, 6. — conventum, IV, 2, 46. (Sic Iustinus, XII, 13, 3. Cicero forum *agere*, dixit ad Atticum V, 16. — forum indicere Virgilius, Æn. V, 758, ubi et explicat, iura dare). — delectum, III, 10, 22. — triumphum, II, 2, 9. — *agere* (pro pellere), III, 4, 5. — (pro impellere), sic *agere* transversum, IV, 2, 9. — (pro repellere), III, 4, 5. — *agere* equos, I, 7, 3. — naves remis, II, 2, 35. — *agere* (pro efficere), proficere, I, 13, 18. — *agere* gratias, ibid. — funes sub mari, IV, 2, 32.

Agger effectus ex congestis cadaveribus, IX, 2, 85. — *aggere* cinctae civitates obsessae, IV, 2, 28.

Agitare (pro habitare), IV, 12, 46. — (pro cogitare), I, 5, 1. — (pro impellere, instigare) I, 16, 7; II, 12, 2; III, 1, 3; IV, 15, 2; IV, 6, 2. — sic, *agitatus* iniuriis populus, I, 8, 7; (pro quo tamen forte rectius *fatigatus* legeres. Iustinus tamen, XIV, 4, 12: « Hoc ferme modo seditionibus *agi*« *tare* dicit). — *agitatum* sideribus bellum, III, 21, 3. — (pro deliberare), sic, *agitare* extrema deditionis, II, 17, 17. — fugam, IV, 2, 51.— imperium, II, 2, 3. — moenia, I, 1, 5. — secum aliqua IV, 7, 8. — secum de extremis, IV, 2, 85. — (pro movere, concutere), IV, 3, 8, (pro agere), sic, *agitare* otia, luxus, II, 8, 8.

Agmen (pro exercitu), III, 5, 29; III, 21, 6; IV, 2, 62.

Agrariae leges. Vid. *Leges*.

Agricola triumphalis, I, 11, 14.

Agriculturae neglectae caussa, I, 22, 3.

Agrigentum, II, 2, 12.

Agrippa, IV, 12, 51.

Alba, I, 1, 4.

Albanus (pro Albani), I, 3, 6. Vid. *Singularis* pro plurali.

Albanus mons, III, 18, 8.

Albani (Asiae pop.), III, 5, 21 et 28.

Albinius, (L.), I, 13, 12.

Albinovanus, III, 21, 7.

Albinus (A. Postumius), III, 1, 9.

Alexander Macedo, II, 7, 2.

Alexandria, IV, 2, 55.

Alexia (urbs), III, 10, 23.

Algidum (urbs), I, 11, 6.

Alia minari, *alia* irrepere, II, 12, 7.

Alienum bellum, quod non a nobis geritur, III, 6, 2.

Aliquando (pro tandem), IV, 2, 11.

Aliquo (h. e. aliqua in re, aliquatenus, Florus saepe. Salmas. Pall. Tertull. 222, ni forte sic sit in MSS. quos ille viderit.)

Alii ex *aliis* reges prodeunt, III, 5, 22: (vult dicere, quibusdam debellatis, nihilo segnius alios arma movisse.) — *alia* terra, (mutati homines, quaedam quasi proverbialis locutio, de mutatione morum, IV, 12, 27. Sic apud Liv. XXV, 1, 5: « Tanta religio, et ea magna ex parte externa, civitatem incessit, ut aut homines, aut dii repente *alii* viderentur facti »). — *aliud* ex alio captare, III, 17, 2.

Allevari (pro uti, fretum esse, sublevari), IV, 2, 10.

Allia (fl.), I, 13, 7.

Allobroges, III, 2, 4. — in arma solicitantur a Catilinianis, IV, 1, 9.

Alluere dicitur Oceanus aut fluvius terras pone iacentes, IV, 12, 46.

Alpes, I, 13, 5; I, 26, 9. — claustra Italiae, III, 3, 6. — hieme crescunt, III, 10, 22. — transcenduntur ab Annibale, II, 6, 9. — a Romanis III, 2, 3. — *Alpes* Noricae, III, 3, 18; IV, 12, 4.

Alpheus (fluvius), II, 16, 3.

Alpinorum corporum vitia, II, 4, 2.

Altera patria, II, 6, 42. — Roma, III, 5, 15.

Altus animus (pro magno, et, ut Sallustio, Cat. cap. 5, dicitur, vasto), IV, 12. 47. — *altum* (subaudi mare), III, 8, 4; IV, 11, 8. (Sic apud Virgil. Æn. I, 7: « Et terris iactatus et alto ». Altum autem mare est medium, quum longius a terra receditur: ibi enim aquae conglobantur, et in convexi speciem tumescunt: vide Plinium, II, 65.)

Alumna urbis Ostia (h. e. quae alit urbem, nempe commeatibus ex aliis regionibus eo convectis: quod tangit), I, 4, 3; III, 21, 12. (Alumnus enim non is modo dicitur, qui alitur, sed et qui alit; ut eloquentia *alumna licentiae* vocatur apud auctorem de caussis corruptae eloquentiae, cap. 40 et alios, quos citat Becmanus in Originibus linguae Latinae; contrario sensu *alumnus urbis* est apud Tacitum, XII, 11, 3.)

Ambiorix Gallus, III, 10, 7.

Ambitus (pro ambitione), IV, 9, 2; IV, 11, 1. — *ambitus* ducum in retinendis imperiis, IV, 2, 43. — *ambitus* honorum (quum magistratus illicitis mediis, ut pecunia aliisque lenociniis, ambiuntur), III. 12, 11. — (Hoc sensu), *ambitus* rei, III, 17, 5. — usque ad *ambitum* armati Samnites (h. e. ambitiose, ut non usum magis armorum respicerent, quam ornamenta), I, 16, 7. (Quo fere sensu « ambitiosas copias » dixit Ammianus, XXIV, 19, ita magnas, ut ad ostentationem potius, quam usum, comparatae fuisse videantur.)

Ambracia, II, 9, 2.

Ambracius sinus, IV, 11, 4.

Amicitia (pro foedere), IV, 10, 1.

Amicti vitibus montes, I, 16, 5. (Sic alii terram vestitam vitibus, gramine, etc., dicunt. Vide Taubmannum ad

Virg. Georg. II, 38; Corippus, lib. IV: « Et amictae vitibus ulmi»).

Amissa quasi rapta repetimus, III, 5, 13.

Amoenitate Asiatica mollita Gallorum feritas, II, 11, 5.

Amor immaturus (h. e. intempestivus), I, 3, 5.

Ample sonare (amplum et magnum nomen habere), IV, 2, 65. — *amplius* (h. e. plus, magis.) Sic, amplius audere quam congredi, I, 14, 1. — *amplius* suspicari aliquem quam sit, I, 18, 8. — nihil *amplius* quam (h. e. tantum. Sic, Sueton. Claud. cap. 16; Galba, cap. 19; Tito, cap. 9; Tacitus, XIII, 40, 6).

Amplexus amicorum, IV, 2, 71.

Amplius (h. e. maius. Sic, amplius bellum), II, 7, 3. — nefas, IV, 1, 4.

Amputare sarcinas (h. e. adimere), II, 18, 10. (Idem fecit Alexander, apud Curtium. VI, 6, 14).

Amulius, I, 1, 4.

An. dubium *an*. Vide *Dubium*.

Ana (fl.), III, 22, 7.

Anceps acies, III, 22, 5. — bellum, IV, 2, 26. — contentio, I, 3, 4. — praelium, IV, 2, 78.

Ancharius, III, 21, 16.

Ancilia. I, 2, 3.

Ancus Marcius, I, 4.

Andriscus, II, 14, 3.

Anguis Lernaeus, I, 18, 19. — *angues*, obtrito capite, postremum cauda minantur, III, 5, 24.

Angulus Bruttius, III, 20, 13. — Italiae ultimus, II, 6, 51.

Anicius praetor, II, 13.

Anima imperii imperator, IV, 3, 6. — *animae* immortalitas, IV, 2, 71. — *anima* amissa corpore locum tegere, IV, 1, 12.

Animadvertere (pro punire), IV, 1, 10. — in aliquem, III, 21, 23.

Animalia quaedam aquam et terram incolunt, III, 6, 6.

Animosior cladibus Samnitium gens, I, 16, 7.

Animus Mithridatis malis auctus, III, 5, 20. — *animo* praesagire aliquid (h. e. mente praevidere), I, 4, 3. — *animi* ferarum Insubribus, II, 4, 1. — *animi* mobiles facinore obligantur, I, 9, 1. — *animus* (pro prudentis, recto consilio), II, 17, 3. — (Sic mens est apud Livium XXVI, 11, 4, pro fiducia, audacia). — *animum* nostrum in sociis perdimus, IV, 2, 29; IV, 7, 14. — *animi* (pro spiritu, superbia): sic, tantum *animorum*, III, 16, 1. — *animos* tollere utrumque significat, et audaciam alteri facere, ut, I, 3, 7. (Apud Virg. Æn. IX, 127, et X, 278); et ipsum capere, ut, I, 11, 1, et apud Livium, I, 32, 3; quod, IV, 9, 3, *animos* erigere dixit, et III, 5, 3, *animis* ingentibus efferri.

Annales. I, 10, 3; I, 12, 11.

Anni bellorum Annibalis, Pyrrhi, Mithridatis, III, 5, 2.

Annibal, II, 6. — vincitur ab Æmilio, II, 8, 12. — a Scipione, II, 6, 61. — foedus cum Philippo percutit, II, 7, 1. — Romanis hostem toto orbe quaerit, II, 8, 5. — cum iis XVII annis bellavit, III, 5, 2. — minus vastavit Italiam, quam socii, III, 18, 11; III, 21, 21. — non videtur optasse quod Catilina, IV, 1, 1.

Annius, III, 16, 1.

Anniversarii Romanorum hostes Veientes, I, 12, 1. (H. e. qui singulis annis, velut stato tempore, eos lacesserent. Sic apud Livium, IV, 45, 4: « Æquorum iam velut anniversariis « armis assueverat civitas »).

Annonae pignora, IV, 2, 22.

Annua coeli conversio, IV, 3, 8.

Annus a Numa in menses descriptus, I, 2. 2. — *anni* sancti, pii, aurei, III, 12, 2. — per *annos* ducentos in Hispania dimicatum, II, 17, 5. — *annis* L cum Samnitibus bellatum, I, 16, 8.

— *annis* CC Africa, Europa, etc., a Romanis subactae, II, 1, 2.

Anquirere (pro de re aliqua inquirere), IV, 12, 12. (Etiam extra iudicium.)

Anser Capitolium servat, I, 13, 15.

Ante ducis imperium signa canunt (h. e. priusquam dux id imperaret), IV, 2, 66. — *ante* finitum bellum, quam geri nuntiaretur, II, 13, 2. — *ante* in media Gallia fuit Caesar, quam ab ultima timeretur, III, 10, 22. — *ante* victus hostis, quam visus, IV, 2, 63.

Antecellere (praevalere, plus posse), I, 13, 12.

Antecessus: in *antecessum* praedam dividere, IV, 12, 24. — sibi parentare, III, 21, 20, (h. e. ante iustum tempus.)

Antiochus (Magnus), II, 8.

Antistius, IV, 12, 51.

Antium (urbs), I, 11, 10.

Antonius Pompei legatus III, 7, 6.

Antonius (C.) cos. cum Cicerone, IV, 1, 5.

Antonius (C.) triumviri frater, IV, 2, 31.

Antonius (L.) triumviri frater, IV, 5, 2.

Antonius (M.) triumviri avus, III, 21, 11.

Antonius (M.) triumviri pater, III, 7, 2.

Antonius (M.), IV, 2, 37. — cos, IV, 3, 7. — insignia regni offert Caesari, IV, 2, 91. — fax et turbo saeculi, IV, 3, 2. — gravis reip, IV, 6, 1. — avunculum proscribit, IV, 6, 4. — scopulus securitatis publicae, IV, 9, 1. — bello Mutinensi vincitur, IV, 4. — proficiscitur contra Cassium et Brutum, IV, 7, 5. — vincitur a Parthis, IV, 10. — ab Augusto, IV, 11. — semet interficit, IV, 11, 9. — *Antonii* metus et ignavia, IV, 7, 10. — ingenium pessimum, IV, 5, 2.

Anuli, I, 5, 6. — senatorum, II, 6, 24. — *anulorum* modii Carthaginem missi II, 6, 18. — *anulos* in mare abiicit Sex. Pompeius, IV, 8, 5.

Apenninus mons, III, 20, 10.

Aperire (h. e. viam facere), sic, aperire Europam, III, 5, 8. — Italiam, II, 6, 4. (Ita Curtius, VII, 1, 3; « primus Asiam aperuerat regi » et V, 3, 22: « Mari quoque novum iter aperue« rat). — *aperire* iter ad victoriam, I, 11, 4. — qua maris nostri limen *aperitur* (h. e. ubi incipit mare), III, 6, 9. (Sic, aperta Oceani dicit Tacitus, II, 23, 5, pro medio mari.)

Apes in signis, malum omen, II, 6, 14; IV, 2, 45.

Apollo Cumanus, II, 8, 3. — Pythius, I, 12, 10.

Apparatus conviviorum magnificus, III, 12, 12.

Appiani nomine falsa forte scripta circumferuntur, IV, 10, 4.

Appius (Claudius Cæcus), I, 18, 20.

Appius (Claudius) militibus suis invisus, I, 22, 2.

Appius (Claudius decemvir), I, 24, 2.

Appius (Claudius Caudex) cos. primus in Siciliam cum classe traiicit, II, 2, 5.

Appius (aliis P. Claudius) cos. vincitur a Pœnis, II, 2, 29.

Appius (Claudius Pulcher) cos., Præf. 6. — Capuam obsidet, II, 6, 43.

Appius (Claudius Pulcher) Histros vincit, II, 10, 2.

Appius (Claudius) Thraces vincit, III, 4, 6.

Applicare (pro appellere), IV, 2, 51.

Approbare se (h. e. probum se ostendere), I, 18, 16. — sic, approbare caussam belli, II, 11, 2. (Latro apud Senecam, controv. V, 32; in Divis: « Mores tuos patri debes « approbare ; » Tacitus. I, 75, 6 : « Probare caussam senatui iussit. »)

Clypea, II, 2, 19. (Sic apud Liv. de Ætolis, XXXIV, 24, 2: « Si in media « Peloponneso arcem sibi fecerint »; sic, « arx spei » apud eumdem, VII, 34, 3.)

Ascvlvm, III, 18, 9. — evertitur, III, 18, 14.

Asdrvbal Carthaginensium dux ultimus, II, 15, 16.

Asdrvbal frater Annibalis, II, 6, 19. — vincitur a Scipionibus, II, 17, 6.

Asia, III, 5, 6. — a Pompeio perdomita, III, 5, 31; III, 10, 1. — provincia Crassi, IV, 2, 12.

Asiatica amoenitas, II, 11, 4. — hereditas Attali regia, III, 12, 3. — Romanos corrumpit, III, 12, 7. — *Asiaticum* mare, III, 6, 10.

Asinivs Pollio, IV, 12, 11.

Asserere (pro defendere, vindicare, liberare), sic, *asserti* a Latinis Tarquinii), I, 11, 1. — a Manlio urbs, I, 13, 19. — ab Appuleio leges Gracchanae, III, 16, 1. — atque Livio Druso, III, 17, 1. — a Licinio Crasso pudor Romanus, III, 20, 12. — sie, asserere socios, II, 18, 6. — imperium, III, 3, 19. — Senatum, III, 17, 4. (Sic assertores dicuntur Suet. Caes. cap. 80, liberatores populi, vindices libertatis.)

Assuescere (pro assuefacere), IV, 12, 43. — (*Suescere* hoc modo usurpat Tacitus, II, 52, 4).

Assuetus (cum ablativo), I, 1, 7; IV, 12, 17. (Sic, assuetus immoderata licentia militari. Iustinus, XXXI, 1, 8).

Astringere obsidibus, IV, 12, 52.

Astrudes palus, II, 12, 5.

Astvra (fl.), IV, 12, 54.

Astures, IV, 12, 46. — vincuntur a Carisio, IV, 12, 54.

Assumere in decus gentis (pro adsciscere in nomen gentis, adoptare), II, 15, 12. (In decus enim gentis, hic interpretor, non, ut esset decus gentis, sed ut frueretur decore, honore, gloria huius familiae).

Assurgere in ultionem (h. e. capessere ultionem, accingi ultioni), III, 1, 10. (Alibi dicit *consurgere*, cuius contrarium est *sedere*, h. e. otiosum esse, quiescere, apud Senec. in Troad. vers. 214; Varronem, de re rustica, I, 2; Liv. II, 12, 1; Iuven. X, 93; Senec. de Otio sap. XXXI, 4).

Asylum Romuli, I, 1, 9.

Atra imago Bruto se offert, IV, 7, 8.

Atesis (fl.), III, 3, 12.

Athenae, III, 5, 8.

Athenio, III, 19, 9.

Atquin (pro atqui), IV, 2, 53.

Attalvs Pergamenus, II, 7, 8.

Attalvs prioris nepos, II, 20, 2; III, 12, 3. — *Attali* hereditas. (vide voc. *hereditas*).

Atterere hostem (sensim debilitare, et consumere), III, 22, 5. (Sic, *atterere* patrimonium, est Suet. Aug. XL, 2).

Atteri operibus, II, 18, 10.

Attici, II, 9, 3.

Attilivs (M. Regulus), II, 2, 17.

Attivs Navius, I, 5, 2.

Attonitus, II, 12, 13. (Explicat vim huius verbi Seneca, Nat. Quaest. II, 27: « Quo (tonitru) edito concidunt « homines et exanimantur : quidam « vero vivi stupent, et in totum sibi « excidunt, quos vocamus attonitos, « quorum mentes sonus ille celestis « loco pepulit ». Ovidius de Ponto, I, 7, 12: « Nam fuit attonito mens mibi « nulla diu »).

Attrectare terminos alienos, III, 5, 3.

Auctiores opes, IV, 2, 10.

Auctor belli (pro suasore), IV, 2, 60; I, 9, 1. — (Pro caussa): sic, auctor cladis, II, 6, 7. — pro eo qui aliquid dicit, narrat, I, 16, 12.

Auctoritas Menenii, I, 23, 1. — Senatus, I, 1, 15. (minus est, quam potestas. Curtius, VI, 8, 25: « Nihil po« testas regum valebat, nisi prius va« luisset auctoritas » h. e. persuadere

scitur, II, 9, 3. — in *auxilium* mittere, I, 3, 6.

Avxima (urbs). III. 22, 9.

Avaricvm (urbs), III, 10, 23.

Avaritia Romana, III, 5, 18. — Rom. equitum, III, 12, 9.

Aves sanguine assuetae (h. e. vultures), I, 1, 7.

Aves victoriam promittunt, IV, 7, 9.

Aventinvs mons, I, 1, 6; I, 21, 3; III, 15, 5.

Baculum, IV, 11, 3; — et *Baculus* (pro sceptro, gestamine regio), III, 19, 10.

Bæbivs (M. Tamphilus) Ligures vincit, II, 3, 5.

Bæbivs (M.) (Appiano Βέβιος), uncis trahitur, III, 21, 15.

Bæbivs ritu ferarum inter manus laceratus, III, 21, 26.

Bagrada (fl.), IV, 2, 70. (alibi est Bragada).

Baiæ (urbs), I, 16, 4; II, 6, 22.

Baleares (unde dicti, III, 8, in notis, *Baleares insulae*), III, 22, 2. — vincuntur, III, 8.

Balearicum bellum, III, 8. — fretum, III, 6, 9.

Balearicus (Metelli cognomen a victis Balearibus), III, 8, 1.

Balsami silvae; III, 5, 29.

Baltea non solvere, votum, II, 4, 3.

Balteum: in *baltei* latebris aquilam abscondit signifer, IV, 12, 38.

Barbari barbarorum Mysi, IV, 12, 13. — *barbari* iure non agunt, I, 13, 6. — *barbaris* solita temeritas, IV, 12, 54. — *barbari* Romani, I, 2, 4. (Barbari erant Graecis omnes aliae gentes, etiam moribus legibusque cultissimae. Vide Strabonem fine lib. I, et med. lib. XIV. Cato apud Plinium, XXIX, 1. Nos quoque Graeci barbaros dictitant.)

Barbaries Sarmatarum, IV, 12, 20.

Basilvs, IV, 2, 32.

Belgæ, III, 10, 4.

Belgica, urbs, IV, 12, 49.

Bellatrix Hispania, II, 6, 38.

Belli caussae. Vide *C.*

Bellica nomina (h. e. bello quaesita), III, 8, 1.

Bellua (pro elephante), I, 18, 10. (Vide Ind. Curt.).

Bellum Latinum, Gallicum (et similia, vide suis quaeque locis). *Bellum* hereditarium: (quod a vivente conflatum, post mortem eius, velut hereditate relictum, geritur), III, 17, 2. — hostile (quod opponitur civili), III, 22, 1. — navale, I, 11, 10; III, 10, 5. — privatum (quod privatis copiis geritur), I, 12, 1. — plusquam *bellum*, IV, 2, 4. — *bellum* ante finitum, quam geri nunciaretur, II, 13, 2. — *bellum* adscendit montes, IV, 12, 4 et 49. — erescit, IV, 2, 66. — navigat, II, 2, 17. (Sic Cicero pro lege Manilia, cap. 12: « Quam celeriter Cn. Pompeio duce « belli impetus navigavit? » Salvianus, lib. VI, pag. 196: « Navigare « per fluctus bella coeperunt). — serpit in proximos, II, 9, 4. — *belli* ars, I, 3, 2. — contagium, I, 9, 8; I, 15, 1; II, 13, 1; II, 18, 5. — fons, III, 6, 12. — impetus, III, 5, 6. — incendia, II, 17, 2; III, 5, 13. — ruina, II, 11, 1; II, 12, 1. — spectaculum, I, 11, 4; I, 18, 8. — subita, I, 1, 15. — turbo, vide *T.* — *belli* metu in bellum incidere, IV, 2, 23. — *bello* venienti occurrere, IV, 11, 4. — *bellum* committere, profligare, conficere (quid differant), II, 15, 2. — in compendium mittere, I, 3, 3. — patrare (h. e. con-

CAD

CÆL

cælum ipsum adscendere gloria, II, 19, 3. (Sic, Daphnis Virgilianus usque ad sidera notus, Ecl. V, 43). — *cælo* missa hasta, II, 17, 14. — a *cælo* venientes hostes, II, 12, 4. — mensis in *cælo*, IV, 2, 91. — *cælum* (pro temperie, aëre), sic, cælum atrox, III, 2, 2. — molle, I, 16, 4; IV, 12, 27. — *cœli* solique clementia robur elanguet, III, 3, 13. — *cæli* subita mutatio (pro pestilentia), IV, 10, 9. — ab alio venire *cælo*, IV, 12, 62.

Cælum aureum, III, 5, 30.

Cælestes minæ (h. e. prodigia in cælo visa), II, 8, 3.

Cæninenses, I, 1, 11.

Cæpio (Q. Servilius) vincitur a Cimbris, III, 3, 4.

Cæpio (Q. Servilius) vincitur a sociis, III, 18, 12.

Cæpio Pompeii legatus, III, 6, 10.

Caerimoniae deorum, 1, 2, 2. — Syriae deae, III, 19, 4.

Cæsar (C. Iulius), III, 12, 13. — vincit Britannos, III, 10, 16. — Gallos, III, 10, 2, et 20. — Germanos, III, 10, 10. — Pompeium, IV, 2, 47. — Ægyptios, IV, 2, 60. — Pharnacem, IV, 2, 63. — Scipionem et Iubam, IV, 2, 67. — Pompeii filium, IV, 2, 78. — Rhenum bis traiecit, III, 10, 15; IV, 12, 22. — triumphat, IV, 2, 88. — occiditur, IV, 2, 95. — quasi Tarquinius regno depulsus, IV, 7, 1. — *Caesaris* animus et eloquentia, IV, 2, 10. — sententia de Catilinae sociis, IV, 1, 10. — cum Pompeio et Crasso triumviratus, IV, 2, 10. — vox ad gubernatorem, IV, 2, 37. — ad milites, IV, 2, 50.

Cæsar (Octavianus). Vide *Augustus*.

Cæsar (L. Iulius) cos., III, 18, 4. — vincitur a sociis, III, 18, 12.

Cæsar (L.) avunculus Antonii proscribitur, IV, 6, 4.

Cæsar: ad *Caesares* imperium Romanum transfert fortuna, IV, 3, 7.

Cæsares (C. et L) fratres occiduntur, III, 21, 14.

Cæsares (C. et L) Augusti nepotes, IV, 12, 42.

Caeterum (pro sed), II, 18, 18; III, 5, 8. (sic Tacito, I, 44, 6, etc.).

Caieta, portus, I, 16, 4.

Calabria, I, 18, 2.

Calagvris, urbs, III, 22, 9.

Calamitas augetur ludibrio, III, 20, 2. — in experimentum illata divinitus, I, 13, 3. — *calamitatibus* magnitudo virtutis approbatur, I, 13, 8; II, 2, 22.

Calatinvs (A. Attilius), dictator, II, 2, 12. (A Calatia, quae hodie *Galazzo*, Sueyro in versione Velleii).

Calendis Ianuariis consulatus initus, III, 21, 17.

Calidonius saltus, I, 17, 3. — *Calidoniae* silvae, III, 10, 18.

Calliditas Thracum, III, 4, 3.

Callidus (pro prudente, solerte), I, 3, 7; IV, 2, 84. Sic apud Sallust. de Rep. II, 1: « Neque de futuro quisquam satis callidus, satisque prudens ait ». Et ibidem, 61: « Magis malus, quam callidus, ingenio. » Et etiam 72: « Patres consilio valere decet: populo supervacanea est calliditas. » — *callidum* genus Aquitani, III, 10, 6. — *callidissimus* rex Iugurtha, III, 1, 2.

Calones ab exercitu remoti, II, 18, 10.

Calor militum in praeliando, III, 10, 13.

Calpvrnivs Bestia cos., III, 1, 7.

Calpvrnivs Flamma, II, 2, 13. (Eius historiam ita scribi velim: occupavit: adeoque moratus hostem, dum exercitus omnis evaderet, pulcherrimo exitu, etc.)

Camerinenses, II, 2, 13.

Camillvs (M. Furius), I, 22, 4.

— Gallos caedit, I, 13, 17. — eius factum egregium, I, 12, 5.

Campani, I, 16, 2.

Campania, I, 16, 3. —occupatur ab Annibale, II, 6, 21 et 29.—contra urbem consurgit, III, 18, 5.—vastatur a gladiatoribus, III, 19, 5.—a Lamponio et Telesino, III, 21, 22.

Campus Martius, I, 9, 1. — Raudius, III, 3, 14. — *campi* Arusini, I, 18, 11. — Philippici, IV, 2, 43.

Canere dicunt poetae, II, 19, 8. — praecones, II, 7, 14. (Clamare vocat Plautus, prol. Poenuli, signa: « forte quia tubae et litui, quibus ca» nitur classicum, ad signa erant ». Vide Lipsium de M. R. IV, 3). Sic, cecinerunt signa, III, 18, 10; IV, 2, 66. — (ita finit epigramma Augusti, quod solum superest: « signa » canant. » Virg. Æn. X, 310: « si» gna canunt.... » Livius, VII, 40, 9: » Isthinc signa canent »).

Cannae, II, 6, 15. — Annibalis Capua, II, 6, 21.

Cannensis dies, IV, 12, 35.

Cantabri, IV, 12, 46.

Cantabria, IV, 12, 48.

Cantus modulatissimus, II, 7, 15.

Canvleivs (C.) Trib. pl. I, 25.

Capere (pro occupare, sic, capere castra), I, 11, 12.—classem, I, 11, 10. —locum, IV, 1, 12.—oppidum, I, 11, 9. (Pro comprehendendae continendaeque rei sufficere, ita non capere fidem alicuius rei, vix posse credere), I, 9 3; (quomodo Livius, IX, 9, 15: « Somnio laetiore quam quod mentes » eorum capere possent». Appuleius, lib. XI: «Animo meo tam repentinum, » tamque magnum, non capiente gau» dium ». Marcellinus, XVII, 2: « vix » indignationem capientibus animis»). —quasi fortuna tanti imperii non *caperet* duos, IV, 2, 14, (h. e. quasi non sufficeret duobus).—*capere* impetus, recursus (pro facere, peragere), IV, 11, 6.—*ceperat* (pro cepisset), IV, 2, 20.

Capitolivm sedes Iovis, I, 13, 3; III, 21, 16.—perfugium seditiosorum (ut Appuleii), III, 16,5.—Gracchorum, III, 14, 7; III, 15, 4.—Marianorum, III, 21, 7.—percussorum Caesaris, IV, 7, 2. —servorum, III, 19, 2.—dictum a capite Toli, I, 7, 8. (Sic apud Strabonem, lib. VIII, pag. 260: « Locus est ab Eu» rysthei capite, Εὐρυσθέως κεφαλή »).

Cappadocia, III, 5, 12.—acquisita, III, 12, 4.—in partibus Pompeii, IV, 2, 5.—*Cappadociae* nives, IV, 10, 9.

Capreae palus, I, 1, 16. — *Capra* et *Caprea* idem, I, 1, 16.

Capsa (urbs), III, 1, 14.

Captare (per illecebras aliasve artes aliquid venari, seu petere), IV, 2, 61. —*captare* aliud ex alio, III, 17, 2.

Captivitas Africae, II, 6, 8.— *captivitatis* sensus elephantia, I, 18, 28.

Captivus Oceanus, IV, 2, 88. — *captivi* sine pretio restituti, I, 18, 15. (Sic astutus ille Annibal socios Rom. captos dimisit, ut sibi civitates suas populosque conciliarent; quod et postea in Hispania imitatus est Scipio, et Nicomedes, victo Mithridate).—*captivos* ex praeda eligunt Sicambri, IV, 12, 24.

Captus ponte, quasi iugo, Rhenus, III, 10, 15.

Capva (urbs), I, 16, 6; III, 20, 3; III, 21, 19.—Annibalis Cannae, II, 6, 21. —recipitur a Romanis, II, 6, 42.—*Capuae* opes, II, 18, 1.

Caput Antonii in Marii mensis expositum, III, 21, 14. — Asdrubalis, ante Annibalis castra proiectum, II, 6, 53. — Ciceronis, in rostris positum, IV, 6, 5. —Crassi ad regem Parthorum relatum, III, 11, 11. — C. Gracchi, percussoribus auro pensatum, III, 15, 6. — humanum, in fundamentis Capitolii inventum, I, 7, 18. — Pacori, circumlatum, IV, 9, 7. (Exempla similia vide apud Elmacin. p. 256, 262 et passim; Appian. in XII, pag.

101, 105; Hist. Arab. Toletani, cap. XVIII, cap. XXXV; Ioseph. XIII, 8; Pausan. pag. 128, L. Item de capite Maxentii in Zosimo, lib. XI; Avidii Cassii, apud Vulcat. Gallic. cap. VIII). — *caput* auferendum praebet Cassius, IV, 7, 13. (« Fortassis ne in agnitum « cadaver contumeliosius consuleretur: « qua mente Antonius etiam Rhamnum « libertum iuramento adegit, ut ad pri- « mum iussum suum caput sibi adime- « ret. Apud Appian. in Parth. pag. « 167 ». Adde Othonis exemplum, apud Tacit. H. II, 49, 8).—*caput* manu tangens, speciem diadema poscentis praebet, III, 14,7.—circa *caput* Servii flamma visa, I, 6, 2. — *capite* velato Manibus se devovet Decius, I, 14, 2. — *capite* obtrito cauda minantur angues, III, 5, 24. — *capita* hostium ad imperatorem relata, aut alias circumlata, IV, 9, 7.—proscriptorum pro rostris exposita, III, 21, 14; IV, 6, 5. — in *capitum* ossibus bibere, III, 4, 2. (De inimicissimorum capitibus hoc faciunt Scythae; ut quisque illud quod est infra supercilia recisum, prorsus excutiat: et crudo tantum bovis corio, si pauper sit; sin dives, non modo exterius inducat bovino corio, verum etiam interius inauret, et sic uterque pro poculo utatur. Herodotus, IV, 65. « Sic capite « Nicephori potitus, os cranii nuda- « tum, argento Crumus inclusit, ius- « sitque principes Bulgarorum ex eo « bibere. » Cedrenus, pag. 396. Exemplum Stoslai, quod et IV, 9, 7, posuimus, paullo aliter recenset Camerarius Subcisiv. II, 50.

Capite censi, III, 1, 13. (Hi quod infimae sortis essent, *capite censos* ex eo vocat omnes homines Arnobius, lib. II, pag. 80, quod nempe ad divinam naturam, ut ordines primos collati, nihil omnino valeant, et vilissimi sint).

Caput: (pro eo quod eminet, principem locum tenet; sic inter urbes est metropolis, ut) *caput* Achaiae Corinthus, II, 16, 1. — Armeniae Artaxata, III, 5, 27. — Campaniae Capua, I, 16, 6 — Latii Alba, I, 1, 4. — Numidiae Zama, Thala, etc., III, 1, 11. — Picentium Asculum, I, 19, 2. — Siciliae Syracusae, II, 2, 33. — terrarum Roma, I, 7, 8. (Idem est dicere caput gentis, ut II, 13, 2). — *caput* belli (pro loco unde bellum incoepit, et instauratur), I, 18, 1; II, 2, 21; III, 10, 23. (Plurima hoc genus exempla occurrunt passim apud auctores.) — *caput* (pro vita, sic, devotum Manibus caput Decii), I, 17, 7. — *capita* papaverum (pro illorum calycibus, quod formam capitis et situ et rotunditate referant), I, 7, 7. (Quamvis et aliis in rebus caput pro extremitate rei ponatur; ut « capita arborum » Caesar de Bell. Civ. II, 9; « capita tignorum » Seneca Troad. « caput vitis » Columella, III, 10; « molis » Curtius, IV, 2; 23; « ca- « pita loramentorum » Iustinus, XI, 7, 16.)

Caralia (urbs), II, 2, 16. — (Quae et Caralis, II, 6, 35).

Carbo, Lucanos vincit, III, 18, 13.

Carbo (Cn. Papirius), Marianarum partium dux, III, 21, 13. — cos. III, 21, 20. — occiditur, III, 21, 26.

Carceris supplicium, II, 2 25. — in *carcere* strangulati Catilinae socii IV, 1, 10.

Cardo (Iustinus, XLII, 3, 2, plagam caeli vocat), IV, 12, 4.

Casisius, IV, 12, 55.

Carnutes, III, 10, 20.

Carnis usus ignotus Cimbris, III, 3, 13. — *Carne* semicruda vescuntur Numantini, II, 18, 12.

Carpentum Bituiti argenteum, III, 2, 5. — *Carpento* vecta Tullia, I, 7, 3. — *Carpenta* Britannorum, III, 10, 17. — Cimbrorum, III, 3, 16. — Gallorum I, 18, 26.

patefacit, IV, 1, 5. — *Ciceronis* caput in rostris expositum, IV, 6, 5.

Cilicia, III, 11, 10. — acquisita, III, 12, 4. — in partibus Pompeii, IV, 2, 5.

Cilix servus bellum concitat, III, 19, 9. — *Cilices* piratae, III, 6, 1. — exstincti a Pompeio, IV, 8, 2. — *Cilices* Pompeiani actis sub mari funibus, ratem hostilem capiunt, IV, 2, 32.

Cimbri, III, 3, 1. — caeduntur a Mario, III, 3, 14. — *Cimbrorum* uxores et earum ferocia, III, 3, 16.

Ciminius saltus, I, 17, 3.

Cinis: de *Cineribus* obrutis subita flamma, II, 15, 15.

Cingula equorum, II, 18, 14.

Cinna (Cornelius) cos., III, 21, 9.

Cinnana rabies, IV, 2, 2.

Circa obsidiones urbium discursum, IV, 2, 77. — *circa* unum montem VI mensibus pendent Galli, I, 13, 15.

Circumacta fortuna (pro versa, mutata), II, 2, 22.

Circumagere legiones (reducere), III, 21, 6. (alibi convertere signa).

Circumferre arma, Praefat. 2; III, 12, 1. Tacitus, I, 56, 9, huc illuc ferre arma; et XIII, 37, 2, circumferre bellum dicit. Noster *circumferre signa*, III, 5, 29; — ita terrorem nominis, II, 2, 21; quomodo iterum Tacitus, II, 52, 4. — *circumferre* sanguinem, IV, 1, 4.

Circumfundere (pro circumdare, circumcingere) ita circumfusi equitatus, III, 11, 8. — exercitus, IV, 2, 33. — *circumfusa* rostra, III, 6, 13. Sic apud Livium, II, 65, 4: « circumfusi « ducibus equites »; et apud Tacit. III, 5, 3: « circumfusae lecto imagines ». Nihil igitur mutandum erat Loccenio in illis Curtii, IV, 13, 6: « tantam « multitudinem circumfundi paucio- « ribus posse »: ubi et sequentia hanc lectionem postulant. Vtitur idem auctor hoc significatu, III, 9, 12. Sic apud Iustinum, IV, 4, 5: « Circumdate munitiones ». Quod pluribus exemplis firmat Berneccerus in omissis ad eum locum ».

Cirta (urbs), III, 1, 15. (Augustin: ep. CXXX).

Cisalpinus, IV, 4, 3.

Citare ad tribunal, IV, 12, 34.

Citerior Hispania (h. e. propior nobis), IV, 2, 29. — Oceanus, IV, 12, 46.

Cito, quam vere, triumphare malle, non expedit, III, 5, 11.

Citra spem, III, 1, 2.

Cives urbem faciunt, non aedificia, I, 1, 9. Adde orationem Pompeii apud Appianum, Civil. II, pag. 459. Alcaeo primitus tribuit dictum hoc Aristides, tom. III, orat. 2. — *civium* favori velificari, I, 9, 5.

Civicus furor, IV, 2, 72. — *civica* rabies, III, 21, 5. Pro bellis civilibus; ita Horatius, Od. III, 24: « et rabiem « tollere civicam ».

Civilis conspiratio (h. e. cum civibus inita), IV, 1, 9. — insania (pro bello civ.), III, 21, 18. — *civile* tantum bellum non recte dicitur Caes. et Pompei, IV, 2, 4. — *civiles* discordias hostes laeti accipiunt, IV, 9, 3. — ex *civilibus* bellis non triumphatum, III, 22, 10. — in *civilibus* bellis non temere pace contenti victores, III, 23, 7.

Civitas (pro iure civitatis), III, 12, 9. — *civitatis* ius poscunt Latini, I, 14, 1. — Socii, III, 18, 3. — *civitatem* beneficio alicuius nacti, nomen eius accipiebant, III, 21, 16. Talis M. Claudius apud Liv. III, 44, 6.

Clades foeda, II, 2, 23. — idonea (h. e. non modica), I, 12, 1, — illustris (pro nota, memorabili), I, 16, 9. — *clades* rerum, IV, 2, 16. — *clades* domus (pro exitio familiae), I, 9, 5. — *clade* maior Marius, III, 21, 10. Ita, cladibus animosior Samnitum gens, I, 16, 7. — *cladium* atrocitas, II, 6, 1.

Clamor in pecudum morem sublatus, III, 8, 6.

Clangor anseris, I, 13, 15. — *clangore* (scil. tubarum) consternati elephanti, IV, 2, 67.

Clarissimi principes exsulatione multati, I, 22, 3.

Classici (subaudi milites, qui in navibus sunt).

Classicum (signum ineundi certaminis datum), III, 23, 5; IV, 2, 46.

Classis Caesaris, naufragio castigata, III, 10, 17. — Carthaginiensium incensa, II, 15, 7. — *classis* cremata, ne incenderetur, II, 12, 6. — triumphans, II, 7, 6. — sex rostratarum, I, 11, 10. — gravis et Martia, III, 6, 4. — *classes* naufragio caesae, IV, 2, 75. — celeriter comparatae, II, 2, 7. — *classes* Drusi ad Bonnam et Gesoniam, IV, 12, 26.

Clavdivs Drusus (Nero, privignus Augusti), IV, 12, 4. — Germanos vincit, IV, 12, 23. — moritur, IV, 12, 28. — ex provincia cognomen accipit (Germanici), ib.

Clavdivs Nero (C.) debellat Asdrubalem, II, 6, 50.

Clavdivs Vnimanus praetor vincitur a Viriato, II, 17, 16.

Claustra (pro angustiis, per quas in regionem aliquam iter est): sic, claustra Africae, IV, 2, 70. — Alpium, IV, 12, 6. — Italiae, III, 3, 6. — Macedoniae, II, 7, 10. — portus, IV, 2, 20.

Clementia Caesaris, IV, 2, 90. — eam vincit invidia, IV, 2, 92. — *clementia* soli, caeli (pro miti temperie), III, 3, 13.

Cleopatra Ægyptia, IV, 2, 56. — amica Antonii, IV, 3, 4. — vincitur et perit, IV, 11.

Cliens Vrbis Ostia, III, 21, 12.

Clientela (pro tutela), III, 1, 3. Sic explicat Livius, XXV, 29, 5.

Clipeis obruta virgo, I, 1, 12. — *clipei* ex viminibus, III, 20, 6.

Clodivs (P.), trib. pl. III, 9, 3.

Clodivs Glaber vincitur a Spartaco, III, 20, 4.

Cloelia, I, 10, 7.

Cludere, (pro claudere), IV, 12, 64; III, 20, 13.

Clvsivm (urbs), I, 13, 6.

Clypea (urbs), II, 2, 19.

Cnossvs (urbs), III, 7, 4.

Cocles, I, 10, 4.

Coelum. Vide *Caelum*.

Coenum dividere, III, 17, 6.

Cogitare Orientem, Xerxem, Darium (h. e. haec omnia in animo habere et perpendere, quid virium habeant, habuerintve), II, 8, 2.

Cognomen ex moribus, I, 7, 1. — ex provincia IV, 12, 28. — *cognomen* praepositum, II, 2, 11. — *cognomentorum* origo apud Romanos, I, 15, 2. Large videtur falli Appianus in praef. dum ait: « Nomen olim cuique Romano unum erat, ut caeteris omnibus: post accessit alterum: nec ita dudum etiam tertium coeptum est addi quibusdam, quo magis agnoscerentur, ex aliqua nota corporis, aut virtute animi. Nam, ut notum est, fere ab ipsis Vrbis initiis, certe sub regibus, mos iste iam obtinuit ».

Cognoscere se ipsum, II, 17, 4.

Cohaerenter (pro continue), II, 17, 5.

Colchi, III, 5, 25. — vincuntur a Pompeio, III, 5, 28.

Collatinvs cos., Praef. 6. — urbe dimittitur, I, 9, 3.

Collegium tribunicium, III, 14, 5.

Collina porta, III, 21, 6 et 23.

Collis Ianiculus, III, 23, 6.

Collocare, IV, 11, 11. De industria utitur funebri hoc verbo; de quo vide Kirchman. de Funer. Rom. I, 12.

Colloquium Scipionis et Annibalis, II, 6, 59. — *colloquia* simulata, II, 2, 11; III, 11, 9.

Colonia Ostia, I, 4, 2. — *colonia* extendere Vrbem, I, 8, 4.

Colores, (pro ipsis pigmentis, qui-

bus colores inducuntur), IV, 12, 60. (Sic odores infra).

Columnae Herculis, II, 6, 38.

Comae Syriae deae, III, 19, 4. — *comis* laceris pugnantibus interveniunt feminae, I, 1, 14.

Combusti praefecti navium, III, 5, 3.

Cominus venire (h e. audere congredi), II, 6, 29.

Comitia consularia, III, 16, 3.

Comitiales dies, III, 10, 21.

Commeatus et opes totius mundi Ostia recepti, I, 4, 3. Ob commeatus hos Ostia « alumna Vrbis » dicitur auctori; sicuti Ciceroni pro L. Manilia, cap. 12: « Numeratur inter eos « portus, quibus vitam et spiritum du« cerent Romani ».

Commentum (pro strategemate), I, 11, 2. Ita saepe loquitur Iustinus.

Commercium (pro pacto, foedere), III, 5, 19.—*commercia*, foedus generis humani, III, 6, 1.

Commilitans luna, III, 5, 23.

Commilitium, IV, 4, 2. Ita Iustinus, V, 10, 3, et XI, 5, 3. Marcellin. pag. 396, 11, edit. Lindenbrog. L. Ampelius, ubi de Masinissa. Vide Savaronem ad concionem Sidonii.

Commilito Romanorum Eumenes, II, 20, 2.—*commilitones* dii, I, 11, 4.

Comminisci (pro invenire, excogitare), II, 6, 27.

Comminuere hostem (pro frangere, et debilitare), I, 3, 3; II, 6, 28.

Commissa (est acies, h. e. praeliatum est), II, 18, 11.—*commissa* acie (h e. coepto praelio), IV, 7, 10.

Committere aciem (pro initium pugnandi facere), IV, 2, 46. Ita committere bellum, pro incipere. II, 15, 1. Sic Livius, III, 28, 1, et eodem sensu committere ludos *idem*, II, 37, 2; et Virg. Æneid. V, 113. Sic, «commissa « proscriptio, et finita » opponuntur apud Velleium, II, 64, 4. — *committere* bellum, (non de initio modo, sed tota eius duratione, dictum), IV, 2, 6. — Committere, pro coniungere; unde commissura. Sic, *committere* ponte Tiberinum, I, 4, 2.

Commune: in *commune* (h. e. in unum), III, 16, 17.

Communitus armis (h. e. probe instructus), III, 19, 11.

Comparatio belli cum contagione, I, 9, 18; I, 15, 1. — belli Syriatici et Persici, II, 8, 13. — Caesaris cum fulmine, IV, 2, 63. — cum Tarquinio, IV, 7, 1. — civitatis cum domo privata. I, 6, 3. — Fabii cum Iove, I, 17, 5, — imperii crescentis cum adulto, I, 11, 8; I, 17, 3. — Paulli et Varronis, II, 6, 17. — Populi R. cum homine, Praefat. 4. — cum igne, II, 2, 1. — Pyrrhi cum Hercule, I, 18, 19. (Plures vide in locis notatis ad vocem quasi). — in *comparationem*, h. e. si compararetur (*au prix* dicunt Galli), IV, 10, 4.

Compedes, III, 19, 8.

Compendia (pro brevioribus viis), III, 3, 7. Plin. fin. Paneg. « Quae ad « honores compendia paterent ».

Compendium: in *compendium* missum bellum, I, 3, 3.

Competitor, III, 16, 1 et 4. — *competitor* imperii (pro aemulo), III, 1, 8.

Complorare (verbum funebre apte hoc loco usurpatum), II, 15, 8. Videtur autem comploratio ista secuta, quum conclamatio iam fidem fecisset, actum esse. Livius XXV, 26, 12: « Vt non « modo lacrymis iustoque comploratu « prosequerentur mortuos; sed ne ef« ferrent quidem ». Iterum, V, 39, 6: « Comploratis omnibus pariter, vivis « mortuisque ». Cicero pro domo, cap. 37: « Nondum morte complorata « petere arbitria funeris. Et hac cae« rimonia, quum de morte alicuius « innotuisset, dicebatur palam fieri ». Livius, I, 41, 11: « Tum demum « palam factum ex comploratione in « regia orta ». Ad quem locum Gruteri

notam consule. Aliae tamen Livii editiones praeferunt: « Tum demum palam facta, etc. » Vnde suspicabar, ita concipiendum locum istum : « Tum demum palam facta, ex comploratione in regia, morte, Servius, etc. » Nullibi certe « palam fieri » reperias absolute positum, sed adiectum ubique rei verbive casum. Sic apud Sueton. Tib. XXII, 1: « Excessum Augusti palam fecit ». Sed et aliis de rebus usurpatur « palam facere ». Probus de fuga Annibalis ex patria: « Hac re palam facta ». Porro complorationis vox ab hac significatione transfertur etiam ad eos, qui imminens exitium velut in antecessum deplorant, ut hoc loco, et apud Iustinum, XI, 9, 13: « Conspectis armatis invicem se amplexae, velut statim moriturae, comploratione ediderunt ». Pertinet huc Livius IV, 40, 3, et XLI, 11, 5. Item etiam Seneca, ad Polybium III, 3, 3.

Composita civitas (h. e. tranquilla, et quieta), III, 23, 3.

Computare (rationem subducere, colligere), III, 21, 25.

Conciliare favorem plebis, III, 12, 10.

Concio (pro multitudine, quae concionantem audit), III, 21, 10. (Pro sermone), ita *conciones* turbidae, III, 23, 4. — *concionem* habere, I, 1, 16.

Concipere mente, I, 5, 3. — votum, IV, 12, 15.

Concitare (pro excitare), IV, 5, 1.

Concretus gelu Danubius iungit ripas, IV, 12, 18.

Concubia nox, IV, 2, 37.

Concurrere, III, 21, 19. De hac voce dictum in Indice Iustiniano. Cui adde Caes. de Bell. Gall. I, 52, et Silium, IV, 29. — *concurrit*, IV, 2, 33; sic, « adcucurrit » Tacitus, H. III, 22, 6; et Apuleius, Metam I, « decucurrit ». Caesar, de Bell. Gall. II, 19 et 21, « excucurrisset »; Suetonius Galba, XVIII, 6, « praecucurristi »; Plautus, Menaechm. V, 8, 8, « procucurrissent »; Livius, XXV, 11, 3, et XL, 30, 5; Caesar. de Bell. Civ. III, 93.

Concutere se (pro commoveri, tumultuari), III, 1, 2. — urbem, II, 15, 12.

Condere (pro perpolire, in talem splendorem producere, ut pro novo haberi possit), I, 3, 1. Sic, Augustus condidit imperium, IV, 12, 66. Vide et Iustinianum Indicem.

Conditor artis militaris Tullus, I, 3, 1. — imperii Romulus, I, 1, 1. — *conditores* Tarenti Lacedaemones, I, 18, 2 et 6.

Conferre (pro comparare, contendere), Praef. 1; I, 18, 21. — pro congregare, unire, II, 17, 3. — *conferre* ad admirationem (h. e. addere ad admirationem) Praefat. 3.

Confertissima tela (densissima), I, 14, 4.

Conficere bellum (pro patrare, finire), II, 15, 2. — hostem (pro debellare), III, 5, 23, et III, 12, 6. — sacrum (pro sacrificare), I, 13, 16. — (pro interficere), III, 1, 8. — Sic, *conficere* se veneno, III, 7, 5.

Confinium maris et fluminis (pro confluente, ostio), I, 4, 2.

Confirmare fugientes, hortari, IV, 2, 82.

Confiscatio socii ac vivi regis, III, 9, 3. Sic Sueton. Calig. cap. 41, « confiscare equites », h. e. bona eorum in fiscum redigere.

Conflare (habet vim conficiendi excitandi). Sic dicit, conflare discordiam, I, 24, 1. — egestatem, IV, 1, 1. — exercitum, III, 19, 10. — fulmen, II, 6, 9. — incendium III, 17, 2. — seditionem, I, 24, 1.

Confluentes, IV, 6, 3.

Congerere pila (h. e. confertim iacere, coniicere), I, 18, 10.

Congregare corpus unum ex variis elementis, I, 1, 9.

Coniuratio Galliarum maxima, III, 10, 20.—*coniuratio* (pro factione), IV, 2, 15.

Consalutant exercitus, IV, 6, 3. Adde Tacitum, H. II, 42, 3; Livium, VII, 42, 5.

Consanguinea civitas, I, 3, 9.—*consanguinitas* impetrat auxilia, I, 18, 6; III, 1, 15.

Conscientia amissae fortunae (pro memoria), II, 12, 10.

Consecrare (sacrum sancire, sacrosanctum facere), sic, Remus Vrbem sanguine suo *consecrat* (h. e. sanctam facit, et inviolabilem), I, 1, 8. Sic Marcianus, lib. VIII. de Divis. rer. definit: « Sanctum est, quod ab iniuria « hominum defensum atque munitum « est ». Consecrare autem duplicem vim babet: sicut et sacrosanctum facere, nam et is; qui ob delictum aliamve caussam diis devovetur, sacrosanctus dicitur. Vide Liv. III, 55, 6.—Sic igitur *consecrare* se manibus dicitur senatus, I, 13, 9.—et Decius, I, 17, 7. —quod de patre eius devovere dixerat, I, 13, 3. Ita Plinius Paneg. cap. 64: « Caput suum deorum irae con« secrare ». Sic Marti *consecratus* ager regius, I, 9, 1. Quomodo equos consecrare, Sueton. Caes. cap. 81.

Consecratio Romuli, I, 1, 17 (h. e, ἀποθέωσις).

Consenescere (h. e. evanescere, deficere tempore), ita *consenescit* imperium, Praefat. 8. — impetus, III, 3, 5; IV, 2, 42. Posuit hoc verbum Livius, IX, 19, 6, de exercitu; et XXV, 12, 3.

Conserere manum (pro confligere), II, 18, 14.

Consilium Augusti super Hispania, IV, 12, 59.—Pompeii super piratis, III, 6, 14.—*consilium* reip. penes senes, I, 1, 15.—*consilium* a senioribus petitum, II, 6, 26.—in *consilium* vertendus error, III, 3, 8.—*consiliis* se tradere (est sinere se regi consiliis), II, 8, 6. —*consilia* Caesaris et Pompeii diversa, IV, 2, 38. —*consiliis* quoque dimicatum, I, 18, 14. —*consiliis* suis vincendus hostis, II, 6, 26. Consilium autem dictum putem a Conso, quem arcanorum consiliorum praesidem vocat Dionysius, II, 31, quemadmodum et Consentes deos vocatos putem, quod (ut est apud Augustinum, Civit. IV, 23) in consilium Iovis adhibeantur.

Consortium honorum, I, 26, 1.

Conspiratio (in bonam partem, pro consensu, coniunctione), III, 16, 5. Sic etiam Iustinus.—*conspiratio* civilis (h. e. coniuratio inter cives tantum inita), IV, 1, 9.

Constat (h. e. certum est), II, 6, 60; II, 18, 2.

Consternati equi; I, 7, 3; I, 18, 8. —elephanti, IV, 2, 67.

Constitutum (pro pacto), IV, 7, 14. —ad *constitutum* (pro ad scopum), II, 6, 16.

Consulatus Calendis ianuariis initus, III, 21, 17. —negatus absenti, IV, 2, 24.

Consulere aliquem (pro consilium petere), I, 16, 10; pro interrogare I, 7, 7.—*consulere* alicui (h. e. adesse ei ope, consilio), I, 9, 2. Sic apud Tacit. XI, 36, 2. — *consulere* in aliquem saeve (pro statuere), III, 7, 5. Ita Iustinus, XLII, 5, 4: « crudeliter consulere ». Liv. XLV, 8, 6. « in se« cundis rebus nil in quemquam su« perbe ac violenter consulere decet ». —*consulere* (pro quaerere, etiam per iocum, aut superbiam), III, 3, 6. Sic apud Tacit. I, 10, 10: « Consulti per « ludibrium pontifices ».

Consulum origo et etymologia, I, 9, 2.—*consulem* se ipse facit Caesar, IV, 2, 21. —*consules* sociorum ad similitudinem Romanorum, III, 18, 6.

Consumere (sensim absumere, atterere), III, 5, 2; III, 19, 8.

Consummare Italism (h. e. integram sub se redigere), I, 18, 1. Consummare enim est totam summam colligere.

Consurgere (pro bellum capessere), II, 12, 3; II, 17, 3. Affini significatu dicunt «alzarce» Hispani. — *consurgere* contra aliquem, III, 18, 5; III, 20, 12. Vide *Assurgere*.

Contagio (morbus serpens, a contingendo; transfertur deinde ad alias quoque res), ut *contagio* bellorum, I, 9, 8; II, 13, 1; II, 17, 8; II, 18, 4.

Contagium belli, I, 15, 1. — deditionis, III, 14, 2.

Contemtus urbis incensae, I, 14, 1. — *contemtus* hostis gravior, II, 14, 2.

Contendere (pro certare), Praef. 2. Sic, *contentio* (pro certamine, pugna), I, 3, 4.

Continua pax (h. e. continuata per totum orbem, nusquam interrupta), IV, 12, 64.

Contis pugnatum, III, 3, 16.

Contrahere (pro adunare), III, 10, 20 et 22; IV, 2, 38.

Contrebia (urbs), II, 17, 10.

Controversia: sine *controversia* victoris, h. e. (verba sunt Agelii, V, 6) impulvere, ut dici solet, incruentaque, I, 18, 13.

Contumacia numinum, I, 7, 8.

Contumelia et iniuria differunt. IV, 12, 30. Sic Iustin. XII, 12, 6: «Suppliciis suis potius saturet se quam contumeliis». Apud Liv. VIII, 23, 5: «Contumeliam iniuriamque se depulsuros esse dicunt Samnites». I, 40, 4 et 5: «Ferro eam arcere contumeliam statuunt. Sed et iniuriae dolor in Tarquinium ipsum, magis quam in Servium, eos stimulabat». Augustin. in Confess. III, 8: «Vbi libido est nocendi, sive per contumeliam, sive per iniuriam». Liv. XXVI, 29, 7: «Quanto maior iniuria, immo contumelia est». Confer Tacit. XIV, 31, 1 et 3.

Convenire (pro complacere ex pacto), IV, 2, 80; IV, 7, 14. Vnde paeta conventa dicimus. — Quasi ita convenisset inter Poenos et Macedones, II, 14, 1.

Conventum agere. Vide *A*.

Conversi a Clusio Galli, I, 13, 7. — ad externa auxilia Poeni, II, 2, 23. — in spectaculum belli elephanti, I, 18, 8. — *conversa* ad Septemtrionem plaga, IV, 12, 3. — in Orientem acies, III, 3, 15. — *conversa* clade (h. e. mutata belli fortuna), III, 5, 17.

Conversio Rom. dominationis, IV, 3, 8). Ad eum locum conf. Tacit. Hist. I, 16, 8.

Convertere mentes hominum in se, II, 17, 14. — se in aliquem, III, 1, 4; III, 3, 11. — *converti* ad arma, II, 18, 4. — populationes, III, 22, 8. — in rabiem, furorem, II, 18, 15. — in se, II, 19, 4.

Conviviorum magnificus apparatus, III, 12, 12.

Convolvere, II, 11, 1. Vide *Involvere* et *Trahere*.

Cooptatio (pro adoptione), IV, 4, 2.

Coortus, II, 6, 45.

Cora (urbs), III, 20, 5.

Corfinivm (urbs), III, 18, 7; IV, 2, 19.

Corinthium aes, II, 16, 6.

Corinthvs eversa, II, 16. — *Corinthi* excidium, III, 12, 3. — opes, II, 18, 1.

Coriolanvs, I, 11, 9. Vbi tamen haec vox videtur expungenda. Vide *Marcius*.

Corioli (urbs), I, 11, 9.

Cornelivs (Asina cos.), II, 2, 6 et 11.

Cornicvlvm (urbs), I, 11, 6.

Cornu (pro parte aciei), IV, 2, 48.

Cornua pro extremitatibus, ita cornua sinus, IV, 11, 4. Sic, «utrumque portus cornu» Caes. ap. Cicer. ad Atticum, IX, 17. — Ægypti, IV, 11, 9.

(Quae « claustra Ægypti » vocant Tac. H. II, 82, 7; et Sueton. Vesp. VII, 1. Ita « cornu tribunalis » Tacit. I, 75. Vide Serv. ad Virg. Æn V, 832; Liv. XXV, 3, 12. « Cornua comitii » Plinius, XXXIV, 6, 6).

Corona radiis distincta, IV, 2, 91.—sub *corona* vendere, IV, 12, 52. Corona enim qua induebantur, signum erat captivorum venalium, inquit Pontan. Progymn. IV, 24. Videndus est etiam hac de re Agellius.

Corpora plusquam humana Insubribus, II, 4, 1.—*corpora* magna ferro magis patent, III, 10, 13.—*corporum* temperies a solo natali, II, 4, 2.—*corpus* pro cadavere, IV, 2, 60.—effossum, IV, 12, 38.—Sic, *corpus* mortuum et exsangue, III, 11, 11.—(pro qualibet collectione, quolibet toto): sic, *corpus* imperii, IV, 3, 5 et 8.—Romani *corpus* fecere ex membris, III, 18, 1.—Romulus ex variis quasi elementis congregavit *corpus* unum, I, 1, 9—in suum *corpus* redit consanguinea civitas, I, 3. 9. Sic Iustinus, V, 10, 10; VII, 1, 1; XXXIV, 1, 3 et 5. Sic Livius, VI, 34, 4; Frontinus, IV, 2, 8; Iustinus, XIV, 2, 11; « et corpus « patrimonii » lib. IX. § 5, de Iur. et fact. ignor. « et corpus iuris Romani » Liv. III, 34, 5.

Corripere arma (h. e. capere). Vide *A*.—imperium, IV, 2, 3 —proxima quaeque, I, 9, 8.—*corripi* morte, III, 17, 2.

Corrumpere maria (infesta et intuta latrociniis rapinisque facere), III, 8, 2.

Corsica occupatur a Romanis, II, 2, 15.

Corvinus (an Corvus), Valeriorum cognomen, I, 13, 20.

Cos Romanae virtutis Alpinae gentes, II, 3, 5. Sic Ephori Spartani inimicam urbem vocaverunt ἀκόναν τῶν νεωνί. Plut. Apophth. Lacon. anonym. cap. 4.

Cossus (A. Cornelius), magister equitum, I, 11, 3.

Cossus (Cn. Cornelius Lentulus), dictus cognomine Getulicus, IV, 12, 40.

Cothys (Thrax), IV, 2, 5.

Cotiso (Dacus), IV, 12, 18.

Cotta (L. Aurunculeius), legatus Caesaris, III, 10, 8.

Crassi pater et filius trucidantur, III, 21, 14.

Crassiana clades Pacori caede pensata, IV, 9, 7. —*Crassiana* clade capta signa remittuntur, IV, 12, 63.—capti milites Parthis militant, IV, 10, 4.

Crassus (M. Licinius) triumvir, IV, 2, 10.—vincitur a Parthis III, 11.—interficitur, III, 11, 9; IV, 2, 13.

Crassus (M.) Mysos vincit, IV, 12, 14.

Cremati mortui, I, 18, 15.

Cremera (fl.), I, 12, 2.—*Cremerae* clades cum Alliana comparata, I, 13, 7; III, 18, 11.

Crescere dicitur bellum, IV, 2, 66.—caussa belli, II, 7, 4.—naves in senos ordines *creverant* (h. e. extructae erant), IV, 11, 6.—hieme *creverant* Alpes (altiores factae erant densa nive et glacie), III, 20, 22.

Creta, III, 6, 3.

Creticus, cognomen Metelli, III, 7, 6; III, 8, 1.—*Creticum* bellum III, 7.

Crines matronarum in tormentorum vincula collati, II, 15, 10.—*crinibus* suis pendent Cimbrae, III, 3, 17.

Critolaus (Achaeus), II, 16, 2.

Crixus (gladiator), III, 20, 2.

Crudelitas Thracum, III, 4, 2.—*crudelitas* superbia tolerabilior, I, 7, 4; IV, 12, 31.

Cruentus (pro sanguine suo infecto), I, 7, 3.—*cruenta* pugna (quae multo sanguine constat), III, 10, 4.—*cruentus* pro crudeli, I, 7, 6. — *cruenta* caedibus flumina. Vide *F*.

Crux, Servile supplicium, III, 19, 8.

Cultores catenati, III, 19, 3.

Cultus (pro habitu), I, 13, 10; (pro

reverentia quadam, et veneratione) IV, 11, 3; sic, cultus deorum, I, 2, 2. *Cum* fide (h. e. summa fide, fideliter), II, 18, 16. Ita Liv. XXVI, 20, 1: « Sociosque cum fide tutati »; et XXXI, 4, 4: « Cum summa fide et « gratia ». Sic Sallustium « cum cura » dixisse, observat Seneca, Benef. IV, 1; quod tamen et apud alios auctores, ut Liv. XXXIX, 2, 3: « Cum inten- « tiore cura ». — (*Cum* omissum ubi videbatur requiri): aderat ingentibus copiis, I, 10, 1.

Cvmæ (urbs), I, 16, 6.

Cunctanter, III, 5, 6.

Cunctator, Fabii cognomen, II, 6, 27.

Cuniculi, I, 12, 9.

Cupiditas (pro avaritia), III, 11, 2. — *cupiditate* alicuius rei exardere, II, 2, 2. — flagrare, III, 5, 3. — incendi, I, 8, 7. — *cupiditate* regni fratres interficit Iugurtha, III, 1, 3.

Cupido divitiarum Lepidum in factiosa consilia impellit, IV, 6, 2. — honorum seditiones excitat, I, 26, 1. — principatus unde orta et quid effecerit, III, 12, 13.

Curatione ipsa vulnera quandoque rescinduntur, III, 23, 4.

Cvres (urbs), I, 2, 1.

Cvrgonii (pop.), IV, 12, 47.

Curiarum apud Rom. origo, I, 6, 3. — in *curia* suggestus Caesaris, IV, 2, 91. — in *curia* occisus Caesar, IV, 2, 95; IV, 7, 2.

Cvricticvm litus, IV, 2, 31.

Cvrii, IV, 1, 3.

Cvrinivs, IV, 12, 41.

Cvrio (C. Scribonius), III, 4, 6.

Cvrio (C. Scribonius), dux Caesarianus, IV, 2, 34.

Cvrivs Dentatus (Manius) Sabinos vincit, I, 15, 2. — et Pyrrhum, I, 18, 9. — eius medicum proditorem remittit, I, 18, 21. — fictilia sua praefert auro *Curius* Dentatus, I, 18, 22.

Currus triumphalis, I, 5, 6. — *currus* (pro triumpho), IV, 2, 89; IV, 12, 53. Ex hac notione Plinium, V, 5, optime restituit Salmasius ille ad Solinum, pag. 383. — inter duos *currus* discerpti, I, 3, 8. Ita punita Brunichildis regina Galliae. Adonis Chronicum, sub anno Christi 583.

Curulis (subaudiendum est sella), I, 5, 6; IV, 2, 95. — *curules* sellae, I, 13, 10.

Custodia (pro custodibus), IV, 11, 10. — *custodiam* elabitur Cloelia, I, 10, 7. — *custodiae* (pro stationibus, Gall. *sentinelle*), I, 13, 16; — pro praesidiis, castellis, IV, 12, 26.

Custodiunt imas valles Alpium Illyrici, IV, 11, 6.

Custos imperii flamma Vestalis, I, 2, 3. Putabant enim hanc esse inter fata imperii. — libertatis pop. Romanus, I, 26, 6. — *custodem* suum excaecat Crassus, II, 20, 5.

Cyclades insulae, III, 5, 8.

Cydonea (urbs), III, 7, 4.

Cynocephalæ (tumuli), II, 7, 11.

Cypriae opes aerarium latius replent, quam ullus triumphus, III, 9, 5.

Cypsos Romanorum facta, III, 9.

Cyrenæ (urbs), III, 6, 3.

Cyzicvm (urbs), III, 5, 15.

DAL DAM

Daci, IV, 12, 3. — vincuntur, IV, 12, 19.

Dacia, III, 4, 6.

Dalmatæ, IV, 12, 3. — vincuntur, IV, 12, 12.

Dalmatia, III, 4, 1.

Damascvs (urbs), III, 5, 29.

Damnatus fastis dies (h. e. relatus inter dies atros et nefastos), I, 13, 7.

vare), III, 11, 6; IV, 9, 2.—(pro abesse, non esse) hoc *deerat* unum malis, III, 21, 1.—Ne quid mali *deesset*. Vide *Ne*. —saevitum, donec *deessent* qui occiderentur, III, 21, 5.

Defectio Solis, I, 1, 17.

Deficit bellum (pro desinit, finit), IV, 2, 6.—*deficiunt* quidam, II, 2, 17. H. e. linquuntur animo, seu, ut Varro lib. IV, de Vita P. R. loquitur, « metu « debilitantur ».

Defixus admiratione, II, 6, 59. Quod in vehementi admiratione stupor quidam oriatur, quo in unum quem locum defiguntur oculi. Sic, « defixus « ob metum » Tac. I, 68, 3. « Extre« mo metu corpora defixere in his ve« stigiis ». Idem Agr. IV, 4.

Deformata maiestas (polluta, inquinata), II, 2, 25.

Degredi ab arce, III, 16, 6. Nam particula *de* in compositionibus fere denotat motum ad inferiorem locum.

Dehinc, Praefat. 7; II, 8, 17. Sicut *deinde*.

Deiotarvs (Gallograecus), IV, 2, 5.

Delectus Gallici, Germanici (pro ipsis militibus, ex iis delectibus), IV, 2, 5.—*delectum* agere (h. e. deligere milites antiquo more), III, 10, 22.—*delectus* puerorum, virginum, II, 8, 9.

Delibare (leviter degustare), II, 6, 10.

Deliciae aestivae (h. e. locus, ubi per aestatem delectamur), I, 11, 7.—*deliciae* Tarentinae, I, 18, 27.

Delminivm (urbs), IV, 12, 11.

Delos (ins.), III, 5, 8.

Denique, eleganter usurpatum, I, 16, 3. Sic apud Caes. de Bell. Gall. II, 33, et Hirtium, de Bell. Alex. cap. 35.

Deploratus (pro desperato, deperdito), sic, deploratu exitu, II, 18, 15. —*deploratis* rebus, II, 15, 16.

Deprehendere aliquem (pro capere, prehendere), III, 19, 12.—*deprehendere* experimento, III, 1, 1. Sic Quintilianus Instit. Orat. I, 12: « Mirum « sit forsitan, sed experimentis depre« hendas ». — *deprehendere* (pro incauto et nec opinanti imminere, et eum opprimere, Gallice *surprendre*), II, 12, 7; II, 17, 12. Hoc sensu Livius, XXXVIII, 21, 8; Tacitus, III, 53, 2; et Agr. XXXIV, 4; Plinius, Epist. III, 12; Seneca Rhetor. lib. III Controv. a princ.; Seneca Epist. XLIII; Curtius, V, 3, 22.

Deprehensus, II, 12, 7. Quomodo putem legendum etiam III, 6, 12: « Putares non ab illis Catonem, sed « illos a Catone deprehensos » Plinius Epist. lib. III. ad C. Attil. Severum.

Desaevire (pro saevire, saevitiam suam exercere), II, 6, 12.

Descendere gladiis in iugulos, III, 10. 3. Liv. lib. II de Tarquinio caeso: « Ferrum non alte descendisse in cor« pus ».

Desciscere in regem (h. e. regem fieri ex imperatore Romano), IV, 3, 4. —in monstrum, IV, 11, 3. Vsurpatur autem ita verbum hoc, quum aliquis in peius mutatur, ut degenerare.

Descitum est, III, 5, 6.

Describere annum in menses (pro definire, partiri), I, 2, 2.

Desertor Pompeii (pro desertore ex exercitu Pompeii), IV, 2, 52.

Desinens Pyrenaeus (h. e. extremus finis Pyrenaei, IV, 12, 16.

Desperare armis, I, 18, 14. — victoriam, IV, 2, 86. Sic, « desperare « oppido » Cic. in Pison. c. XXXIV. —cum *desperatis* non pugnandum, II, 18, 13.

Destinata mors (h. e. praeconcepta et proposita), II, 18, 12.

Destituit regem suum pop. Romanus, I, 9, 1. (H. e, ei parere non vult amplius).

Desub Alpibus, II, 3, 2. H. e, ex eo loco, qui est sub Alpibus, sicut « dehinc », et

Desuper, III, 2, 6; III, 3, 16. Sic Tacitus, II, 16, 4. Vide Taubman. ad Virg. Æn. VII, 289, et omnino Salmasium ad Capitolini Macrinum, cap. 11.

Detergere remos, II, 2, 8. Ita Livius, XXVIII, 30, 10; XXXVI, 44, 6; XXXVII, 24, 1; XXXVII, 30, 9; « et « detergere pinnas » XXXVIII, 5, 3. Sic Curtius, IX, 9, 16: « Abstergerique « invicem remi ». Apud Diodorum, XI, 18, in fine est, τοὺς ταρσοὺς παρατύρειν; ubi interpretes bene; remorum alas detergere. Caesar, de Bell. Civ. I, 58: « Remos (transcurrentes) « detergere ». Adde Hist. de Bell. Alexand. cap. XV.

Detonare: sic, detonat tempestas syllana intra Italiam, IV, 2, 2.—turbo civilis insaniae, III, 21, 18.—turbo primi impetus, II, 6, 10.—*detonare* in subiectos hostes, I, 17, 9.

Detrahere arma, II, 6, 23.—praesidia, II, 2, 12.—torquem, I, 13, 20.—aliquem in carcerem, I, 24, 3.

Detrectare (pro recusare), I, 22, 2. Sic legendum putem apud Livium, III, 49, 2, « detrectantem » pro « retractantem ». Detrectare aliquem, pro vituperare; ita aliquoties Tacitus. Sallust. Iug. LIII, 3: « Adversae res etiam « bonos detrectant », h. e. adversa etiam fortium existimationem imminuunt.

Detruncare populum (apposite posuit hoc auctor de Dalmatis, quibus Delminium eorum caput ereptum erat), IV, 12, 11. Sic apud Paul. Diac. lib. XVI: «Detruncatus Orestes». Hieronymus in Prophetam Abacuc, cap. III: « Quum Tyrannus detrunca-« tur, imagines quoque eius deponuntur et statuae ».

Deus, *Dea*. Vide *Dii*.

Devovere aliquem, I, 13, 9.—hostilibus diris, III, 11, 3.—se Manibus, I, 14, 3; I, 17, 7. Idem multis post saeculis fecit Claudius Imp. apud Victorem, de Caesaribus, cap. 34. Vide Dresserum in Millen. IV, pag. 450.

Dexter: a *dextris*, III, 2, 2.

Diadema, IV, 11, 3.

Diæus (Achaeus), II, 16, 5.

Dictator ab aratro, I, 11, 12.—perpetuus Caesar, IV, 2, 91.—Augustus, IV, 12, 66.

Dictu difficile, II, 6, 52.—horribile, I, 16, 12; II, 6, 12; IV, 12, 13.—incredibile, II, 1, 2.—parva res, II, 6, 47.—turpe, IV, 2, 20.—turpis contumelia, I, 18, 5.

Didius (M.) Thraces vincit, III, 4, 5.

Didius, Caesaris legatus, IV, 2, 75.

Dies Aliensis pugnae fastis damnatus, I, 13, 8.—*dies* stati sacrificiorum, I, 13, 16.—frigidus et nivalis, II, 6, 12.—nebulosus, ventosus, III, 3, 15.—*die* (pro diei), II, 2, 10.—*diem* pugnae ab hoste petere, III, 3, 14.—*dies* festi, comitiales, III, 10, 21.—*dies* (pro clade, aut pugna decretoria, Gallis *journée*), IV, 12, 35. Ita Cicero, pro Sextio, cap. 36: « Cinnano atque Octa-« viano die ». Non abit illud Taciti, Agr. XXXIV, 5: « Imponite quinquaginta annis magnum diem. — non fuit maior sub imperio Romano dies, etc. » II, 6, 58. Sic, dies ille Syllanus, Cic. ad Attic. X, 6. Vetus Poeta, in catalectis Scaligeri, pag. 233: « Quis « fuit ille dies, Quo Marium vidit su-« pra Carthago iacentem? » Quo loco legerim « iuxta ». Vide Velleium II, 19, 6, unde versum hunc expressum putes.

Differre. Vide *Dilatus*.

Differtus (pro referto, repleto), IV, 11, 11. Vide Coelium Rhodiginum, Var. lect. IX, 10.

Difficilis aditu gens (quae difficulter adiri potest), IV, 12, 19.

Digerere in classes (pro distinguere, dividere, describere), I, 6, 4.

Dignitas (pro existimatione, reputatione). Cicero, de Invent. II, 55, ita

definit: « Dignitas est alicuius honesta, « et cultu, et honore, et verecundia, « digna auctoritas ». Sic, *dignitatis* suae superstitem vivere, miserum est, IV, 2, 51.—integra *dignitate* paranda victoria, I, 12, 6;—(pro honoribus). Ita *dignitate* paranda praesidia, IV, 2, 9. —*dignitatis* discrimina in tabulis, I, 6, 3.—*dignitati* reorum parcendum, IV, 1, 10;—(pro insignibus honorum) I, 13, 10.—Sic, *dignitas* equestris (pro anulis), II, 6, 18.—et, in *dignitate* sua mori volunt Romani senes, I, 13, 10. (pro reverentia, maiestate): sic, dignitas imperii, I, 5, 6—pop. Romani, I, 8, 5.—*dignitas* (pro decore), sic, dignitas matrimoniorum, I, 25, 1—natalium, I, 26, 5—triumphi, III, 29, 8.

Dii Manes, I, 14, 3; I, 17, 7.—*dii* urbium, III, 18, 14.—*dii* a Carthagine aversi, II, 6, 20.—Annibali resistunt, II, 6, 44.—*deorum* cultus ex instituto Numae, I, 2, 2.—*deorum* instinctu Romani contra Reges consurgunt, I, 9, 1. —*deum* miseratio Antonii legiones servat, IV, 10, 4.—*diis* commilitonibus quasi stipendium redditum, I, 11, 4.—*diis* hominibusque adversa cupiditas Crassi, III, 11, 2—*diis* hominibusque infestus Marius, III, 21, 12. —*deis* ceteris cedentibus, Iuventas et Terminus restant, I, 7, 7.—de *diis* queri, II, 6, 14.—*dea* Egeria, I, 2, 4. —Syria, III, 19, 4.—*deo* quodam assidue incitante, II, 3, 2.

Dilatio donata, IV, 2, 93.

Dilatus hostis (h. e. repressus, submotus), III, 21 6; IV, 12, 19,—*dilata* potius quam oppressa vindieta Caesaris, IV, 7, 4. Ita Iustinus.

Diligentia minimae domus maxima civitas continetur, I, 6, 3.

Diluvium: quodam quasi *diluvio* correptum imperium, IV, 2, 3.

Dimicare (pro bellum gerere), I, 10, 8; II, 7, 2; II, 17, 5; (pro praelium facere, manum conserere) I, 11, 1.

Dimittere (pro emittere, de porta dictum), I, 12, 3.—*dimittere* arma (pro relinquere), I, 10, 4.—*dimittere* vela (huc illuc mittere), I, 18, 3.—*dimittere* urbe (paullo mitius, quam pellere, exigere), I, 9, 3. Sic fere, « uxorem repudio dimittere » Iustinus, XI, 11, 5. Quomodo saepe etiam locutus est Suetonius.

Dirae (pro exsecrationibus, imprecationibus), II, 6, 8; III, 11, 3. Eumenes, apud Iustinum, XIV, 4, 13: « Has vobis diras atque inferias dico ».

Direptio Veiorum, I, 12, 10.—regiorum honorum, I, 9, 1.

Dirigere aciem (pro instruere), II, 6, 58; III, 16, 5. (pro disponere), IV, 12, 26. Sic fere Arnobius, lib. I, statim post princ. « per diversas artium disciplinarumque rationes ingenia diriguntur».

Diruere ipsas ruinas urbium (est saepius diruere, donec vix vestigium restet), I, 16, 8.

Discere (pro intelligere), II, 10, 3.

Discerptus a senatu Romulus, I, 1, 17.

Discingere (cinctu solvere, baltea adimere), II, 4, 3. hinc intelligas quid sit accinctus, discinctus: inprimis illud Taciti, H. II, 88, 3: « Incuriosos mili« tes vernacula urbanitate quidam spo« liavere, abscissis furtim balteis, an « accincti forent, rogitantes ».

Disciplina militaris, I, 3, 2.—continetur metu hostis, III, 12, 2.—ferociam temperat, II, 12, 3.—eius necessitas, I, 14, 2.—in *disciplinam* quomodo redacti milites a Scipione, II, 18, 10.—*disciplina* Romana assueti Thraces, IV, 12, 17.

Discolor vestia Samnitum, I, 16, 7.

Discolores vittae Fidenatium, I, 12, 7.—discoloria arma Bituiti, III, 2, 5.

Discordiae Romanae poenas dat His-

pania, III, 22, 8.—*discordiae* magis Romanae fiducia, quam virtutis suae, bellum movet Pharnaces, IV, 2, 62. —*discordias* civiles laeti accipiunt hostes, IV, 9, 3.

Discrimina patrimoniorum, dignitatis, aetatis in tabulis, I, 6, 3.

Discussum nefas (h. e. oppressum et impeditum), III, 18, 9.—*discussi* hostes, I, 18, 13. Ita fere « audacia pe« riculum discutere, rem discutere » est apud Livium, II, 52, 6; XXXIX, 10, 8, et XLII, 12, 4. « Discutere consilia » Iustinus. « Bellum sepultum atque di« scussum » Velleius, II, 75, 1.

Dispellere (pro pellere, expellere, dissipare), III, 5, 11.

Disponere insidias, III, 10, 8.

Dissipare praesidia (pro dispellere), IV, 9, 4.

Distincta radiis corona, IV, 2, 91.

Distrahere hostem, I, 3, 4. —pop. Romanus per diversa terrarum *distrahitur*, III, 6, 1. —Fufetius inter duos currus *distrahitur* (h. e. discerpitur, dilaceratur), I, 3, 8.

Distributus curiis atque collegiis (pro in curias, per curias), I, 6, 3.

Distringere (pro stringere), II, 2, 17. Sic Tacitus, XII, 51, 4, « distringit « acinacem »; Caesar. de Bell. Gall. I, 25, « districtis gladiis ». Ita *districte* pro « stricte » in l. XV de Recept. arb.—*distringere* (pro distrahere, distinere), II, 13, 1.—Sic, urbem incendiis *distringere*, IV, 1, 2. Plinius, paneg. cap. penult. « Non te distringi« mus votis »: h. e. pluribus et diversis votis animum tuum distrahimus; —hinc, districti, III, 5, 5;—districtum circa mala sua imperium, IV, 12, 1; sic, « districto » in lib. XVI, § arbiter. de Recept. arb. in quo et illa verba « quum potest proferre », ex incuria librariorum aut marginali nota, putem irrepsisse; nihil enim clarius hac sententia: « quod si potest, quare non cogat eum, quod sine ulla districtione eius interdum futurum est? » ubi et illud « interdum » pro « interim » acceperim.

Diu non latent scelera, III, 1, 6.—*diu* et ancipiti semper acie cum Sertorio dimicatum, III, 22, 6.—*diu* triste praelium, IV, 2, 78.

Diversitas rerum aciem intentionis abrumpit, Praefat. 3.—*diversitates* pro gentium locorumque natura, III, 10, 6.

Diversus a patre Pompeius, IV, 8, 2. —*diversa* fuga et morte consumti, IV, 2, 60.—*diversa* gentium terrarumque (h. e. diversae gentes terraeque), III, 5, 27; II, 6, 41; III, 6, 1; III, 19, 2. Sic « profunda camporum, praerupta « collium, ardua montium »: Iustinus, XLI, 1, 11: « opportuna locorum »; Tac., IV, 24, 2: « opaca locorum »; Virg. Æn. II, 725: « opaca viarum »; idem, Æn. VI, 633: « avia itinerum »; Velleius, II, 75, 4: « edita montium »; Curtius, VI, 6, 25.—*diversa* (pro contrariis), II, 2, 24. Sic « diversum iter » apud Senecam, Epist. 83, post princ.—*diversissima* pars (quam longissime ab altera semota), II, 6, 51.

Dividere caelum, coenum, III, 17, 6.—*dividendis* agris creati triumviri, III, 14, 5. Ita « constituendae reip. rei gerendae », quibus apud auctorum libros saepius additam invenias vocem « caussa », dubium an ab ipsis.

Divinus apparatus (pro maxime admirabili), III, 6, 7; quo nomine bonestarunt omnia, quae communem humanitatis infirmitatem videbantur excedere: ut et voce « caelestis ».

Divisa toto orbe Britannia, III, 10, 2.

Divisio agrorum, belli caussa, IV, 5, 1.

Divitiae ambitionem pariunt, III, 12, 11.—affligunt populi mores, III, 12, 7.—veteres, III, 9, 2. Tacito, XIV, 31, 1, est « longa opulentia »—*divitia*-

rum caussa bella gerunt Romani, III, 9, 3.—cupido turbat remp., IV, 6, 2.

Docere servire, II, 17, 8. Sic Claudianus de Bell. Get. vers. 140. « Poe« num Marcellus vinci docuit ».

Docti (pro monitis, iussis), IV, 10, 8. Sic, docta consilia, docta dicta, docti doli, frequenter apud Comicos.

Documentum (pro exemplo), II, 2, 11.—*documenta* cladis (pro argumentis, signis), II, 6, 18

Dolabella (P. Cornelius), Gallos Senones vincit, I, 13, 21.

Dolabella (P. Cornelius), Treviros vincit, III, 10, 7.—vincitur a Pompeianis, IV, 2, 31.

Dolabella (P. Cornel.) cos IV, 3, 7.

Dolabris argentum Antonii conciditur, IV, 10, 10.

Dolia connexa virgultis ad traiiciendum fretum, III, 20, 13.

Dolus additus virtuti, I, 3, 4; III, 3, 15.—*dolo* geminatus terror, I, 10, 5—partum regnum, I, 6, 2.—*doli* subterranei (pro cuniculis), I, 12, 9.

Domesticus (frequenter pro civili ponitur, quod cives unius civitatis, quasi eiusdem domus incolae sint); sic, *domestico* scelere oppressus Drusus, III, 18, 14.—*domesticos* motus ab externis bellis separat Florus, III, 12, 13. — Aliquando pro familiari; sic, domestica fraude oppressus Sertorius, III, 22, 9. — *domestici* percussores, II, 17, 17. — Aliquando pro vicino; sic, *domestici* quasi hostes, II, 3, 3.

Dominans in Italia Annibal, II, 7, 4.—*dominandi* cupido unde, III, 12, 13.

Dominatio (pro imperio); sic, dominatio Romana, id est, humani generis, IV, 3, 8. — Pro tyrannide; sic, dominatio Syllana, III, 23, 6. Ita Sallust. Cat. VI, 10: « regium imperium in « superbiam dominationemque con« vertit; » sic *domini* pro *tyrannis* apud Iustin. V, 12, 2, et XXII, 3, 3. —*dominatio* importuna populum cupiditate libertatis incendit, I, 8, 7.—*dominationis* regiae suspecti morte multantur, I, 26, 7.—*dominatio* (pro dominis), I, 10, 1; I, 24, 3. Ita « di« micatio » pro « dimicantibus » est apud Plinium, VIII, 11. « Amicitiae « et familiaritates » pro « amicis et « familiaribus » apud Suetonium, Tib. cap. 51. « Matrimonia » pro *uxoribus* habet Iustinus et Tacitus, II, 13, 5. « Consilium » pro « consiliariis » Cic. in Verrem, II, 30. Sueton. Tib. cap. 18; Frontinus, I, 8, 8. Sic et « Consentium deorum » accipio pro « consilio Consentium istorum ». Vetus inscriptio apud Gruterum pag. 3, num. 1, Consentio. Deorum).

Domini gentium Romani, IV, 12, 14.

Domitius (Cn. Ænobarbus) Allobroges vincit, III, 2, 6.

Domitius legatus Metelli, an Pompeii, III, 22, 6.

Domitius (L. Ænobarbus) a Caesare Corfinio pellitur, IV, 2, 19.

Domitius centurio, IV, 12, 16.

Domnes (Armenius), IV, 12, 44.

Domus et tecta in usum classis rescissa, II, 15, 10.—*domus* minimae diligentia maxima civitas continetur I, 6, 3.— *domus* (pro familia), III, 8, 1; IV, 8, 1.

Donare sacris, famae, III, 5, 10. Sic Iust. XXXVIII, 6, 6; XXXVIII, 9, 9; Suet. Aug. V, 2; Liv. Epit CXXII. —*donare* regna consuetus pop. Romanus, III, 9, 3.—*donata* dilatio (pro data), IV, 2, 93.

Dos, I, 1, 14.

Dravus (fl.), IV, 12, 8.

Drepanæ (urbs), II, 2, 12.

Drusiana seditio, III, 17.

Drusus (M. Livius) Thraces vincit, III, 4, 5.

Drusus (M. Livius) trib. pl. III, 17,

— dominandi cupidus, III, 18, 3.

DRVSVS Augusti privignus. Vide *Claudius Drusus*.

Dubii tumuli (pro periculosis, non exploratis), II, 12, 5.

Dubito: non *dubitat* fama de origine Romuli, I, 1, 2. (alii dicerent, constans fama est). — non *dubitant* cuncti, caput inventum imperii sedem promittere, I, 7, 8.—non *dubitat* verberare filium Tarquinius (h. e. non veretur), I, 7, 6.

Dubium clipeos an armillas, I, 1, 12. — Quum duo contraria, quorum uno proposito, alterum non potest ignorari, eloqui volumus, hac phrasi ita utimur, ut alterutrum tantum exprimamus. Sic, occisus Remus, dubium an iussu fratris, I, 1, 8.—oblata Caesari regni insignia, *dubium* an ipso volente, IV, 2, 91. Sic apud Tacitum, I, 5, 5: « exstincto, dubium an quaesita morte »; et V, 1, 3: « Caesar Liviam aufert marito, incertum an invitam ». Sic, « matre humili, incertum an ingenua » Sueton. Oth. I, 2. « incertum sponte an evocatus » Suet. Vesp. I, 2. « incertum an offensus » Tacit. VI, 50, 7. « incertum an metu » Tac. H. I, 75, 3. « conscios non edidit, incertum an occultans » Tac. XI, 28, 1; et XV, 61, 2: « incertum an ignare». Vt ita clare satis appareat, non aliter scripsisse auctorem nostrum, II, 14, 3, quam: « *dubium* an servus ». Idem obvenisse Suetonio vereor, Aug. XXVIII, 2; scripserat forte: « in retinenda rep. perseveraverit. Dubium an voluntate »; qui minus percipiebant sensum, de suo largiebantur: « Dubium eventu meliore, an voluntate ». Sic in Epist. Alex ad Aristot. cuius interpres Cornelius Nepos creditur: « Scorpiones ad castra innumeri confluxere tumultu acciti nostro, an siti, incertum erat ». Scribe, « incertum » deleto « erat ». Certe plus opinor in bonos auctores peccatum esse a sciolis istis addendo et intercalando, quam expungendo. Cuius rei multa hinc inde notavi exempla. Sic apud Agellium, X, 15; verba Varronis referuntur: « quod Iovi immolata hostia albato fieri oporteat ». Vix dubito fuisse: « quod Iovi hostia albata fieri oporteat ». Sic ex Livii contextu, III, 18, 9, particula *eo*; XLIII, 7, 7, vocula *se*; XLIII, 11, 10, forte ista quoque, *patres acceperunt*; certe duae voces *qui* et *referebant* eliminandae sunt. Sic in § 3, Inst. de adopt. insititia vox est *pater*, et in § 6, *eo alienum*.

Ducatum sceleri praebere (h. e. ducem esse sceleri), III, 21, 2.

Ducere sanguinem (sicut trahere originem), III, 18, 1,—*duci* iubere III, 24, 27. Nempe ad supplicium, solennis formula Seneca, Epist. 4: « At si forte in manus hostium incideris, victor te duci iubebit ». Vide eundem, de Ira, I, 16, 20, 22 et 24: item, II, 33, 3, et alibi.

Ducis artes, IV, 10, 2.—*ducis* inopia intercidunt consilia, IV, 7, 2.—*duci* saepe cum suo milite, quam hoste, acrius praeliandum, II, 18, 9.—sub bono *duce* magis apparet boni militis vigor, III, 22, 3.—*ducum* bonorum effectus, II, 17, 13.—*ducum* maximi, Scipio, et Annibal, II, 6, 58.—*duces* (pro auctoribus, concitoribus), I, 9, 1. —Sic, *duces* factionis, III, 16, 6 (pro principibus, primariis);—sic *dux* legationis, II, 6, 7, (quod aliis est *caput* aut *princeps*. Vide Liv. XXXIV, 56, 6; XLII, 6, 4. Sall. Iug. cap. 16. — (*dux* in feminino genere), *dux* fugae regina, IV, 11, 8 Sic ap. Cic. de Nat. deorum, II, 41, « dux nocturna ». Apud Livium « Cloelia dux agminis virginum » lib. II: apud Ovid. in Epist. Paridis, versu 114 « sponsor dea »; apud Iustinum, a auctor urbs,

et capra ». Sic lego apud Senecam, Medea, versu 979: « Vt ipsam sceleris « auctorem horridi Capiamus ».

Dvillivs (C.) cos. II, 2, 7, et 10.

Duntaxat (pro saltem), IV, 12, 61.

Duodeviginti, II, 6, 1.

Dvrivs (fl.), II, 18, 2.

Dyrrachivm (urbs), IV, 2, 40.

ELA EMI

Ebur curule, I, 5, 5.

Ebvroaes (pop.) III, 10, 7.

Ecce iam, IV, 2, 10. Videtur aequivalere Gallico *Voire*. Sic apud Auctorem dialogi de *Oratoribus*, IV, 3: « Circa Medeam, ecce nunc circa « Thyestem ». Sic apud Plautum est « eccere » Menaechm. II, 3, 50; et Trinummo, II, 2, 115.

Edicta crudelissima Mithridatis, III, 5, 7.—Syllae, III, 21, 25.

Effectus est agger (pro confectus est, exstructus est), IV, 2, 85.

Efferre se, pro surgere, se erigere. —*efferre* se altius et incivilius, I, 26, 8. Tacito, I, 12, 6: « est plusquam ci« vilia agitare ».

Efferus (admodum ferus), IV, 12, 12.—*effera* gens, IV, 12, 48.

Efficax ad concordiam, I, 23, 2.—ad victoriam, IV, 2, 50.—*efficax* apud pares stoliditas, IV, 12, 16.—*efficacior* fortuna quam virtus, IV, 7, 11.

Efflagitare mortem ab aliquo, V, 10, 10.

Efflare: quod moriens efflavit, IV, 7, 11. Videtur singulariter usus hoc verbo auctor, quasi voluisset dicere, simul cum anima vocem hanc expirasse Brutum. Fermeut ille apud Papinium, Theb. V, 578, « Implorantem animam dominis assibilat aris ».

Egestas ex opulentia, III, 12, 12.

Elanguet robur (h. e. languendo evanescit), III, 3, 11.

Elapsa custodiam, I, 10, 7. Sic Tacitus, I, 61, 7: « pugnam et vincula elapsi ». Sueton. MS. Torrentii Augusto, XIV, 1: « qui oppidum eruperant ».

Elata montibus suis Roma, III, 3, 21.

Elegantia Tarquinii, I, 5, 1. De hoc vocabulo disputat Agellius.

Elementa: ex *elementis* variis unum corpus, I, 1, 9.

Elephanti, I, 18, 6.—dubium auxilii genus, I, 18, 13. —auro, purpura, argento ornati, II, 8, 16.—gentibus Transalpinis maximus terror, III, 2, 5. —subito clangore consternati IV, 2, 67.—ab Indis Augusto oblati, IV, 12, 62. —*elephanti* et militis pugna, I, 18, 9. — *elephantorum* captorum ingens numerus, II, 2, 28.

Elidere infantes (pro enecare), III, 3, 17.

Elis (urbs), II, 16, 3.

Eloquentia allevatur Caesar, IV, 2, 10. (Lege dialogum de Oratoribus).

Emanabat (pro emanasset), IV, 9, 5. Sic alibi *erat* pro *fuisset; redierat* pro *rediisset*.

Emere exercitum (h. e. pecunia corrumpere), III, 1, 9.—*emere* pacem, III, 1, 7.

Emergit indicium sceleris, IV, 1, 6.

Emersus per invios tumulos, III, 10, 22.

Emicare (subito exoriri, cum impetu excurrere), I, 18, 4. — pro effulgere, excellere, IV, 2, 40.

Eminari, II, 12, 7.

Eminentissimus mons (pro altissimo), IV, 12, 49.—*eminentes* aedes (h. e. excelso loco positae), I, 9, 4.—*eminentia* papaverum capita decutit Tarquinius, I, 7, 6. Simili allegoria Apollonius apud Philostratum, lib. V, ad Vespasianum: « Eminentiores spicas

« non amputato : iniusta enim est in « hoc Aristotelis ratio ».

Enata quasi classis (de ioexpectata, et quae, unde tam subito prodiret, ignorabatur), II, 15, 4.

Enimvero, pro sed, II, 7, 10.

Enna (urbs), III, 19, 8.

Eo insolentiae, I, 24, 3.—necessitatum II, 18, 12.—vesanise, III, 16, 3.

Ephesii, II, 8, 13.

Epirus, I, 18, 3.—sedes belli civilis, IV, 2, 6 et 35.—in *Epiro* castra Augusti, IV, 11, 4.

Epistolae notare nomen (subscribere nomeñ epistolae), II, 12, 10.

Epulis explentur morituri, II, 18, 12; IV, 2, 69; IV, 12, 50.

Eques, pro equitibus, II, 6, 13. *equites* frenos exuunt, ut acrius incurrant, I, 11, 3.—indicia penes equites, III, 12, 9; III, 13, 4; III, 17, 3.

Equestris dignitas. Vide *D.*—ordo, III, 13, 3. — *equestris* praelii more. Vide *Naves equi marini.*

Equitare flumen, III, 4, 5.—per flumen, III, 4, 5.

Equitatus Maurorum, IV, 2, 34.—Parthicus, IV, 9, 5.

Equitatus (plurali numero), III, 11, 8.

Equum ablegat Caesar, IV, 2, 82 —*equi* immolati, IV, 12, 15.—triumphantium albi, I, 5, 6. Sic intelligo Plautum, Asin. II, 2, 13, legoque « quadrigas albas ». Certe ante triumphi mentionem fecit; et perstat in eadem allegoria a re bellica petita: « Herum in obsidione linquet » etc. Minus igitur recte Godelevaeus Livium, V, 28, 1, explicat, quasi vitio datum fuerit Camillo, quod albis equis vectus sit in triumpho; nam mens est Livio, non detrectare triumphum eius, sed comparare gloriam eam, quam in Faliscis tanta fide et iustitia pepererat, cum triumpho, quem alibi fortibus factis. Nihil igitur aliud est, « quam « quum triumphantem albi per urbem « vexerant equi » ac si dixisset « quam quum triumphavit ». Sic enim circumloquuntur triumphum et alii Poetae inprimis; Ovidius, de Arte, I, 213; Statius, Thebaid. XII, 542. Vide Servium ad Virg. Æn., IV, 543. Pro Godelevaei tamen expositione diserte faciunt Auct. de Vir. Illustrib. et Dio, lib. LII, pag. 541: « Vt ita videatur in « Camillo tamquam nova res invidiam; « in caeteris, tamquam illustri iam « exemplo introducta, veniam habuis« se». — *equos* ex praeda eligunt Cherusci, IV, 12, 25.—*equos* inertes moerent Germani, IV, 12, 32.—*equos* quaternos senosque transilire, III, 3, 10.

Ergastula, III, 19, 3.—e ferro *ergastulorum* recocto gladii fabricati, III, 20, 6. —*ergastulis* effractis, exercitum comparat Athenio, III, 19, 6.—Sex. Pompeius, IV, 8, 1.—*ergastula* (pro servis ergastulariis), ibid.

Erigere, pro animare. Sic, erigere ad ius pristinum libertatis, III, 10, 21.—ad spem, III, 18, 3.—animos suorum, IV, 2, 81.—*erigere*, ad se, ad plebem (sibi, plebi, faventes reddere), III, 17, 6. — *erigere* libertatem in dominos, I, 21, 2. Alibi, II, 16, 2, reddit, libertate ab aliquo data adversus ipsum uti. Eadem forma ap. Seoec. de Benef. V, 15, 6: « Accepti ab illa (patria) « exercitus, in illam convertuntur ».

Error victoriam dat, IV, 7, 11.—*error* vertendus in consilium, III, 3, 8.

Erubescendi anni, III, 12, 3.—*erubescenda* caussa belli, II, 14, 13. Sic, « erubescenda sentina » Val. Max. II, 7, 1.

Eruditrix, II, 6, 38.

Erumpit furor, III, 18, 9.—hostis, III, 2, 2.—nefas, III, 1, 6.—turbo belli, III, 5, 5.

Eruptio hostium (pro erumpentibus hostibus), IV, 2, 40.—*eruptiones* audere, III, 10, 25.

Eruptus, III, 10, 22. Sic in Ætna, carmine Cornelii Severi, versu primo legerim: « Eruptique cavis fornacibus ignes ». Nam praeterquam quod vox ipsa proba est et opportuna, collisio illa decus addit versui, et rem quasi ob oculos ponit. Sic Petronius in carmine de Bello Civili, v. 282: « voces erumpere ». Gesta Dei per Francos, pag. 66, v. 38: « Tempus quo tellus » absconditos latices erumpit »; et pag. 79, v. 23: « Infernus ruptus est, et po» pulus iste eruptus est ». Caes. de Bell. Civ. II, 14: « Portis se foras erumpunt ».

Erythraea (urbs), III, 7, 4.

Eryx (urbs), II, 2, 12.

Esquilina porta, III, 21, 6.

Esse exitio, II, 2, 34; IV, 2, 49.—in trabeis (h. e. amietum trabeis), I, 13, 10. —manifesto vultu (pro aperte prae se ferre), IV, 2, 87.—miraculo, IV, 10, 7.—praeda, I, 1, 10.—praedae, I, 1, 10.—strictis ensibus, I, 16, 12. h. e. habere strictos enses. Sic « esse a gradibus grandibus; celeri curriculo fui »; Plautus, Epidico, I, 1, 11, et Sticho, II, 2, 13: quo tamen loco suboritur suspicio *fui* positum pro *ivi*: sicut hodieque solent Hispani, qui multa veteris Latini sermonis vestigia conservare videntur.—*esse* tutis muris, IV, 2, 23. Huc pertinent exempla quae refert Agellius, V, 8, in quibus *esse* licet non exprimatur, hoc tamen sensu intelligitur.—*Esse* cum duobus utrinque dativis: satius *fuisset* populo Romano *esse* contento, III, 12, 6.—*erat* pro fuisset, IV, 2, 19. Sic Virg. Æn, IV, 603: « Anceps belli fuerat fortuna ». Curtius, V, 11, 9: « Egregiam conservati » regis gloriam tulerat ». Sic *penetrarat* in Ammiano Lindenbrogii, p. 211, 7; et alia similia, p. 153, 32; et p. 312, 33. Item in Livio, XXXIV, 29, 8.

Etruria, IV, 2, 19.—contra Urbem consurgit, III, 18, 5.—vastatur a Lamponio et Telesino, III, 21, 22.—ex *Etruria* admotus Urbi exercitus Lepidi, III, 23, 5.—Catilinae, IV, 1, 11.

Etrusci vincuntur a Romanis, I, 17; III, 18, 13.—misti Romanis, III, 18, 1.

Euboea (ins.), II, 7, 12.—occupatur a Mithridate, III, 5, 8.—recipitur a Sylla, III, 5, 11.—eius descriptio, II, 8, 9.

Eubriates (pop.), II, 3, 5.

Eumenes (Pergamenus), II, 20, 2.

Eunus (Syrus), III, 19, 4.

Euphrates (fl.), I, 11, 8; III, 5, 22; III, 11, 3 et 7.—imperii terminus, IV, 12, 61.

Euripus (fretum), II, 8, 9.

Europa, III, 10, 1.—facta Romanorum, II, 8, 7.

Eurus (ventus), II, 6, 16.

Evander (Arcas), I, 1, 9.

Evanescit exercitus fuga, latrociniis, III, 3, 18.

Evasisse, et vicisse, longe diversa, IV, 10, 10.

Eversio Fidenarum (pro excidio), I, 12, 7.—*eversionibus* urbium currens saeculum, II, 16, 1.

Ex aqua clades, IV, 10, 8.—*ex* foedere (pro iuxta foedus, iuxta foederis leges), I, 3, 6.—Sic, *ex* meritis, IV, 12, 28.—*ex* more, IV, 2, 79; IV, 7, 8; IV, 12, 9.—*ex* moribus, I, 7, 1.—*ex* malis Africae nomen habet Scipio, II, 6, 11.—*ex* perpetuo imperio annuum placet (h. e. pro perp.), I, 9, 2.—*ex* populo cognomen (h. e. quod populus imposuit), II, 6, 27.—*ex* vulnere mori, IV, 12, 42.—*ex* summo studio adniti (pro summo stud. adn.), I, 9, 4. Graecanica est phrasis, ἐκ πολλῆς σπουδῆς, Salmasius. Sic Iustini MSS. VI, 3, 2: « ex magna cura ordinat suos ». Apuleius in Apologia: « studiis literarum » ex summis viribus deditus ». Et Metamorph. lib. VII: « ex summo studio » fugiens immanem ursam ». Iterum:

» negotium istud mihi ex summis viribus conflavit ». Plaut. Merc. I, 2, 4: » Ex summis opibus viribusque ».

Examina (scilicet apium), II, 6, 14; IV, 2, 45. Nam alias transfertur ad quamlibet multitudinem Sic apud Arnobium, princ. operis: » examina moe» rorum mortalium ». Et lib. II, pag. 58: » malorum examina ». Liv.: » examina avium ». Adde Iustinum, XXV, 2, 8. Delectatur hoc genere Hieron. in Epistolis, ut II, 8. » Cunctaque Orien» tis examina » II, 14. » Examina » Monachorum » II, 16. » Examina » coturnicum » III, 5. » Examina » pauperum ac debilium » III, 8. » Psalmorum linguis diversis examina » concrepabant » III, 13.

Exarmare (pro mitigare, placare), I, 22, 3. Petronius: » Giton mirabili » forma exarmaverat nautas ».

Excaecare aliquem, II, 20, 5.

Excandescere in ultionem, II, 18, 8.

Exceptio: sine *exceptione* victoria (h. e. sine conditione), II, 18, 12.

Excidium, I, 17, 1.

Excipere aliquem pilo, II, 17, 14. Sic Curt. IX, 8, 21: » Temerarium » regem excipi posse ». Vide Suet Aug. XVI, 7; Horat. III, Od. 12; Hirt. de Bell. Afr. cap. XXIV.—communi foedere in libertatem *excepta* Saguntus (h. e. libera relicta partium consensu), II, 6, 1.—*excipit* Numam Hostilius (h. e. sequitur, succedit ei), I, 3, 1.

Excubare: iuventus ad subita belli *excubat*. I, 1, 15. Apuleius de Habitud. doct. Plat. « Excubitorum loco militet « iuventus pro utilitate cunctorum ».

Excutere pro expellere. Sic, ab obsidione, II, 6, 29.—oppidis, regionibus, II, 6, 42,—*excutere* iugum pro abiicere, exuere, II, 14, 2.

Exercere ius victoris (h. e. uti iure vict.), III, 7, 6. Sic, » exercere victoriam » Sallustius, Iug. XVI, 3, et Livius; » exercita potestas » Tacitus, IV, 6, 4.

Exercita iuventus, I, 3, 2. Sic, » exercitum corpus » Sallust., Iug. LXXI, 1; » exercitus militia » Tacitus, III, 20, 2.

Exercitus tanti est, quanti imperator, II, 18, 11.—*exercitus* magnitudo perniciosa, IV, 2, 49.—*exercitus* Crassi miserabili strage deletus, III, 11, 18. —Postumii imperatorem lapidat, I, 22, 2.—*exercitus* patricius (h. e. constans ex patriciis), I, 12, 2.—*exercitus* gladiatorii, III, 12, 10.

Exigere pro agere, adigere, IV, 2, 68.—supplicium (pro sumere), III, 19, 12.

Eximere (pro eripere, servare), III, 21, 8. Sic titulus ff. » Ne quis eum qui in ius vocatus est, vi eximat ».—*eximere* se ludibrio hostium, III, 21, 15.—*eximere* sensum gestae rei (pro impedire, adimere), IV, 7, 13.

Exinde certamen, I, 1, 14; I, 14, 6.

Existimare pro aestimare, III, 2, 6.

Exitium: in *exitium* sui concitare aliquem, II, 20, 5. — in *exitium* sui merces est resp., I, 13, 4.—*exitio* esse. Vide *Esse*.

Exosus arma, IV, 11, 1.

Expavescere aliquid pro metuere, III, 4, 6.—pro consternari, metu subito corripi, I, 26, 3.

Expellere spiritum (pro se interficere), III, 5, 2.

Experimentum, I, 13, 3. —*experimentis* deprehendere. Vide *D*.

Experiri fortuuam, III, 22, 2.—imperium (h. e. tentare an possis potiri rerum), II, 17, 3.—omnia, III, 5, 24. —augurio, I, 5, 3.—*experiri* pro praeludere, tentare vires, IV, 2, 2.—cominus invicem *experti* duces, III, 22, 7.—*expertis* invicem Parthis et Romanis, IV, 10, 1.

Expiare, verbum sacerdotale ad alia

translatum, ut expiare cladem, I, 12, 3. —flagitium, II, 18, 7.

Explicare (pro expedire, extricare), I, 17, 5; IV, 2, 33.

Exponere hosti exercitum (h. e praebere opportunum hosti), III, 11, 7.

Exprobrare victoriam hostibus domitis, III, 2, 6; nempe trophaea erigendo. Sic apud Tacitum, XV, 16, 4: « Non eam speciem insignium et ar« morum praetulit, ut diversitatem « exprobraret ». Seneca, Consol. ad Helviam, XVI, 5: « Numquam te foe« cunditatis tuae, quasi exprobraret « aetatem, puduit ».

Expugnati Poeni toto mari, II, 2, 16. H. e. victi. Sic Iustinus, III, 5, 1: « Messenii per insidias expugnantur »; et III, 4, 11: « Expugnatis veteribus incolis ». Curtius, VI, 6, 25: « Ad « expugnandos eos, qui edita montium « occupaverant ». Epit. Liv. LXII: « Q. Marcius cos. Stoenos gentem Al« pinam expugnavit ».—ipsos imperii mores in Scauro *expugnat* Iugurtha, III, 1, 5.

Exsequiae, III, 20, 9.

Exsul feralis tabulae, III, 22, 2.

Exsultatio, pro exilio, I, 22, 3.

Exstincta parum fideliter incendia, maiori flamma reviviscunt, III, 5, 14.

Externum bellum (alias hostile dicit), IV, 2, 4.—Mare. Vide *M.*

Extis caesorum litari et vesci, IV, 12, 15.

Extorquere est aliquamdiu retinenti per vim eripere. Sic, *extorquere* consortium honorum, I, 26, 4.—deditionem (h. e. eo adigere aliquem, ut deditionem faciat), IV, 2, 32.—incubantem hostem (pro expellere, extrahere) II, 6, 57.

Extorris agris et focis, III, 13, 2.

Extremi fines, IV, 1, 11.—*extrema* Galliae, III, 3, 1.—Italiae, III, 20, 12. —*extrema* (pro nece), IV, 2, 83. — pro ultima necessitate, IV, 12, 50. —*extrema* deditionis, II, 17, 17; IV, 5, 3.

Exuere castris aliquem (h. e. castra eius occupare), II, 7, 9; III, 3, 4; IV, 4, 4. — urbibus, III, 1, 12.

FAB FAC

Fabia gens privatum bellum gerit cum Veientibus, I, 12, 1.

Fabii Samnitum domitores, I, 18, 6.

Fabius cos. vincitur a Gallis, I, 13, 7.

Fabius legatus ad Carthaginienses, II, 6, 7.

Fabius (C.) Pontifex per medios hostes it, reditque, I, 13, 16.

Fabius (Ambustus M.), I, 26, 2.

Fabius (M. Buteo) Poenos vincit, II, 2, 30. (Hunc primum ita cognominatum putem ex Plinio, X, 8).

Fabius (Q. Gurges) Volsinorum servos vincit, I, 21, 3.

Fabius (Q. Maximus Rutilianus) Vmbros vincit, I, 17, 5.

Fabius (Q. Maximus Verrucosus Ovicula) Cunctator, II, 6, 27.

Fabius (Q. Maximus Æmilianus) cos. Viriatum vincit, II, 17, 17.—Allobroges, III, 2, 6.

Fabula de membris dissidentibus, I, 23, 2.

Fabulosae altitudinis nives, II, 6, 9. —*fabulosa* monstra freti Siculi, II, 2, 5.

Facere artem. Vide *A.* Sic *facere cibum*: « quicquid necessitas cibum « fecerat » Seneca, de Ira, III, 20, 4. Suidas, in Ἄβαρις: πρὶν ἢ βορὰν ποιήσασθαι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. —audaciam, II, 2, 17. —bellum (pro concitare movere), III, 7, 1.—coniurationem (pro inire), III, 10, 7.—consulem, III, 16, 7. Sic, « facere regem,

deum », Curtius, VIII, 5, 18. — documenta (pro dare, docere), IV, 10, 1. —eruptionem (pro erumpere), III, 20, 14.—exercitum (pro comparare), III, 19, 6. Sic Velleius, II, 109, 1.—famem, III, 12, 8.—fidem (h. e. efficere ut credatur), I, 1, 18; III, 16, 6.—fiduciam (h. e. addere animum), III, 5, 16.—finem (pro desinere), III, 18, 14.—impetum (pro dare impetum, irruere), III, 1, 14; III, 17, 5; IV, 10, 2.—latrocinia magis quam bella (pro exercere), II, 3, 4.—lucum asylum (pro ex luco asylum), I, 1, 9.—moram (pro morari), IV, 2, 29 et 57.—pacem, I, 1, 14; IV, 2, 23.—pontem, III, 10, 15.—populum, I, 1, 9,—pretium foederis regem (h. e. foedus, tradito rege, velut emere), III, 1, 16.—provinciam (h. e. regionem aliquam perdomare, ut recipiat iugum), II, 17, 8; IV, 12, 29. Livius passim « conficere ».—Romanos de servitute, II, 6, 30. Sic Iuvenalis, VI, 185; « de Tusca Graecula facta est ». Vide etiam *De servitute*.—*facere* pro reficere, I, 3, 1.

Facilis, pro eo qui facile potest vinci, IV, 11, 2.—*facile* cedenti pars regni data, II, 8, 18.

Facta pop. Romani, Praef. 2.—Galatica, II, 11, 6.

Factio, pro partibus, III, 21, 8.

FAESVLAE (urbs), I, 11, 8.

FALERNVS (mons), I, 16, 5.—*Falernus* adiective positum, aie, *Falerni* saltus, II, 6, 28.

Falisci, I, 12, 5.

Fallacia insidiarum, I, 16, 7. Sic Iustinus, XXIX, 1, 5, « crimen facinoris ».

Fama loquitur (h. e. fama fert, fama est), IV, 10, 7.—non dubitat (h. e. constans fama est), I, 1, 2.—*famae* celeritas arte adiuta, III, 3, 20 —*famam* Leonidae adaequat Calpurnius, II, 2, 14.—*fama* quam re maiora bella, II, 7, 2; II, 8, 2.

Fames ex luxu, III, 12, 8.—*fames* expugnat invictissima, I, 10, 2.—deditionem extorquet, IV, 2, 32.—*fames* Atheniensis, III, 5, 10.—Calaguritana, III, 22, 9.—Numantina, II, 18, 13.—Romana, I, 10, 2; I, 13, 16.—Saguntina, II, 6, 6.—turpis. Vide *T*.—*fame* quasi pestilentia absumti servi, III, 19, 8.—*fame* premi, urgeri. Vide *P*., *V*.

Familia, pro domo, genere, III, 15, 4; III, 16, 1;—pro servis, III, 12, 10; III, 19, 9.

Fanaticus, III, 19, 10.—furor, III, 19, 4.

Fas collegii, III, 14, 5.—deum, II, 20, 7.

Fasces unde Romanis, I, 5, 6. — *fasces* cos. fracti, I, 22, 2.—praetorii relati ad Spartacum, III, 20, 7.—*fasces* submittere, I, 9, 4. —*fasces*, pro potestate, cuius sunt insigna; sic, fasces abrogati, I, 9, 3.—retenti, I, 24, 2.

Fastigium in domo Caesaris, IV, 2, 91.

Fastis damnati dies (h. e. inter atros relati), I, 13, 7.

Fatalis manus (quae fata vitasque hominum in potestate habet), III, 21, 16.—*fatale* (quod exitio alicuius destinatum est); sic, fatalia arena Pompeio, et Bruto Cassioque, IV, 7, 6.—*fatale* Capitolium Graechis, III, 15, 1.—nomen Scipionum Africae, II, 15, 12. Sic, fatalis locus exstat apud Iustinum.

Fatigare saevitiam, I, 7, 1.—crebria incursionibus hostem, IV, 12, 47.

Fatum, potestas illa, quae res humanas inevitabili sorte disposuit; sic dicitur *fati* vis, IV, 2, 94.—*fatorum* decretum, II, 6, 37.—industria, I, 8, 1. —*fatis* praecipitantibus, IV, 2 43. — *fatum*, pro fortuna illa, quae fati decreto destinata est. Sic, fatum insularum, III, 9, 1.—partium, IV, 2, 57.—urbis imperaturae, II, 6, 20.—*fata* generis humani, IV, 2, 43.—patrum, III, 17, 3. —populorum, I, 3, 3. rerum, II,

16, 4.—*fatorum* praesagia, II, 6, 48 et 53.—*fata* pro morte, III, 9, 4.

Fauces offocandas invicem praebent Gallograeci, II, 11, 6.—*faucibus* apprehendit consulem viator, III, 17, 8. —*fauces* pro angustiis; sic, *fauces* Isthmi, II, 16, 5.—Italiae, II, 3, 2; II, 6, 51.—maris, I, 18, 3; IV, 2, 31.—montis, III. 20, 7.—Propontidis, III, 6, 10.—Vrbis, I, 10, 2. Quamvis et ibi possit accipi, a ipsis urbis faucibus a incubare », sicut dicitur a imminere cervicibus; ad fauces portus. Caes. de Bell. Civ. III, 24.

Fautores hostium bello persequi, III, 7, 1.

Favor ex aetate, IV, 4, 4,—ex iniuria, IV, 2, 56; IV, 4, 4.—*favori* civium velificari, I, 9, 5.—*favorem* populi aucupari, III, 13, 1.—ad *favorem* plebis conciliandum effusa largitio, III, 12, 10.

Fax: *faces* iniectae tectis Vrbis, I, 13, 14.—vibratae in turres elephantorum, I, 18, 6.—*facibus* armati Fidenates, I, 12, 7.—*fax* inventae, pro ardore iuvenili, I, 1, 5. Vide Barthium, Adversar. VII, 19, et XLVII, 10.—*fax* pro caussa et initio motus, sicut pro ipso motu incendium ponitur; sic, fax certaminum, III, 14, 1.—motus, III, 23, 1.—*fax* eadem quae Drusum cremavit, socios in arma accendit, III, 18, 4. Hoc loco fax et propria significatione, et translata sumitur; sicut et fere III, 23, 1: a ita Catilina ex rogo filii ma- a ritalem facem accendit a. Val. Max. IX, 1, 9: a Faces Furiis tribuuntur, a quod illae turbarum incentrices cre- a derentur a; hinc facibus furialibus in exitium reip. armati Caesar et Pompeius, III, 12, 13.—*fax* saeculi (pro magno turbone), IV, 3, 2.—*faces belli* pro auctoribus, II, 9, 1. Sic Velleius, II, 25, 6: « Sertorium, proh quanti » mox belli facem ! a Plin. Ep. a Rufo a successit Theophanes, unus ex legatis, a princeps fax accusationis et origo a. Latro in Catil. VI, 3, de L. Sidicino: a Ea fax incendii rursum benignitate a deorum immortalium summaque vir- a tute consulum exstincta est a. Alludit Tacit. H. II, 86, 7: « Acerrimam « bello facem praetulit ».

Felicitas nimia furores civiles peperit, III, 12, 7; IV, 2, 7.—*felicitas* Syllae, III, 5, 2.—Pompeii, III, 6, 15.—*felicitatem* Caesaris omnia sequuntur, IV, 2, 29.

Feliciter (vox usitata laetis acclamationibus), III, 3, 20. Vide Gruter. Suspic. VI, 10.

Feminae Germanorum pugnaces, III, 3, 16.—*feminae* inter obsides, I, 10, 7.

Ferae in aciem productae, I, 18, 13. —*ferarum* ritu debellati Cantabri, IV, 12, 48.—a *feris* nutriti, I, 1, 3. Adde Ælianum, Hist. An. XI, 21, 7; item, XII, 42, et XIII, 1. Tum Pausan. lib. VIII, pag. 533, 10, de Telepho, et lib. II, pag. 133, de Æsculapio; et lib. X, pag. 637, 40, de Phylacide et Philandro.

Feralis habitus (h. e. funestus, exitialis), I, 12, 7.—Tabula, III, 22, 2.—*ferale* signum, IV, 7, 7.

Fercula triumphi, IV, 2, 88. h. e. simulacra victarum urbium, fluviorum, montium, etc., quae ferebantur in triumpho. Sic Suetonius, Caes. cap. 37. *Ferre* de triumpho semper fere dicitur apud veteres.

FERETRIVS Iupiter, I, 1, 11; I, 12, 9; II, 4, 5.

Ferire foedera, I, 10, 3.

Feritas ex pastoribus, I, 22, 1.—*feritas* Gallorum asiatica amoenitate mollita, II, 11, 4.

Ferocia (pro fortitudine), II, 12, 3. Sic Livius, XXXV, 49, 1; Ovid. Ep. de Ponto, II, 9, 45: « Sed quam Marte ferox ».

Ferocissimae gentes Hispaniae, II, 17, 8.

Ferox (pro indomito, fero) pop. Romanus, I, 2, 4.—deorum metu mitigatur, I, 8, 3.—*ferox* natura gens Senonum, I, 13, 4.—*ferocia* dicta (pro fortibus), III, 10, 21. Sic ferociter, pro fortiter, Livius, III, 47, 2.

Ferre, pro pati, IV, 12, 22.—parem, superiorem, IV, 2, 14; — pro sustinere; sic Romani ferunt tela Parthorum, IV, 10, 7.—*ferre* leges, pro rogare, promulgare, III, 17, 8.—vallum. Vide *V.*—*ferri*, pro proficisci, III, 3, 6.—pulvis *fertur* in oculos, III, 3, 15.

Ferrei anni, II, 19, 3.—*ferreae* manus, II, 2, 9.

Ferrum victis ablatum, II, 3, 5.—*ferro* ergastulorum recocto fabricati gladii, III, 20, 6.—*ferrum*, pro gladio, cultro, pugione, etc., I, 3, 5; I, 7, 10; III, 5, 26; III, 11, 9;—pro armis, I, 12, 7.

Ferus, pro saevo, atroce, III, 21, 19. *feri* homines (pro agrestibus, silvestribus et incultis), III, 8, 2.

Fervet obsidio (h. e. strenue procedit, urgetur), II, 15, 11. « De damnatione ferventer loqui coeptum est », Coelius in Cic. Ep. Fam., VIII, 8, 4.

Fessus, h. e. fractus et fatigatus, III, 1, 13.—*fessi* fame Saguntini, II, 6, 6. Claudian. de Bell. Get. vers. 129: « Et quamvis gemina fessum iam clade fugarit ». Oratio C. Cottae in f. apud Sallust. Incert. III, 12: « quum omnes provinciae, regna, maria, terraeque, aspera aut fessa bellis sint ».

Festinat ad relictum opus Quinctius, I, 11, 15.

Festinatio Romanorum in reparando exercitu, I, 18, 19.

Festum Latinarum, III, 18, 8.

Fesulæ (urbs), III, 18, 11.

Fictilia, I, 18, 22. Vide Tibullum, I, 1, 38.

Fidenæ (urbs), I, 12, 4 et 7.

Fides annalium, I, 12, 11.—Camilli. I, 12, 5.—publica, III, 1, 8.—ut *fides* ei esset (h. e. ut ei crederetur), I, 7, 6.—*fides* pacis ac belli Ianus (h. e. signum, quod indicat pacemne habeant, an bellum, Romani, I, 2, 3.—*fidei* magnum, sed triste, monumentum, II, 6, 3.—*fidem* numinum! (bone Deus!) I, 11, 15; III, 3, 7.—*fidem* capere. Vide *C.*—facere, I, 1, 18; III, 16, 6; IV, 10, 4.—rumpere, IV, 2, 15.—solvere, I, 1, 12.—superare, I, 18, 21.—in *fidem* venire, III, 22, 9.—*fide* bona (h. e. probe, exacte, perfecte). Sic Ovidius, Pont., III, 7, 24, « vera fide periisse »; Plinius, III, 3, 3, « inaurato fortunae simulacro fidelissime ». Vide etiam *Bona fide*.—*fide* salva paranda victoria, I, 12, 6.—ex *fide* constituti aliquid resignare, IV, 7, 14.—in *fide* manere, I, 21, 1.—manere (subauditur), I, 3, 6.—in *fide* permanere IV, 2, 17.

Fiducia in virtute, II, 2, 4.—ad speciem *fiduciae* panes ab arce iaculantur Romani, I, 13, 16. Pharnaces magis discordiae Romanae *fiducia*, quam suae virtutis, bellum movet, IV, 2, 62.

Fieri Celtibericus, II, 17, 10.

Figere trophaea, pro erigere, II, 17, 16; III, 2, 6.

Filium suum interficit Cassius, I, 26, 7.—Manlius, I, 14, 2.—*filiam* Virginius, I, 24, 3.

Fimbria, III, 21, 14.

Finire, pro tollere, delere; sic, finita Carthago, II, 15, 1. Hoc sensu Ovidius. « Sunt aliquid manes, letum non omnia finit ».—partium odia non *finita* cum bello, IV, 2, 7.

Finis datus caedibus, I, 16, 12.—impositus bello, II, 2, 33.—*fines*, pro ditione, territorio: sic, fines alicuius territare, II, 15, 3.—*finibus* migrare, II, 15, 8.—de *finibus* pugnare, I, 11, 5.—pro *finibus* arma corripere, I, 9, 6.—*fines* mundi extremi, IV, 1, 1.

Fistulae in Capitolio (quibus aqua deducitur), III, 16, 6.

Flaccus (Q. Fulvius) cos., II, 6, 13.

Flagitans ultionem miles, I, 16, 12. Suspicor fuisse: « Flagrans ultione miles ».—*flagitare* decreta, IV, 2, 17.

Flagitium (impositi iugi), I, 16, 11.—non minore *flagitio* socii rebellant, quam cives, III, 18, 2.

Flagrare cupiditate, III, 5, 3.—ignominia, pudore, II, 18, 7.—ultione. Vide *Flagitans*.

Flamen Dialis, III, 21, 16.—*flamines*, I, 2, 2; I, 13, 11.

Flaminius (C.) vincitur ab Annibale, II, 6, 13.

Flaminius (T. Quinctius) Philippum vincit, II, 7, 10.

Flamma circa caput visa, I, 6, 1. Adde exemplum Salvidieni, apud Dionem, lib. XLVIII, p. 430; et Laviniae, apud Virg. Æn. VII, 73.—*flamma* subita de cineribus obrutis, II, 15, 15.—vestalis, I, 2, 3.—*flammam* inter verba fundere, III, 19, 5.—fundere, velut ardenti capite, IV, 12, 16.

Flexus siderum (pro revolutionibus), IV, 3, 8.

Florentia (urbs), III, 21, 27.

Flores in bene meritos profusi, II, 7, 14.—*floribus* bis vernat Campania, I, 16, 3.—*flos*, pro excellentissimo in quoque genere: sic, *flos* iuventae, Praefat. 4.—ordinis equestris, III, 21, 25.—sanguinis Italici, IV, 2, 5.—senatus, III, 21, 25—virtutis, I, 22, 1. Sic, « flosculus Iuventiorum, apud Catullum, carmine 24.

Florus: huius historici aetas, Praef. 8.—nomen varie lectum (princ. notarum).

Fluens in luxuriam saeculum, IV, 12, 65.

Flumen inducere fossae, III, 10, 25.—manibus et clipeis retinere, III, 3, 12 —per *flumen* glacie perfidum equitare, III, 4, 5.—*fluminis* abundatio, IV, 2, 27.

Flumen oblivionis, II, 17, 12.

Fluvii Æsapus, Albis, Alia, Alpheus, Ana, Anienis, Aous, Araxes, Arsia, Astura, Atesis, Bagrada, Cremera, Danubius, Dravus, Durius, Euphrates, Granicus, Hebrus, Hister, Iberus, Isara, Liris, Macra, Maeander: Mosa, Mosula, Nar, Nilus, Oblivionis, Orontes, Padus, Rhenus, Rhodanus, Savus, Sicoris, Tagus, Tanais, Tiberinus, seu Tiberis, Ticinus, Titius, Trebia, Varus, Vindelicus, Visurgis, Vulturnus. Quaere suis quemque locis. — *fluvii* caedibus cruentati, II, 6, 18; III, 3, 9; III, 5, 17.—Fluvii cruore mixti. Marcellin. XVI, 32 f.; XVII, 30 f.; Plut. Æmil. c. XXXVI; Diodor. II, 26; Herodian. III, 13; Philostrat. pag. 663. C. Sic Nilus in Caracalla Suidae. Gesta Dei per Francos, pag. 72, LVIII, et 50, XLIX; Paulus Diac. lib. XV, ubi de Attilae praelio. Lucan. VIII, 34: « Emathia iam clade rubens exibat « in aequor ». Hieron. Epist. II, 22: « Quantae fluviorum aquae humano « cruore mutatae sunt ». Chronicon Reginonis: « Per idem tempus bellum « inter Clotharium et Theodericum « oritur super fluvium Aroadi, tanta- « que caedes de utroque populo facta « est, ut ipse alveus de cadaveribus re- « pletus magis cruorem, quam aquam « fundere videretur ».

Foculus super cassidem, IV, 12, 16.

Foedare victoriam parricidio, I, 3, 5.—mortem ludibriis, III, 4, 2.

Foedi exitus proscriptorum (h. e. miserabiles, atroces, saevi), IV, 6, 4.—*foeda* clades (magna simul et turpis), II, 2, 23.—fuga (turpis et effusa), I, 1, 13. Sic Livius, XXX, 6, 5; Sallust. Iug. IV, 3, 1.—strages, III, 5, 18.

Foedus Albini cum Iugurtha, III, 1, 9.—Antonii cum Parthis, IV, 10, 1.—Caudinum, I, 16, 12; II, 18, 7.—

Furiosi latrones (pro perditissimis), III, 6, 2.

Furit Antonius Octavium sibi praelatum (h. e. supra modum excandescit; Galli vulg. exprimunt, *il enrage*), IV, 4, 1.—*furenti* similis in primam aciem procurrit Caesar, IV, 2, 82.

Fvrnivs, IV, 12, 51.

Furor Antonii, IV, 11, 1.—Caesaris et Pompeii, IV, 2, 3.—Catilinae, IV, 1, 9.—civium, IV, 2, 75.—fanaticus, III, 19, 1.—Numantinorum, II 18, 15.—Samnitium, I, 16, 7.—sociorum, III, 18, 9.—*furoris* aestus, IV, 2, 64.—turbo civilis insaniae toto *furore* detonat, III, 21, 18.—*furore* regio traditos fasces retinent decemviri, I, 24, 2.—*furores* civiles, pro bellis civilibus, III, 12, 7.

Furtis lacerare hereditatem, IV, 4, 2.

Fusus a cornu equitatus (h. e. effusus, omissus), IV, 2, 48.

GEM

Gabinivs (A.) Marsos vincit, III, 18, 13.

Gades, II, 17, 7.—occupantur a Caesare, IV, 2, 29.

Gaditanum fretum, III, 6, 9; IV, 2, 29.

Galatica facta, II, 11, 6.

Gallæcia, II, 17, 5.

Galli immanissimi gentium, III, 10, 2.—Non feroces tantum, sed et callidi, III, 10, 7.—triumphi de *Gallis*, I, 18, 26.—*Galli* Senones, I, 13, 1, etc.

Gallia acquisita, III, 12, 4.—Caesaris provincia, IV, 2, 12.—in *Galliam* deflectit bellum civile, IV, 2, 6.—*Gallia* Cisalpina, IV, 4, 3.—*Galliae*, III, 10, 20.—domitae, III, 10.

Gallicus sinus, III, 7, 8.—triumphus Caesaris, IV, 2, 88.—*Gallica* bella, duce Caesare, III, 10.

Gallograecia, II, 11.

Ganymsdes, IV, 2, 60.

Garamantæ (pop.), IV, 12, 41.

Gaudium libertatis novae, I, 9, 3.—primi maritimi triumphi, II, 2, 10.—victoriae ex Transalpinis gentibus, III, 2, 6.

Gaurani saltus, II, 6, 28.

Gavrvs mons, I, 16, 5.

Gellivs, legatus Pompeii, III, 6, 8.

Geminus Ianus, I, 2, 3.—*gemini* Romulus et Remus, I, 1, 6.

GEN

Gemitus maris, IV, 11, 5. Statius Thebaid. IV, 595: « Quantus Tyrreni gemitus salis ».

Gemmae ab Indis Augusto oblatae, IV, 12, 62.—*gemmis* obstricta vestis, IV, 11, 3.

Generi appellatione etiam progener comprehenditur, IV, 2, 90.

Genitus Marte, I, 1, 1.

Genius malus, IV, 7, 8.—velut *genios* venerantur Galli senes Romanos, I, 13, 14.

Gens bellicosissima Helvetii, III, 10, 3.—*gentes* auxilia petunt a Romanis, II, 7, 5.—*gentium* potitur Roma, I, 1, 18.—*gentium* princeps populus, Romani, IV, 2, 2.—victor populus, III, 9, 3; III, 13, 2. Sic apud Senec. de Benef. V, 15: « Ille victor pacatorque gentium populus ».—*gens*, pro familia, I, 12, 1; IV, 4, 2.

Genuina feritas (h. e. ingenita), II, 11, 4.

Genus hominum quasi secundum servi, III, 20, 1.—*generis* humani facta discunt, qui res P. Romani legunt, Praefat. 2.—*generis* humani foedus tollunt piratae, III, 6, 1.—dominatio Romana, id est, *generis* humani, IV, 3, 8. Vide etiam *Humanum*.—*genus*, (pro gente), II, 3, 4; III, 10, 11.

partibus militat, IV, 7, 10.—Inter *imperatorem* et militem medius Caesar (h. e. utriusque munere fungens), IV, 2, 50.

Imperium Romanum, nisi sub uno principe, haud ita potuisse coire, IV, 3, 6.—circa mala sua districtum, IV, 12, 1.—*imperii* cursus incursione Gallica suppressus, I, 13, 1.—cum *imperii* magnitudine crescunt vitia, II, 19, 1.—*imperii* secreta pignora, I, 2, 5.—*imperii* dignitas ornamentis Tarquinii eminet, I, 5, 6.—*imperii* sedes, capite in fundamentis Capitolii reperto promissa, I, 7, 8.—*imperii* patrimonium, vectigalia, III, 13, 4. —*imperii* senectus quasi reddita iuventute revirescit, Praefat. 8. Ita Symmachus, Epist. X, 22 f. « Feciatis ut « urbs cana luxuriet in primam redu« cta laetitiam, et ver illud quondam « vigentis aetatis ». Cassiod. I, 25 f. « ut antiqui principes nobis merito « debeant suas laudes, quorum fabri« cis dedimus longissimam iuventu« tem: ut pristina novitate reluceant, « quae iam fuerant vetustosa senectute « fuscata».—*imperii* terminus Rhenus, IV, 12, 39.—*imperii* aemulatione infesti Latini, I, 11, 1.—*imperia* pleraque vi et iniuria constituta, I, 2, 4. —magna suia viribus ruunt, IV, 2, 1. —*imperium*, pro potestate; sic, *imperium* regibus abrogatum, I, 7, 10; —pro mandato, iussu, I, 1, 2; I, 11, 2; I, 26, 7; III, 19, 4; IV, 1, 9; IV, 2, 52, 66 et 90. Sic, in *imperio* plus est, quam in victoria, I, 11, 2.

Impes, IV, 12, 54.

Impetrare : Saxa a gladio suo *impetravit*, ne veniret in potestatem hostium, IV, 9, 4.

Impetus barbaris pro virtute, III, 3, 5.— *impetus* primus Gallorum, maior quam virorum, II, 4, 1.— *impetum* facere, III, 17, 5.

Impiae pugnae (de civilibus), II, 19, 6. ita Claud. in Ruffinum, II, 63: *impia certamina*, vocat a cive concitata contra remp. quae parentis instar est. Qua de caussa impii etiam dicuntur, qui insidiantur principi. Vt apud Curtium saepius in caussa Philotae. Vide etiam Lipsii notam 270 ad paneg. Plinii.

Impiger fluminum (h. e. inter flumina), III, 2, 4. Sic dicimus, *eximius virorum*, etc.

Impigre, pro fortiter, III, 3, 8.

Impingere, pro impellere contra aliquem; sic, egestas Catilinam *impegit* patriae, III, 12, 12.

Implere viam (pro finire, absolvere), IV, 12, 62.

Impliciti dumis silvestribus, II, 3, 4.—torrentibus abruptis, IV, 12, 6. H. e. circumdati, cincti, quomodo fere impediendi verbo utitur Ovidius, Epist. XIV, v. 30: « Flore novo ma« didas impediente comas ».

Imponere statum reip., I, 1, 15. *Ordinare remp.* vocat alibi: Iustinus, *formare*. — *imponere* (pro praeponere, praeficere), III, 6, 8.

Importuna dominatio, I, 8, 7.

Importunitas, I, 7, 9.

Impotentia, pro potentia immoderate exercita; sic, impotentia foeneratorum, I, 23, 1.—Poenorum, II, 2, 3.

Imprecationes morientinm, 2, 6, 8.

Improba classis (pro audaci, nimis avida, nimis alta spirante), III, 10, 17. Sic, *improba spes* est apud Iustinum, XXII, 7, 4. Vide Bernece. ad eumdem, XXIX, 2, 2. Ita Sen. Ep. XII, 6: « Nemo tam senex est, « ut improbe unum diem speret ». Hoc sensu Plinius, II, 26: « Rem « ausus etiam Deo improbam, ad« numerare posteria stellas ».

Imputare proprium verbum, neque aliud ea vi reperies, iudicio Lipsii ad

Tacit. H. III, 86, 7: utitur hoc Sueton. Tib. LIII, 6, et Ner. XXXVI, 5; Plinius, 8, 17, 2: « Gratiam referre, et « nihil invicem imputare, rarum est », XXIX, 1, 11: « Q. Stertinius, imputavit principibus, quod HS annuis « quingenis contentus esset ». Seneca, Epist. CIV, 8.

In (cum quarto casu iunctum interdum significat contra): ut, in aliquem speditionem sumere, IV, 12, 6. —*in* captam urbem faces poscere, IV, 12, 57.—*in* aliquem percussores immittere, I, 7, 2.—*in* hostes converti, I, 7, 4.—*in* finitimos resurgere, I, 13, 19.—*in* dominos erigere libertatem, I, 21, 2.—*in* se ipsum converti, II, 19, 4.—(interdum usque), sic *in* Cæsarem, Præfat. 1.—*in* sæculum nostrum, Præfat. 8.—*in* id tempus, I, 17, 1; II, 20, 7; IV, 12, 27.—(interdum per), sic *in* menses descriptus annus, I, 2, 2.—*in* classes distributus populus, I, 6, 3.—(interdum propter), sic *in* honorem mortuorum, III, 5, 10. —*in* honorem virtutis, I, 3, 1.—*in* experimentum, I, 5, 3; I, 13, 3.—*in* ultionem, I, 11, 1.—*in* auxilium, I, 3, 6.—*in* id, IV, 7, 13.—(interdum intra), sic *in* corpus suum redire, I, 3, 9.—*in* carcerem detrahi, I, 24, 3. —*in* antecessum. (Vide *A*.)—*in* compendium missum bellum (h. e. paucis utrinque demandatum), I, 3, 3.—*in* censum relatus pop. Romanus, I, 6, 3.—*in* potestatem redigere, I, 15, 3. —*in* plana deducere, II, 3, 5.—descendere, III, 5, 28.—submittere ædes, I, 9, 4.—*in* morem pecudum (pro more pec.), III, 8, 6.—*in* fugam nutare, III, 10, 4.—(Interdum ubi motum signat, omissi quoque verbi vicem explet), sic, *in* Ciliciam Pompeius (subaudi convertitur), III, 6, 12.—Cæsar *in* eumdem rursus Oceanum, III, 10, 18.—exercitus *in* fugam (subaudi, se coniicit), IV, 2, 64.—(*In* cum sexto casu iunctum variae significationis est, ut ex exemplis melius cognoscitur.— *in* manu tenere (est manu comprehensum tenere), IV, 12, 37.—*in* equis et *in* armis excubare (pro cum equis et armis, armatum et eqoitem), I, 1, 15.—*in* tabulis relata civium discrimina (h. e. redacta in tabulas, et in iis iam exstantia), I, 6, 3.—*in* equis veoire (h. e. insidentes equis), IV, 2, 18.—Sic, in equis candidi conspecti Castor et Pollux, I, 11, 4.—*in* sua dignitate mori h. e. excultum insignibus honorum), I, 13, 10.—*in* ipsa morte ira vivit (h. e. inter mortem, dum moriuntur), I, 18, 17.—*in* ossibus capitum bibere (pro ex ossibus), III, 4, 2. Ita Seneca, Agamemn. vers. 878: « Merumque in auro veteris Assaraci trahunt. » — *in* partibus scilicet esse, favere partium alterutri), III, 5, 23; III, 14, 4; IV, 2, 5.—*in* tempore (h. e. opportune), III, 3, 13. —*in* curulibus sellis se ponere, I, 13, 10.—(*In* ommissum et intellectum); sic, comitiis, (pro in comitiis), III, 16, 1. Ita legendum putem apud Lampridium, Heliogab. cap. 25: « oemicia adulteriis: » loquitur autem ibi non de poenis solum adulterorum, sed ipsa libidine. Talis locutio est: gladiatorio munere praesedit. Confer ad Sueton. in Claudii vita, II, 7.

Inaccessus aditus (quo non potest accedi), III, 1, 15.—saltus, IV, 12, 27.

Inauguratio Capitolii, I, 7, 7.

Incalescere, III, 15, 1.

Incendere (pro animare, excitare stimulare), III, 5, 13.—cupidine libertatis *incenditur* populus, I, 8, 7.

Incendium Romae, I, 13, 17.—*incendio* proximorum aedificiorum hostem submovere, IV, 2, 59.—*incendia* Carthaginis, II, 18, 8.—*incendiis* Vrbem distringere, IV, 1, 2.—*incendium* (metaphorice sumptum pro bello aut clade); sic, *incendium* malo

obrutum resurgit, III, 21, 9.—*incendii* Thessalici cineres recalescunt, IV, 2, 53.—*incendio* (Antoniano) quasi ignis accessit Lepidus, IV, 6, 1.—*incendium* suum ruina restinguere, IV, 1, 7.—quasi ex obrupto *incendio* subita de cineribus flamma, II, 15, 15. —*incendia* parum fideliter extincta maiore flamma reviviscunt, III, 5, 14.

Incensis moenibus, quasi sacramento ne redirent, bellum movent Helvetii, III, 10, 2. Sic, puto, legendum in carmine Petronii, de Bell. Civ. v. 283: « Sumite nunc gentes incensis moenibus (editiones : mentibus) arma. » Nam mox idem quasi repetit : « Su« mite, et in medias immittite lam« padas urbes. »

Incertum. Vide *dubium.*

Incitatissimum viris armisque tempus, Praef. 6. H. e. promptissimum, fortissimum. Sic, « incitatissimus furor » est apud Marcellinum, XXXI, 4, pro *maximo.* Nam *incitare* interdum *augere* est, ut apud Tacitum, III, 25, 1.

Incivilius se efferre (h. e. supra aequalitatem civium), I, 26, 8.—Tacito, I, 12, 6, est, « plusquam civilia agitare. » Vide Bernecc. ad Suet. Caes. LXXV, 10.

Inclinare ad hostem, I, 3, 7.

Inclinatum cornu, IV, 7, 12. In fugam nutans, ut alibi loquitur. Inclinata acies saepe apud historicos.

Inclyta Numae religio (h. e. celebris et magni aestimata), I, 2, 1. —*inclyti* armis Romani, III, 1, 2. descendit haec vox a verbo κλύω—*inclyto* portu urbs, I, 20, 1. Ita Sallustius, H. IV, 2, 27 : « Regnum Per« sidis inclytis divitiis. »

Inconditus (pro agresti, rudi, impolito), sic, incondita moribus gens, I, 13, 4.—*inconditi* clypei, III, 20, 6. —hostes (pro inordinatis, confusis et palantibus), I, 17, 5.—*inconditae* rates, III, 8, 3.

Inconspicuus (h. e. inglorius, ignobilis), IV, 2, 67.

Incremare, pro concremare, IV, 12, 24.

Increpare (est hostibus illudere, dicteria in eos iacere), III, 3, 6.—*increpare* ambitum, moram, otium, IV, 2, 43.—*increpare* victis superbe, I, 13, 17. Non nimis placet ea lectio, quum *increpare* vix inveniatur tertio casui iunctum; legendum forte : « gla« dio, insuper vae victis increparent : » saltem addita particula *in*, et una voce in duas disparata : nam *b* et *v* frequenter invicem mutant : et *ae* diphtongus cum e vocali in antiquis libris solenniter confunditur.—*increpare* (etiam ad facta translatum), sic, vallum Vrbis Remus increpat saltu, I, 1, 8.

Incubare (pro pertinaciter inhaerere, incumbere), sic, Italiae incubat Annibal, II, 6, 57.—Vrbia faucibus Porsena, I, 10, 2.—praedae Histri, II, 10, 2.

Incumbere (pro summo studio urgere), sic, Apuleius rogandis legibus incumbit, III, 16, 2.—*incumbere* (de bello quasi mole aliqua dictum), IV, 2, 6.

Incurrere in hostem, I, 9, 7; III, 4, 1.

Incursio Gallorum, I, 13, 1.—*incursiones*, III, 10, 10.—*incursionibus* crebris fatigare, IV, 12, 47.

Incutere pavorem (pro facere pavorem, terrere), III, 10, 14.

Indago (proprie venatorium rete; per translationem de iis quoque dicitur, qui undique opprimuntur et einguntur); sic, quasi per *indaginem* captae rates, IV, 2, 48.—Cantabri ritu ferarum, quasi *indagine* debellati, IV, 12, 48.—quicquid piratarum fuit, quadam *indagine* inclusum et oppressum, III, 16, 11. Sic Plin. Paneg. cap.

34 : « Mille poenarum indagine in- « clusi delatores ».

Indi, III, 5, 31.—legatos ad Augustum mittunt, IV, 12, 62.

Indicere bellum, II, 8, 8.

Indictio belli, IV, 10, 2.

Indigena potio, II, 18, 12.

Indignum facinus, II, 16, 1.—imperio mulieris perire, *indignius*, II, 5, 3.

Indita saxeo monti urbs (h. e. imposita, inaedificata), III, 1, 14.

Indoles Servii eximia, I, 6, 1.—*indolis* magnae signum, sperare semper, IV, 8, 3.

Inducere nomini capta oppida (h. e. nomen eorum addere suo), I, 11, 9.

Indutiomarus (Trevir), III, 10, 7.

Indulgenter habere (pro leniter tractare), I, 18, 15.

Indulgere aliquid alicui, II, 14, 1. —*indulgere* spectaculis, III, 12, 10.

Industria Ciceronis, IV, 1, 5.—fatorum I, 8, 1.—fortunae, II, 8, 1; IV, 2, 61.—Tarquinii, I, 5, 1.—*industria* viribus temperatur, II, 12, 3.

Industriae, I, 6, 3.

Inequitare campis, IV, 12, 20.

Inertia Caesarum imperium consenescit, Praefat. 8.

Inescare, III, 5, 13.

Inexpiabile bellum, h. e. implacabile, IV, 4, 1. Ita Liv. XXXIII, 33, 3; et Iustinus XXXVIII, 6, 6.

Inexplebilis honorum fames, III, 21, 6.

Infantes suos necant Cimbrae, III, 3, 17.—in ora Romanorum mittunt Alpinae, IV, 12, 5.

Infantia pop. Romani, Praefat. 5; I, 8, 1.

Inferi: ad *inferos* secum ferre, IV, 8, 3. Phrasis sacrae quoque Scripturae usitata, ut Geneseos capite 42 in fin. « ab inferis emergere » dicebantur qui ex desperatis rebus eluctati erant. quasi a mortuis redirent, II, 6, 23. Vide Desid. Heraldum, ad ista Arnobii, lib. II : « Et ab Orci faucibus », quemadmodum dicitur *vindicari*.

Inferiae, II, 6, 8; II, 18, 12.

Inferre cladem, I, 13, 3.—lumen, IV, 7, 8. Sic Ovid. Fast. II, 352 : « Illatis ignibus acta patent ».—signa, I, 22, 3; II, 17, 6.—stuprum, I, 7, 10.

Infitiari pro negare, I, 22, 2.

Infidum glacie flumen, III, 4, 5. Eadem metaphora Tacitus, I, 61, 2, *fallaces campos* dixit.

Influere (de populo dictum, significat eum copia venire), I, 1, 9. Sic, *influentia negotia*, Plinius. paneg. c. 81.

Infractus, pro fracto, II, 2, 25. Sic Livius, XL, 10, 6; Virg. Æn. XII, 1; et *infractior* Sulpicius Severus, Hist. sacrae lib. II, p. 166.

Infulae victimarum, IV, 2, 92.

Infundere urbi agmen militum (pro immittere), III, 21, 6.

Ingauni (pop.), II, 3, 5.

Ingenium Asturum in pacia partes promtius, IV, 12, 59.—Graecum Italicis artibus mistum, I, 5, 1.—Romuli asperius, I, 1, 17.—*ingenio* varii Rom. reges, I, 8, 1.—*ingenia* formantur situ locorum, III, 2, 2; III, 4, 1.—*ingenium* loci (pro natura loci), II, 6, 16; II, 17, 3. Sic Plinius, XVII, 2, 15; Pap. Silvarum, II, 2, 11; Sallustius H. III, 5, 3. Ita *ingenium pavoris* Claudianus, in Eutrop., II, 470; Livius alicubi de Censura : « ut imperium suo vehe- « mens, mansueto permitteretur in- « genio ». Adde Plinium, X, 58; Rutilius Itiner. I, v. 328 : « Sive loci « ingenio, seu domini genio ».

Ingratissimi hominum, III, 5, 10.

Ingruentes hostes, IV, 2, 59.

Inhaerere montibus, IV, 12, 18.—scopulis, IV, 12, 46.

Inhiare auro, thesauris, III, 11, 2 et 5.

Inhibere adoptionem (pro impedire), IV, 4, 2.—arcus (pro remittere), IV, 10, 6.

Inhonorata societas, II, 8, 5.

Inimicus nobilitati, III, 16, 1.

Iniquus nobilitati, III, 16, 1.

Initia: inter *initia* Vrbis, III, 19, 2.

Iniicit, I, 10, 5. alii libri *inicit*; ita Silius, XVIII, 570. Sic, *abicit* Iuven. XV, 1; *adicit* Martial. IV, 54; X, 82. Vetus epitaphium: » Centenas adicit numero crescente coronas ». *Deicit* Asinius Gallus apud Sueton. de Claris Grammat. cap. 12; *subicit* Lucanus VII, 774: Ovidius de Ponto, II, 3, 37: » Turpe » putas abiei, quia sit miserandus, » amicum ».

Iniicere manum, III, 14, 5.

Iniuria favorem conciliat, IV, 2, 56; IV, 4, 1. — *iniuriae* opportunus iuvenis, IV, 4, 2. — *iniuriis* agitatus populus, cupidine libertatis incenditur, I, 8, 7. — *iniuriae* et contumeliae (differentia), IV, 12, 30.

Innoxia pastoriae sectae integritas, III, 12, 2.

Insani montes, II, 6, 35.

Insectari aliquem probris, IV, 4, 2.

Insidere arcem, III, 21, 7; IV, 2, 18.—collem, III, 23, 6.—arenam, IV, 7, 6.—mare, IV, 8, 1.

Insidiarum fallacia. Vide *F.*—*insidiis* mandare scelus, III, 1, 1.—*insidias* disponere, III, 10, 8.—per *insidias* aliquem aggredi, I, 10, 5; II, 17, 17.—*insidiis* sublatus hostis videtur aliter vinci non potuisse, II, 17, 17.

Insignia magistratuum ab Etruscis, I, 5, 5 et 6.—per Tarquinium, I, 8, 6 —regia regni. Vide *R.*—*insignia* imperatoria proiecta, I, 18, 7. Exemplum simile, simulque traiectiuncula, occurrit in Hist. Miscella, VI, 8, ubi legendum: » Mithridates vix DC equitibus comitatus aufugit, diademate » et thiara, ne agnosceretur, abiectis: » castra eius direpta, etc. ». Hinc intelligitur illud in libris Machabaeorum, II, 8: » Nicanor, deposita veste » gloriae, per mediterranea fugiens ». —*insignia* senatus (pro ornamentis, hominibus qui senatum decorant), IV, 1, 3. Sic, *insignia* virtutis, II, 2, 22, (quae alibi *monstra virtutis* vocat).

Insignia (subaudi facta), III, 10, 1.—*insignia* trabeis et fascibus tropaea, II, 17, 16.—*insignibus* Marcomannorum spoliis tropaeum, IV, 12, 23.

Insimul, pro iunctim simul, Praefat. 3; II, 20, 1. Ita Statius, Silv. I, 6, 36: » Et gentes aliis insimul togatas ». Collectio Chron. ex Anonymo, qui sub Alexandro Severo vixit, fine lib. I: » Fiunt insimul anni CCCXLVI ». » Vt autem insimul omnes conspexit », Gesta Dei per Francos, pag. 63, v. 27. Adde Paul. Diac. lib. XV, in Morte Attilae. Apuleius, I Florid. hoc sensu utitur voce *cunctim*.

Insolentia Fabiae, I, 26, 3.—Gallorum, I, 13, 17.—Lepidi, III, 23, 2.

Instar navalis belli (h. e. species, similitudo), III, 5, 18.

Instare, pro adesse, incumbere, urgere, imminere, III, 5, 7. —*instare* vestigiis, IV, 11, 8.

Instinctus deorum, I, 9, 1.

Insubres assidui Rom. hostes, II, 3, 3. — vincuntur, II, 4.

Insulae Fortunatae, III, 22, 2.—*insularum* fatum, III, 9, 1.

Insultare, I, 18, 4. — *insultatum* reliquiis C. Gracchi, III, 15, 6.

Insultatio Germanorum inter caedem Varianam, IV, 12, 36.

Insurgere totis viribus, III, 18, 13. Sic consurgere.

Intacti Vmbri (h. e. bello nondum lacessiti), I, 17, 2.—*intactae* viae (per

quas nemo iter fecit), III, 10, 22. Sic, » intactum fretum », est apud Claudian. belli getici principio. In eodem tamen carmine, vers. 180, non » intactum nubibus Olympum » legerim, sed » intectum ».

Integer et recens, III, 1, 13. Idem quod intactus: sic, *integra* provincia, II, 17, 7; Caesar, de bell. Civ. II, 5: » Suos cohortatus, quos integros su» peravissent,ut victos contemnerent ».

Integrata amicitia, IV, 10, 1.

Integritas pastoriae sectae, III, 12, 2.—virginitatis, II, 6, 10.

Intelligit vires suas Hispania iam victa, II, 17, 4. Idem verbum in simili sententia Plauti: « Tum deni« que homines nostra intelligimus « bona, quum quae in potestate ha« buimus, ea amisimus ».—*intelligere* pacem, IV, 12, 20.

Inter duos currus distractus Fufetius, I, 3, 8.—*inter* manus laceratus Athenio, III, 19, 12.—Baebius, III, 21, 26.—*inter* mortem Tarquinii substitutus Servius (h. e. dum moritur), I, 6, 2.—*inter* etiam postponitur, ut, Cretam inter, III, 6, 3.—Rhodanum *inter*, III, 10, 2.

Interamnium (urbs), III, 21, 27.

Intercedit bello Oceanus aestibus subductis, III, 10, 5, h. e. impedit pugnam, et vetat; quo sensu et Tribuni pl. dicebantur *intercedere*.

Interceptus cos. h. e. captus, II, 2, 11.—Sic, interceptus exercitus, III, 4, 1.—*interceptae* naves, III, 7, 3. —*intercipi* etiam dicitur, quod alii destinatum, ab alio excipitur; sic, intercepta tempestate victoria, II, 2, 32.—*interceptum* a Iove votum Marti nuncupatum, II, 4, 4.

Intercidere pro perire, intercipi, II, 2, 31.

Intercludere hostem commeatibus, III, 19, 11; IV, 2, 42.

Interdicere igni et aqua, III, 16, 2.

Interdiu tenebrae, IV, 2, 45.

Interfluens Vrbi Tiberinus, I, 4, 2.

Interim, pro interdum, I, 26, 6. Sic apud Senecam, de Ira, I, 16: « In« terim optimum misericordiae genus « est, occidere ». Et Consol. ad Helviam, XVI, 11 et 12. Item Senecam Tragoedum, in Hercule Oetaeo, versu 481; Plinium, Epist. X, 17; Quintil. Instit. Orat. X, 1 pr. et Declam. IX, § 30; Apuleium, lib. I, pag. 119; Senec. pr. Epitom. 4 Controvers. et alterum Senecam, de Benef. lib. I in fine. Corrigendus est Seneca Controvers. IX: « Quae inter iocum ipsis do« minia veniunt ». Lege: « Quae in« terim eum ipsis dominia veneunt ».

Inter moenia, I, 4, 2; quidam uno verbo *intermoenia*. Ad eam formam composita sunt, *intercolumnia* apud Cic. in Verrem, I, 19; *interfemineum* apud Apulei. in Apologia; *internodia* apud Virg. in Ciri, circa finem; *interscapulium* apud Apulei. princ. Floridorum.

Internecio, II, 17, 16; II, 18, 6.

Internoctu, IV, 2, 45.

Intervenire, pro intercedere; sic, *intervenit* pro sociis pop. Rom., I, 13, 6.—*interveniunt* raptae pugnantibus, I, 1, 14.—*interveniente* flumine ignis abrumpitur, II, 2, 1.—*interveniente* quasi natura, ad mare subsistunt Thraces, III, 4, 2.

Intestinum mare, pro mediterraneo, IV, 2, 76. Graeci τὴν εἴσω θάλασσαν appellant, Agellius, X, 7.

Intolerantius, pro intolerabilius, IV, 12, 36. Hoc sensu usus et Owenus, acutus epigrammatum scriptor: « Con« iugio esse iugum non intolerantius « ullum ».

Intra gloriam facinus Horatii (h. e. minus gloria), I, 3, 5.—*intra* pudicitiam Augusti pulchritudo Cleopatrae, IV, 11, 9. Sic Quintil., XI, 3, 6: « Scripta Hortensii *intra* famam sunt,

h. e. minora fama ». Vtitur eleganter Thuanus, ubi de Tartaris Praecopiensibus dicit, « eo cibo et potu uti, non « modice tantum sed intra modum ». Vtitur et Lipsius, de M. R. III, 4: « Gladii certe breviculi, et valde in- « tra pili modum ». Qui tamen in eadem voce Senecam, de Benef. VI, 32, 1, corrigit. Sed rectius, si quid video, exponit Berneccerus, « intra pudici- « tiae maledictum », quum nondum adbuc publice male audiret; quod etiam velle videtur Gruterus Suspicion. VIII, 10: « Sic intra pubertatem mori, est « nondum puberem mori »; Caio Inst. II, 4, 3. Horat. ad Pisones: « Intra « spem veniae cautus ».—*intra* ripam (h. e. in citeriore ripa), III, 10, 14. Sic Ovid., Trist. II, 127, voce *citra* utitur.

Intremiscere, IV, 3, 8.

Introisse victoria fuit, II, 7, 11.

Inultum cadere, more pecudum, III, 3, 18. Sic in Sallust. Catilin. LVIII, 11: « Cavete, ne inulti animam amit- « tatis; neu capti potius, sicuti pecora, « trucidemini ». Iosephus, XIII, 21, vertit: ὑπὸ ἐχθρῶν δίκην βοσκημάτων κόπτεσθαι. — non *inultum* occumbere solatio morientibus, III, 3, 18; III, 21, 20.

Inundatio sanguinis, I, 13, 17.

Inusitata maxime terrent, I, 18, 6. Hoc vult Parmenio apud Curtium, IV, 13, 5: « Vanis et inanibus mili- « tem magis, quam iustis formidinis « caussis moveri ». Vide Plut. Mario, cap. 23; Iustinum, XI, 9, 7. Caes. Civ. II, 4.

Invadere hostem (pro aggredi), I, 16, 7; IV, 2, 95.—Vrbem, I, 13, 14; III, 20, 11.—maria, III, 6, 1. — *invadere* significat, aliquid vi aut fraude occupare; sic, *invadere* gubernacula Vrbis, I, 6, 1.—regnum, I, 8, 1.—regnum et bellum, II, 14, 3.— rempublicam, IV, 2, 11.

Invehi in fugientem (pro persequi fugientem), IV, 2, 84.

Invenire quosdam, quam vincere, maior labor, II, 3, 4.—*invenire*, pro offendere, III, 10, 7.

Invictus armis pop. Romanus, III, 1, 2.—*invicta* Caesarum fortuna, IV, 7, 10.—Cimbrorum rabies, III, 3, 5. —Numantia, II, 18, 2.—*invicti* a veris regibus Romani, ab imaginario superantur, II, 14, 4.

Invidia deum, I, 13, 1. Sic Curtius, VI, 2, 19, et X, 5, 10.—fortunae, IV, 2, 1. *invidia* vicit clementiam Caesaris, IV, 2, 92.—*invidia* ex potentia, IV, 2, 8.—*invidia* pro odio et mala existimatione, διαβολή, Dionys. in Excerpt. Vales. pag. 533, Cic. Ep. Fam. VIII, 8, 4, ita, « sub exteri regis invidia gras- « santur Cilices », III, 6, 2. H. e. regis nomen praetendunt, eique invidiam concitant. Sic Tutores « regis sub aliena « invidia regnasse » est apud Livium XXIV, 25, 2; « Invidia regnate mea » Lucan. lib. VII, v. 269; « Diocletia- « nus severitatem suam aliena invidia « voluit explere » Hist. Miscella, X, 44. Sic Arnob. lib. I: « Vt inter As- « syrios et Bactrianos, etc. dimicare- « tur, invidia nostra haec fuit? »— *invidiam* extenuare, III, 18, 1.

Invisus, pro numquam viso, IV, 12, 27.

Invitat occasio, III, 5, 4.

Invius exitus, III, 20, 4.—saltus, I, 17, 3.—*invii* tumuli, III, 10, 22.

Involvere, pro corripere, complecti, trahere; sic, bellum Tarentinum totam fere Italiam una ruina *involvit*, I, 18, 1.—Mithridates totum Orientem sua ruina *involvit*, III, 5, 21.

Ionium mare, II, 7, 1; II, 15, 1.

Ipse, fere emphaticum est, ut in bis: ipse ille, IV, 2, 1. Sic Cic. ad Atticum, II, 1: « Me illum ipsum vin- « dicem aeris alieni ». Sic emendandum putabam in Iustino, V, 4, 11:

» Ipsos illos deos gratulantes tulere » obviam, quorum execrationibus erat » devotus ». Item in Seneca, ad Marciam cap. 11: « Ipsis illis (non illam) » hostibus cum veneratione et pace » mutua prosequentibus ». Sic Tacit. I, 43, 5: « Iisdem istis cum militibus ». Apulei. Apolog. « Eamdem » illam filiae suae machinam Rufinus » admovet ». — *ipso* adventus hostici nuntio fugatur Antiochus, II, 8, 10. —*ipso* Punici maris nomine quidam deficiunt, II, 2, 17. Quo loco etiam *Punico* legitur; utrumque defendi potest: prius est, ut illud Sidonii, Epist. VIII, 12: « Quamlibet sola hie» malium mensium nomina tremas ». Posterius, ut illud Ovidii, Epist. XIII, 53: « Ilion et Tenedos, Simoisque, » et Xanthus, et Ida, Nomina sunt » ipso paene timenda sono ». Sic Nazarius Paneg. cap. XVIII: « Quid me» morem Bructeros: quid Cheruscos, » Vangionas, Alamanos, Tubantes? » Bellicum strepunt nomina, et imma» nitas barbariae in ipsis vocabulis ad» hibet horrorem ». Sic noster Flor. III, 10, 20: « Nomine ad terrorem composito ». Hieron. tom. IX, pag. 174, A: « Portenta magis quam nomina ». — *ipsorum* etiam barbarorum Mysi, IV, 12, 13.—*ipsa* beneficiorum potentis gravis liberis, IV, 2, 92.— *ipsa* clades imperatoris sacramentum auget, IV, 2, 65.—in *ipsa* morte ira vivit, I, 18, 17.

Ira vivit in ipsa morte, I, 18, 17. Idem expressit Silius fine libri quinti: » Fronte minae durant, et stant in » vultibus irae ». Sic de Catilina Sallustius: « Ferociam animi quam ha» buerat vivus, in vultu retinens ».— *irae*, pluraliter, II, 15, 8.

Ire in arma, IV, 5, 2.—in sudorem (pro resolvi), II, 4, 2.—furor isset ultra Alpes, IV, 1, 9.—*itum* est, I, 9, 8.

Irrigari, pro vegetari sanguine digesto, I, 23, 2.

Isara (fl), III, 2, 4.

Isavricvs (cognomen Servilii), III, 6, 5.

Isavrvs (urbs), III, 6, 5.

Ita (iurandi formulis inservit), I, 1, 18.

Italia subacta, I, 26, 9.—contra urbem consurgit, III, 18, 5.—*Italiae* vastatio, II, 6, 8.— *Italia* sua contenti debuerant esse Romani, III, 12, 6.

Italorum rebellium duces, III, 18, 6. Quibus adde *Duillium* ap. Frontinum, I, 5, 17; *Guttam Capuanum* apud Appianum, Civ. I, p. 405; Statium, apud eumdem, Civ. 4, p. 603

Iter aperire ad victoriam, I, 14, 3. —in Italiam, II, 6, 4.—adgubernare pedibus, III, 5, 16.—stellis sequi, III, 5, 28.

Ivlvs Albam condit, I, 1, 4. Idem diceret Arnobius, lib. II, si per correctores liceret. Verba sunt editionum: « cuius socer Latinus fuit? Æneae: » genitoris Latinus cuius? Albani op» pidi conditoris ». Cui dubium esse potest, quin scripserit auctor: *Genitor is cuius?* ad quod *is* imperiti notarunt *Latinus*, quasi de eo loqueretur, non de Ænea: quae glossa solenni librariorum more deinceps in contextum recepta est: et quod aliis videretur sensus turbatior, duae voces coniunctae.

JAC JAN

Jacere (de regione dictum, h. e. sitam esse), III, 5, 1.

Jactari laboribus et periculis, Praefat. 2.

Jaculari, pro iacere, mittere, panes, I, 13, 16.—se in tela hostium, I, 14, 4.—signum in hostes, I, 11, 2.

Janicvlvs mons, I, 25; III, 21, 13;

justa arma apud Tacit. XIV, 32, 4; quae *militaria* sunt Sallust. Cat. LVI, 3; apud eundem Tacitum etiam reperitur *justus exercitus*, Hist. IV, 21, 2; id est, plenus. Sic Noster, III, 20, 7.

Jvtvrnæ lacus, II, 12, 16.

Juvenis appellatur Augustus intra vicesimum annum, IV, 4, 1.—*juvenis* (pro homine quadraginta annorum), IV, 8, 4.—*juvenes* opportuni injuriae, IV, 4, 2.

Jvventivs praetor vincitur a Pseudophilippo, II, 14, 4.

Juventa imperii, Praef. 7.—*juventae* prima fax, I, 1, 5. pro primo impetu fervoris juvenilis.—*juventa* (aetas est), I, 7, 7. Videas centuriam epist. philolog. editam Francofurti anno 1614, epistola 36, quae quidem est Hermanni Buschii.

Juventas, pro dea juventae, I, 7, 7. pro aetate, II, 1, 1. Dio, pag. 611 C.

Juventus (pro juvenibus), divisa per tribus, I, 1, 15.—mirum in modum exercita, I, 3, 2.—Capitolium defendit, I, 13, 13.

LEV LAT

Labienvs (T.) IV, 2, 83.

Labienvs (superioris filius), IV, 9, 3.

Labor ventorum, IV, 11, 5.

Laborare, pro periclitari, I, 12, 11.

Lacedæmon (urbs), II, 2, 23.—compescitur, II, 7, 12.

Lacedæmonii Tarenti conditores, I, 18, 2 et 6.

Lacerare semet bellis civilibus, II, 19, 4.—*lacerare* furtis hereditatem, IV, 1, 2.

Lacertos movere, pro convalescere, Praefat. 8.

Lacerae comae, I, 1, 14.

Lacessentibus causis, II, 17, 5.—finitimis, I, 9, 6.

Lacones trecenti, II, 8, 11. Admonent hi loci apud Senecam, Suasor. 2, ibi Victor Statorius: « Trecenti, « sed viri, sed armati, sed Lacones, « sed ad Thermopylas. Nunquam vidi « plures trecentis », lege *trecentos*; et hoc est, quod decentissimi generis stultam sententiam vocat Seneca. Pluribus exponerem τὸ γνήσιον huius lectionis, si modus instituti caperet.

Lacus Maeotis, III, 4, 6.—Regilli, I, 11, 2.—Vadimonis, I, 13, 21.

Laevus: a *laevis*, III, 2, 2.

Lævinvs (M. Valerius) cos. II, 6, 25. —Philippum vincit, II, 7, 6.

Lamponivs (Samnis), III, 21, 22.

Lanceae Cimbrorum, III, 3, 16.

Lancia (urbs), IV, 12, 56.

Lapidare, lapidibus obruere, I, 22, 2.

Lapidatio (coniectio lapidum), III, 8, 6.

Lapis pro milliari, II, 6, 56.

Largitio bellorum gladiatoriorum caussa, III, 12, 10.—*largitio* Drusi, III, 17, 6.—*largitione* suspectus Maelius, I, 26, 7.—nulla *largitione* in pretium libertatis corrumpi, I, 26, 6. Largitio igitur tum ad alias quoque liberalitates pertinet; tum in specie ad editiones gladiatorii muneris, aliorumque spectaculorum. Quamvis Agretius distinguat, « largitatem humanitatis « esse; largitionem ambitionis ».

Lars Tolumnius, rex Veientium, I, 12, 9. Vide Val. Max. lib. X.

Lasthenes Cretensis, III, 7, 6.

Late circumfert arma pop. Romanus, Praefat. 2.—*late* per Etruriam infesta signa volitant, I, 17, 2.

Late fusus exercitus, II, 16, 5.—*late* fundis civium Romanorum tenetur Sicilia, III, 19, 3.—*late* concurritur ad nomen Marii, III, 21, 11.—*late* Parthos caedit Ventidius, IV, 9, 5.—*late* domantur Liburni, II, 5, 4.—*latius* naufragia sua trahunt Galli, I, 13,

Vrbis praesidium relinquitur, IV, 7, 5.

Levcas insula, IV, 11, 4.

Levcates mons, IV, 11, 4.

Levare, pro estollere, altiorem facere. Sic, hiems altius levat Alpes, III, 3, 11. Vide etiam *Hiems*.

Levis armatura, IV, 2, 49.—*levia* praesidia, IV, 2, 18.

Lex Sulpicia, III, 21, 6.—*leges* agrariae, III, 3, 3; III, 13, 1.—Augusti, IV, 12, 65.—frumentariae, III, 13, 1.—Gracchanae, III, 16, 1; III, 17, 1 et 6.—iudiciariae, III, 12, 9.—*leges* Rom. a Graecia allatae, I, 24, 1.—*leges* eitant nefas (h. e. facinus examinatur legibus), I, 3, 5.—*leges* ferre, iubere, III, 17, 8. *Ferre*, pertinet ad magistratus, *iubere* ad populum.—*leges* pacis (pro conditionibus pacis), II, 6, 59.

Libanvs mons, III, 5, 29.

Libellus rationes thesaurorum continens, IV, 12, 44.

Liberaliter educari, I, 6, 1.

Liberi Cererisque certamen Campania, I, 16, 4.

Liberis gravis est ipsa beneficinrum potentia, IV, 2, 92.

Libertas omnibus potior, IV, 2, 25.—*libertatis* cupidine incenditur populus iniuriis agitatus, I, 8, 7.—*libertatis* gaudium, I, 9, 3; II, 7, 14.—in *libertatis* pretium nulla largitione corrumpi, I, 26, 6.—*libertatis* vindices imperio ornati, I, 9, 1.—*libertatis* acerrimus custos pop. Romanus, I, 26, 6.—*Libertatem*, quam masime restitutam voluerunt, perdiderunt Brutus et Cassius, VI, 7, 1.—*libertatem* a dominis datam, in ipsos erigere, I, 21, 2.—in *libertatem* escipi, II, 6, 4.—ad *libertatem* vindicandam accingi, I, 9, 1.—*libertate*, a Romanis data, adversus ipsos utitur Critolaus, II, 16, 2.—pro *libertate* pugnantium cruentior pugna, III, 10, 4.—pro *libertate* arma corripere, I, 9, 6; I, 10, 1; I, 11, 5.

Libido non minus exosa, quam saevitia, IV, 12, 31.—*libido* Sexti Tarquinii, regibus imperium abrogat, I, 7, 9.—Appii Claudii decemviris potestatem, I, 24.—*libido* pugnandi (pro ardore), IV, 2, 46.—*libidines* pro congressibus Venereis, IV, 11, 2.

Libo (L. Scribonius), IV, 2, 19.—Pompeii legatus, IV, 2, 31.

Libvrna, navium genus, III, 9, 5.

Libvrni (pop.), II, 5.

Libycvm mare, III, 6, 9.

Licentiae scelus addere, II, 5, 2.

Licinivs (M. Crassus) Spartacum vincit, III, 20, 12. Vide etiam *Crassus*.

Lictoris virgae, IV, 12, 31.

Lictoriae virgae sonus, I, 26, 3.

Ligvres, assidui Rom. hostes, II, 3, 3.—*Ligusticus* sinus, III, 6, 9.

Lilybaevm (urbs), II, 2, 14.

Limen maris (pro ostio, ingressu primo), III, 6, 9.

Lingua caussidici vipera appellata, IV, 12, 37.

Liris (fl.), I, 18, 7.

Liris (urbs), I, 18, 21.

Litare sanguinem, III, 4, 2.—extis, IV, 12, 17.—*litare* Manibus occisorum, II, 5, 4; III, 18, 14.

Livivs (M. Drusus) trib. pl., III, 17.

Livivs (M. Salinator) debellat Asdrubalem, II, 6, 50.

Locus sceleris et poenae idem, II, 2, 29. Adde Val. Max. I, 1, 19; et Dionem, lib. LI, pag. 513.—*loci* fiducia resistere, II, 8, 11.—*loci* ingenium observare, II, 6, 16.—*locum* in praelio captum amissa anima corpore tegere, IV, 1, 12. Totidem verbis Sallustius.—*loco* movere urbem, II, 15, 6.—*locorum* situs ingenia format. Vide *I*.—*locis* tuti populi, II, 3, 4.

Longe illis nauticae artes (h. e. artes nauticae nihil profuerunt illis, II, 2, 8. Sic esplicat ipse Florus, II, 6, 34: « *Longe* illi triplex murus, etc., nisi « quod hactenus profuere ». Sic Virg.

Æn. XII, 52: « Longe illi dea mater erit ». Ovid. Metamorph VIII, 435 : « Ne longe tibi captus amore auctor ». Hieron. fine apologiae ad Domnionem: « Procul Epicurus, longe Aristippus ». Hinc corrigendum putem Caes. de Bell. Gall. I, 36, ubi vulgo: « Longe « ab his fraternum pop. Romani no- « men abfuturum »; putem, inquam, scribendum: « Longe iis fr. p. R. n. futurum ». Vide Lipsii notam, 480, ad Paneg. Plinii; et Livinej. in Paneg. vet. pag. 289 f. Item Ovid. Epist. XVII, 53. Sic Papin. Theb. III, 666: « Pro- « cul haec tibi mollis Infula, terrifi- « cique aberit dementia Phoebi ».

Longini (familia patricia), IV, 1, 3.

Loqui(dicitur fama), IV, 10, 7.

Lorica (pro opere) circumdati obsessi, II, 18, 13; III, 10, 25. Quid proprie sit, vide apud Vegetium, III, 28, et Lips. Poliorc. II, 2.

Lucania, II, 6, 30.—consurgit contra Romanos, III, 18, 6.

Lucani, I, 18, 1.—vincuntur a Carbone, III, 18, 13.

Lucerna: ad *lucernam* legere, IV, 2, 71.

Lucretia, I, 7, 10; I, 24, 2.

Lucrinus portus, I, 16, 4.

Luctatur, pop. Rom. cum finitimis, Praefat. 5.—domi, II, 1, 2. (*Luctari* vocat, bella, ut non magna, ita difficilia gerere, viribus nondum confirmatis).

Lucullus (L. Licinius) Turdulos vincit, II, 17, 11.

Luculi(M.us Licinius) Thraces vincit, III, 4, 6.

Lucullus (L. Licinius) Mithridatem vincit, III, 5, 2 et 17.

Lucullus (L. Licinius) vincitur a servis, III, 19, 11.

Lucus asylum factus, I, 1, 9.—in *lucis* conventus Gallorum, III, 10, 21.

Ludi (pro spectaculis) Asculanorum, III, 18, 9.—equestres, I, 1, 10. —Nemeae, II, 7, 14.—Tarentinorum, I, 18, 4.

Ludibrium calamitatem auget, III, 20, 2.—*ludibrio* hostium se eximere, III, 21, 14.—*ludibrio* esse, III, 11, 10 et 11.—haberi, III, 21, 26.—*ludibriis* foedare mortem, III, 4, 2.

Ludibundus, II, 10, 2.

Ludimagistri Falisci perfidia, I, 12, 5.

Ludus gladiatorius, III, 20, 3.

Lumen praetoriae navis, IV, 8, 5.

Luna commilitans, III, 5, 22.—*luna* quarta, I, 18, 19.

Lupa, Romuli nutrix, I, 1, 3.

Lusitani (Hispaniae populi), II, 17, 12.—Viriato duce militant, II, 17, 15. — Sertorio duce, III, 22, 1.

Lustrata quasi incendio Gallico Urbs, I, 13, 18.

Lutatius (C. Catulus) cum Poenis debellat, II, 2, 33. Alii scribunt *Luctatius*, sed illud rectum esse claret ex vers. Silii, XIII, 730: « Æquoreis « victor cum classe Lutatius armis ».

Lutatius (Catulus) Lepidum (Q.) compescit, III, 23, 6. Vide etiam C.

Luxuria, pro luxu, I, 18, 22.—*luxuria* sua debellatus Antiochus, II, 8, 10.

Luxus famem facit, III, 12, 8.—*luxu* exstinctus furor Antonii, IV, 11, 1.

Luxus, pluraliter, II, 8, 8.

Lysimachia (urbs), II, 8, 7.

Macedo, vel Macedones.—affectator imperii populus, II, 7, 2.—*Macedones*, I, 18, 27.—*Macedonum* tributarii Thraces, III, 4, 1.

Macedonia, I, 8, 6.—debellatur, II, 7;—iterum, II, 12;— tertium, II, 14. —in partibus Pompeii, IV, 2, 5.—provincia Bruti, IV, 7, 4.

Macerare hostem (attenuare et vexare), II, 6, 28.

Machinas incendere, IV, 2, 24.

Macra (fl.), II, 3, 4.

Macte, II, 18, 16.

Maeander (fl.), II, 8, 15.

Maelius (Sp.) regnum affectat, I, 26, 7. Apud Plut. Bruto cap. 2, corrupte est Μάλλιος Σπόριος.

Maeotis lacus, III, 4, 6.

Magaba mons, II, 11, 5. Totum locum ita restituo: « Quamvis sub adventum hostis, relictis sedibus, in « altissimos se montes recepissent. « Tolostobogii Olympum, Tectosagi « Magaba insederant, utrinque fundis « sagittisque acti, etc. »

Magister regis, IV, 2, 60. H. e. qui eum instituit quacumque in re. Plaut. Bacchid. III, 3, 42; Virg. Æn. V, 669: « Nec exanimes possunt retinere ma« gistri ». Statio, Silv. V, 193, *moderator* est: « Indomiti Phoenix modera« tor alumni ». Μνήμονα vocat Ptolem. Hephaestion. apud Photium, Biblioth. Cod. 190.

Magistratu se abdicare, III, 14, 5. —*magistratuum* caussa exorta seditio, I, 26, 1.

Magnanimitas ducum Romanorum, I, 18, 16.

Magnificus apparatus conviviorum, III, 12, 12.

Magnitudo apparatus exitiosa, II, 2, 35; II, 8, 17; IV, 2, 49; IV, 11, 5.—cladium, III, 19, 4.—elephantorum, I, 18, 8.—navium Antonianarum, IV, 11, 5.—Pompeii, III, 5, 2.—praedae Veientis, I, 12, 10 —Romana Praefat. 1 et 3.— eo *magnitudinis* erevit pop. Rom., ut suis viribus conficeretur, III, 12, 6.— *magnitudo* serpentis Lybici, II, 2, 20.—Tarenti, I, 18, 2.—*magnitudo* virtutis calamitatibus approbatur, II, 2, 22. *Magnitudo* igitur vel proprie sumitur, vel translate, pro potentia et praecellentia.

Magna fortuna pop. Romani, et semper in malis maior, III, 18, 13.—*magnae* indolis signum sperare semper, IV, 8, 3.—*magnum* fidei monumentum Saguntus, II, 6, 5.—*magna* nomina, ut non in usum; ita ad speciem imperii, acquisiisse, decorum, III, 12, 4.

Maiestas Caesariani nominis, IV, 4, 4.—populi, I, 9, 4.—Reguli, II, 2, 25.—Romana, IV, 2, 8.—Senatus, I, 5, 2; III, 17, 3.—*maiestas* capta (in Perseo), II, 12, 11.

Maiorum caussa parcere delinquentibus, III, 5, 10.—*maioribus* nostris ablata, non sunt nostra, I, 2, 4. Vide disputationem Jephtae adversus regem Ammon., Iudicum c. 11.—*maius* fuit imperium Rom. quam ut ullis externis viribus exstingui posset, IV, 2, 1.

Male, pro nequicquam, frustra, III, 5, 26. Pro obiter, vix, non satis; sic, *male* obrutum incendium maiore flamma reviviscit, III, 21, 9. Ita, *male viva caro*, Ovid. Met. XV, 380; et Fast. III, 102: « Male forte genus; « male focillata societas ». Suet. Aug. XVII, 1, et XXI, 2: « Nationes male quietae ». Statius, Theb. XI, 552: « Qua male iam plumis imus tegit in« guina thorax ».

Maleus sinus, III, 6, 3.—*Maleum* iugum, II, 9, 4.

Malus genius Bruti, IV, 7, 8.—*malis* augetur animus fortis, III, 5, 20.—*malis* suis maria terrasque permiscuit Sertorius, III, 22, 2.—in *malis* semper maior pop. Romani fortuna, III, 18, 13.—in ipsis *malis* beatissima Nu-

mantia, II, 18, 16.—in ipsis *malis* utcumque felix, IV, 2, 50.—hoc ei in *malis* suis indulgente fortuna, II, 14, 15.

MAMILIVS Tusculanus, I, 11, 1.

Manare, pro emanare, IV, 2, 94.

Manciniana deditio, III, 14, 2.

MANCINVS. Vide *Hostilius Mancinus*.

Mandare, pro iubere, et delegare, IV, 12, 12.—*mandare* expeditionem, sumere (ut differant), IV, 12, 48.—*mandare* sibi inferias II, 6, 8. Verbum testamentarium, de quo late Brissonius in Lexico.—*mandare* aliquid ad uxores (iubere aliquid renuntiari), III, 3, 6. Ita intelligo Tacit. H. IV, 51, 3; sic Vopiscus Aureliano, cap. 30. —*mandare* scelus insidiis (h. e. per insidias exsequi), III, 1, 4. Sic Iustinus, V, 2, 5; Anonymus, de Rebus Bellicis, pag. 87: « Vindictam suam « malis artibus commendavit ». — ultionem. Vide *V*.

Mandata morientium, I, 9, 1. Huius generis sunt *mandata de funere* apud Suetun, Aug. cap. ult. *suprema*, apud Senec. Medea, versu 451. Vide Tacit. Agric. XLV, 8; Silium XV, 791; Ovid. Fast. V, 654.

Manibus se consecrat Senatus, I, 13, 9.—se devovent Decii, I, 14, 3; I, 17, 7.—*manibus* Caesaris graves Cassius et Brutus, IV, 6, 2.—exercituum Rom. Asculi eversione litatur, III, 18, 14.—legatorum Rom. principum Illyriorum caede litatur, II, 5, 4.—Pompeii vindictam quaerit fortuna, IV, 2, 55.—Saguntiuorum parentatur, II, 6, 8.

Manifesta victoria (pro haud dubie obventura), II, 7, 7. Sicut e contra apud Ovid. Metam. XV, 577: « Tyrrhenae « gentis haruspex magna quidem re- « rum molimina vidit in extis, Non « manifesta tamen ».—*manifesto* vulto esse (h. e. vultu aperte prae se ferre), IV, 2, 83.

MANILIVS (Manius) cos. Carthaginem oppugnat, II, 15, 7.

MANILIVS praetor vincitur a servis, III. 19, 7.

MANLIVS (M. Capitolinus) Capitolium fortiter defendit, I, 13, 13.—ab arce Tarpeia deiicitur, I, 26, 8.

MANLIVS (Cn.) vincitur a Cimbris, III, 4.

MANLIVS (T. Torquatus), I, 13, 20. —filium occidit, I, 14, 2.

MANLIVS (Cn.) vincitur ab Histris II, 10, 2.

MANLIVS (Cn. Vulso) Gallograecos vincit, II, 11, 2.

MANLIVS Catilinae socius, IV, 1, 8.

MANNIVS trib. mil, II, 2, 17. (Mannii alias dicuntur indecori vultus personae, quibus pueri terrentur; vetus Scholiastes ad Pers. VI, 56. Ita forte cepit Augustus in nequissimo illo suo epigrammate).

Manubiae armorum, II, 18, 6.—captarum urbium, I, 7, 8.

Manus dextra Crasso amputata, III, 11, 11.—*manus* porrecta salutantibus, III, 21, 16.—*manum* iniicere, III, 14, 5; IV, 1, 9.—*manu* sua aliquem occidere, I, 10, 8.—quadam quasi *manu* repellere hostem, III, 5, 9.—quasi una *manu* facta strages, IV, 2, 49.—conserere, pro confligere, II, 18, 3.—*manu* restituere praelium (h. e. pugnando), III, 10, 4. Sic, manu pulcher apparuit Augustus, IV, 4, 5.—*manus* amputatae caussarum patronis, IV, 12, 37.—*manus* abscindere, III, 4, 7.—*manus* quasi amputantur ademtis armis, II, 18, 4.—*manus* iungere (amicitiae signum), IV, 6, 3.—inter *manus* lacerata praeda, III, 19, 12.—inter *manus* laniatus Baebius, III, 21, 26.—*manibus* amnem retinere, III, 3, 12. —*manibus* suis ad necem non usi Cassius et Brutus, IV, 7, 15.—*manibus* et suis, et ipsorum, Saguntum evertit Annibal, II, 6, 4.—*manus*, pro copiis, exercitu, globo, I, 12, 1; III, 3, 19; III, 10, 11, III, 14, 4 et 6; III, 15, 4

et 5; III, 21, 13; IV, 2, 33 et 58; IV, 10, 3.—*manus*, pro vi, bello, armis; sic, manu capta matrimonia, I, 1, 10. —Latini Tarquinios *manu* reducunt, I, 11, 1.—Antonius coniurationem Catilinae *manu* opprimit, IV, 1, 5. Sic Tacit. Germ. XXXVI, 2: *Vbi manu agitur*. Sallust. Iug. XXXI, 13: *Non manu, neque vi*.—*manus* pro potestate; sic, in manus alicuius incidere, II, 8, 4. —venire, IV, 12, 38. Ita priuc. inst, de libert. « Quamdiu quis in servitute est, « manui et potestati suppositus est ». Hinc *manumissio* dicta: « Omnia ma- « nu a regibus gubernabantur », lib. II, de O. J. Sic apud Livium, XXXIV, 7, 8: « Minus filiae, uxores, sorores, « etiam quibusdam in manu erunt ». —*manus* ferreae (machinae a comprehendendo, quod manuum officium est, dictae), II, 2, 9. Lucan. III, 635; Hieron. Epist. III, 3.

Marcellinvs, Pompeii legatus, III, 6, 9. Videtur autem hic iungendus Lentulo, et unum ex iis faciendum corpus. *Marcellinus* enim *Lentulorum* cognomen est; et Appianus, de bell. Mithrid. pag. 236, Africam Lentulo *Marcellino* tributam affirmat. An legendum videatur in nostro: « Lentu- « lus Marcellinus Libycum et Ægyp- « tium, etc. »

Marcellvs (M. Cl.) opima reportat, II, 4, 5.—cos., II, 6, 25.—Annibalem vincit, II, 6, 29.—Siciliam recipit, II, 6, 33.

Marcellvs (C. Claudius) cos., IV, 2, 15.

Marcellvs, diminutum a Marco, I, 3, 8. Plutarchus tamen, in vita Marcelli, a Marte derivat.

Marcivs (C. Coriolanus), I, 11, 9. —patriam oppugnat, I, 22, 3.

Marcivs (Q. Philippus) cos. bellum cum Perse gerit, II, 12, 4.

Marcivs (L. Philippus) cos. bello sociali, III, 18, 8. Vide etiam *P*.

Marcivs (C. Figulus) Dalmatas vincit, IV, 12, 11.

Marcomanni (pop.), IV, 12, 23.

Mare Adrianum, Adriaticum, Ægaeum, Africum, Ionium. Vide suis quoque locis. —*mare* externum (pro Oceano Atlantico), IV, 2, 76. Plut. Caes. cap. 17, est ἡ ἔξω θάλασσα. Vide etiam *Intestinum mare*.—*mare* hospitale (pro placido et portuoso), I, 16, 4.—velis opertum, II, 8, 2.—*maris* otia, portus, I, 16, 4.—gemitus, IV, 11, 5.—*mare* praecludunt piratae, III, 6, 1.—*maria* revomunt spolia, IV, 11, 7.—*maria* piratica rabie corrumpunt Baleares, III, 8, 2.—*maria* prius Oceani, quam arma Romana, montes suos ascensura credunt Hispani (proverbialis locutio), IV, 12, 49.

Margaritae Indicae, IV, 12, 62.

Mariana rabies, IV, 2, 2.—tempestas unde, III, 12, 11.

Maritimus triumphus (pro navali), II, 2, 9.—*maritimum* quasi Vrbis hospitium Ostia (h. e. quod mari venientia reciperet), I, 4, 3.—*maritima* (subaudi loca), IV, 12, 51.

Marivs (C.), III, 5, 4.—Iugurtham vincit, III, 1, 13.—Cimbros, III, 3, 14. —nobilitati semper inimicus, III, 16, 1.—decus saeculi sui, III, 21, 2.—multos claros viros occidit, III, 21, 13.

Marivs iuvenis cos., III, 21, 20.

Marivs eius frater, III, 21, 26.

Marmaricvs (qui Marmaridas vicit), IV, 12, 41.

Marmaridae (pop.), IV, 12, 41.

Marmoreus portus Syracusis, II, 6, 34.—*marmorea* arx, turres, moenia, portus Cyzici, III, 5, 15.

Mars, pater Romuli, I, 1, 1. Vide diversas sententias in libello de Origine pop. Romani, cap. 19.—contendere *Marte* aequo (h. e. neutro inclinante victoria), IV, 2, 48. Sic, ancipiti, IV, 2, 47.—pari, IV, 2, 80.

Marsi (pop.), III, 18, 6.—vincuntur a Gabinio, III, 18, 13.

Martius populus (h. e. Romanus; propter Romulum Martis filium), III, 3, 2.

Masinissa (Numida), II, 15, 3. —avus Iugurthae, III, 1, 3.

Massicus (mons), I, 16, 5.

Massilia (urbs), III, 2, 3.—capitur a Caesarianis, IV, 2, 25.—*Massiliae* moritur L. Caesar, IV, 12, 42.

Massiva (Numida), III, 1, 8.

Mater Servii serva, I, 6, 1.—*mater* Italiae Roma, III, 18, 5 —urbium Cydonea, III, 7, 4. Sic Graecis est *metropolis*, caput provinciae Solin. cap. XXXVIII, de Cilicia: « Matrem urbium habet Tarsum ». Adde Marcellin. XVII, 13. Tales urbes etiam *matrices* appellat Vlp. lib. IV, §. 5, de Off. procos. *matres provinciae* Impp. lib. unic. C. de Metrop. Berypto, lib XI. Ad eum modum dicuntur et *Metrocomiae* tit. Cod. « Ne liceat habitare Metrocomias ».

Matrimonia, pro uxoribus, I, 1, 10. Sic apud Iustinum : « Matrimonii foedus generi socerique concordiam tenet » IV, 2, 13 —*matrimoniorum* caussa exorta seditio, I, 25.

Matrona, I, 7, 10.—*matronae* Carthaginienses comas in tormentorum vincula conferunt, II, 15, 10.

Matura mors, pro opportuna, III, 17, 9.—victoria (pro celeri), II, 20, 7.

Maturitas (pro constanti aetate) Praef. 7.

Mauri (pop.), III, 1, 12.—*Maurorum* equitatus, IV, 2, 34.—rex, Iuba, IV, 2, 65. — de *Mauris* triumphus Caesaris, IV, 2, 89.

Mauritania, IV, 2, 65.—*Mauritaniae* et Hispaniae litora in unum vergentia, IV, 2, 76.

Mausoleum, IV, 11, 10. Ita dictum fuit sepulcrum Mausoli, de quo Plinius, XXXVI, 5; quae appellatio postea ad alia quoque regis sepulchra transiit, ut apud Sueton. Vesp. XXIII, 9: « Est Mausoleum Caesarum ». Vide Pausan. lib. VIII, pag. 482, 20. Ad eam formam etiam Ἀντωνινεῖον est in Eclogis Dionis per Fulvium Vrsinum editis, pag. 419. Vnde haud dubia redditur Bernecceri lectio, in Suet. Aug. XVIII, 1: « Num et Ptolemaeum inspicere vellet ».

Maxima civitas minimae domus diligentia contenta, I, 6, 3.

Maxime, quum *maxime*, tum *maxime*, II, 16, 3. Vbi citatus homo doctus, multis exemplis ostendit vocem *quum maxime* usurpari auctoribus, pro tum temporis, ad praesens. Adde Livinej. in Paneg. Mamertini, cap. 22, quod equidem non inficias eo: hoc tantum putem, non perinde omnia, quae secus in auctoribus scripta occurrunt, reformari posse: quum etiam, *tum maxime* non absurde dici, ratio et exempla demonstrent: quorum afferemus, in quibus nulla tam facilis occasio corruptionis fuit, h. e. ubi coniunguntur particulae istae, *tum quum maxime*. Sic Livius, XL, 32, 1: « Castra amissa esse, et tum quum maxime ardere ». Curt. V, 7, 2: « Hoste et aemulo regni reparante tum quum maxime bellum ». Vbi etiam significatio abit, et *quum maxime* valet, quam maxime, summis viribus. Potest igitur defendi Flori lectio: « Ordinanti tum maxime Macedoniam ». Quid enim illud *maxime* impediat, quo minus idem sit sensus, qui apud Tacit. V, 10, 6: « Is Macedoniae tum intentus, Achaiam, quoque curabat ». Etiam apud Livium, XXX, 33, 13: « Quum maxime haec imperator, etc., ageret ». Non haec omnia possunt nisi nostra ex sententia intelligi.

Medicamina impura (pro venenis), II, 20, 7. Sic Graecis interdum φάρμακον accipitur.

Minus desinere, pro desinere tantum, III, 17, 9.—*minus* est (parum est), III, 21, 24; IV, 1, 3.—*minus* admirabilior, IV, 2, 47. Hac pleonasmi forma *magis gratius*, Iustinus XII, 11, 2. « Magis suspensiore animo » Hirt de B. Af. c. XLVIII. « Ferocius « magis quam consultius » Ammian. Lindenbrog. p. 207, 7. *Magis clarior* idem, III, 2, 7, et lib. fin. C. de iure dom. impetr. « Avarius magis quam iustius », Sex. Rufus ubi de Cypri possessione. Cuiusmodi exempla plurima collegit Vechnerus, Hellenolexias lib. I.

Mirabilis exitu contentio, I, 3, 4.

Mirmillo, III, 20, 12. De hoc gladiatorum genere exacte Lipsius, Saturnalium, II, 10.

Mirum in modum (pro valde, optime), I, 3, 2.—*mira* dictu res, I, 1, 11. —*mira* visa Faliscis fides Camilli, I, 12, 5.—*mirae* magnitudinis serpens, II, 2, 20.—*mirum* dictu, II, 1, 2.

Miscere ingenium Graecum Italicis artibus (h. e. probe temperare), I, 5, 1. Sic Tacitus, Agr. IV, 4, Massiliam vocat « locum Graeca comitate et « provinciali parsimonia mistum, ac « bene compositum »

Misenus portus, I, 16, 4.

Miser Annibal, II, 8, 6.—imperator Marius III, 21, 11.—*misera* Hispania inter Rom. duces discordiae poenas dat, III, 22, 8.—*miserae* civitates inter hos et illos duces societatis Rom. poenas dant, IV, 2, 77.

Miserabilis strages, III, 11, 8.—*miserabile* funus, III, 18, 12.

Missio: sine *missione* pugnare, I, 11, 5; III, 20, 11. Ita Seneca, de Ira, I, 16, 11: « C. Caesar ad pugnam vo- « cavit Iovem, et quidem sine mis- « sione ».

Mithridates (Ponticus), III, 5, 1; III, 21, 6.—classe iuvatur a Sertorio, III, 22, 4.

Mithridaticum bellum, III, 5.

Mitigare, pro mollire, effeminare; III, 3, 13.

Mittere pro iacere, ingerere, I, 17, 6; IV, 12, 5; pro demittere, II, 6, 9; pro dimittere, I, 16, 10.—*mittere* decimas, I, 12, 10.—in auxilium, I, 3, 6.—Poenis Xanthippum *mittit* Lacedaemon, II, 2, 23.—*mittere* bellum in compendium (h. e. demandare paucioribus), I, 3, 3.—*mittere* deditionem suam ad aliquem (h. e. legatos de deditione), III, 7, 5.—hostes sub iugum, I, 11, 13; I, 16, 11.—vocem (pro emittere, eloqui), IV, 10, 7.

Modestia Curinii, IV, 12, 41.

Modii anulorum, II, 6, 18.

Modulatissimus cantus, II, 7, 15.

Modus (pro forma, effigie rei); sic serpentum in modum discolores vittae, I, 12, 7.—mirum in *modum*, I, 3, 2.

Moenia incendere (h. e. urbes), III, 10, 2. Vide etiam *I*.

Moenius (C.) Antiates vincit, I, 11, 10.

Moles belli, II, 6, 49; II, 8, 3.—tota belli, III, 10, 24.—tota certaminum, I, 17, 13.—ingentis exercitus, IV, 2, 58.—regni, III, 5, 11.—*mole* tota (h. e. omnibus viribus), II, 6, 55. *Moles* proprie videtur accipi pro ingenti opere ex terra, saxo vel materia exstructo; sic, *mole* iungere regionem, II, 2, 2. Quomodo et apud Curtium, IV, 2, 16, etc., in simili coepto Alexandri semper *moles* dicitur. Sic Hirt. de B. Afr. cap. XXVI: *Moles iacere* in *mare*.

Moliri arma, IV, 4, 3.—aedem (pro incipere aedificare, fundamenta iacere), I, 7, 7.

Mollis regio (pro miti, temperata), III, 3, 13.—Sic, molle caelum, I, 16, 4; IV, 12, 27.

Momenta trium temporum (quasi diceres puncta), II, 15, 2.

Monarchia praeferenda aliis rerump. formis, IV, 3, 6.

Monumentum fidei Saguntus, II, 6, 4.—victoriae pulchrius, stans urbs, quam incensa, IV, 12, 57.

Mons. Montes: Albanus, Alpes, Aventinus, Capitolinus, Caucasus, Ceraunii, Chaonum, Falernus, Gaurus, Haemus, Insani, Ianiculus, Leucates, Libanus, Magaba, Massicus, Medullus, Olympus, Pyrenaei, Quirinalis, Rhodope, Sacer, Sypilus, Taurus, Vesuvius, Vinnius. Quaere suis quosque locis.—*mons* saxeus, III, 1, 15.—*montes* amicti vitibus, I, 16, 5.—invii perfossi, II, 8, 2.—*montium* fiducia rebellatur, IV, 12, 59.—*montibus* deducti hostes, IV, 12, 52.

Monstra virtutum, I, 10, 8. (h. e. tam rarae virtutis specimina, ut pro monstris haberi queant: sic, *miraculum audaciae* dicit Livius. de Coclitis facto loquens, II, 10, 5.

Monstrum (pro ostento, omine), I, 7, 8

Mora bellorum sociis gravis, IV, 2, 43.—*mora* securitatis publicae (h. e. per quem stat, ne reducatur), IV, 9, 1.—*mora* non est (h. e. statim), III, 8, 1.

Mora (h. e. diuturnitate) corrumpitur potestas, I, 9, 2.—*mora* communere hostem (h. e. cunctando, bellum trahendo), II, 6, 28.—*mora* ignium (h. e. duratio incendii), II, 15, 18.—*moras* nectere, pro cunctari, morari, IV, 2, 42. Vide Savaronem, ad Sidon. Epist. IX, 13.

Mori iussi, III, 21, 25.—*mori* per singula membra III, 21, 26.—*moriuntur* etiam oppida, I, 12, 11. « Mors etiam saxis marmoribusque venit ». Sallust. Iug. II, 3, et de Rep. I, 31.

Moribundus, I, 23, 2.—*moribundae* manus, IV, 2, 72. Sic forte *moribundi dentes*, apud Curt. IX, 1, 33.

Morientium imprecationes, II, 6, 8. Sic Amytis moriens Cambysen exsecratur; nec frustra, ex Ctesiae Persicis, cap. 11.—mandata, I, 9, 1. Vide etiam *Mandata*.—*morientium* bestiarum morsus quam maxime mortiferi, II, 15, 13.

Morini (pop), III, 10, 6.—*Morinus* portus, III, 10, 16.

Morituri epulis expleti, II, 18, 12.—pretiosissimis vestibus induti, IV, 11, 11.—*morituris* non permissa pugna, II, 18, 13.

Mors Cimbrarum speciosa, III, 3, 17.—Pompeianorum non inconspicua, IV, 2, 67.—digna viris (h. e. quae strenue pugnantibus obvenit), III, 20, 14; —eadem appellatur *pulcherrima* IV, 1, 13.—voluntaria suppliciorum metu, III, 19, 11.—*mortem* laetum accire, dignum sapiente, IV, 2, 70.—ultra *mortem* patere (de vulneribus dictum, h. e. altius latiusque adacta esse, quam requireretur ad inferendam mortem), II, 7, 9.—in ipsa quoque *morte* lacerari, III, 16, 6.—*mortes* regum occultatae, I, 6, 2. Adde exemplum Herodis apud Iosephum, XIII, 10, et Ioannis, regis Congi, apud Osorium, lib. III, lib. 79.

Morsus morientium bestiarum quam maxime sunt mortiferi, II, 15, 13.

Mortiferi morsus, II, 15, 13.

Mortuus: in *mortuorum* honorem parcere delinquentibus, III, 5, 10.

Mos, pro consuetudine; sic, more belli cremantur arma captiva, IV, 12, 9. Pro exemplo. Vide Servium ad Æneid. VII, 377; sic, nullo bono *more*, IV, 6, 4;—pro institutis, etiam legibus: sic, *more* maiorum consulatum petere, IV, 2, 16.—*more* etiam valet, instar; ut, more anguium, III, 5, 24. II. e. ut solent angues: sic, more fluminis, IV, 2, 63.—gladiatorio, III, 21, 1.—ignium, II, 2, 1.—pecudum, I, 11, 13.—(et) in *morem* pecudum, III, 8, 6.—*mores*, pro institutis bonis sive

malis: sic, mores saeculi opibus atque divitiis affliguntur, III, 12, 7. — ipsi imperii *mores* in Scauro expugnantur, III, 1, 5. Quod dictum est, sicut illud Petronii, carmine de Bell. Civ. versu 48: « Non homo victus erat; sed in uno « victa potestas, Romanumque de- « cus.... »—Pro indole, ingenio, et fatis inde profectia; sic, *moribus* suis domiti ferocissimi hostium, III, 4, 7. —ex *moribus* cognomen datum Tarquinio, I, 7, 1.

Mosa (fl.), IV, 12, 26.

Mosvla (fl.), III, 10, 14.

Motus Rom. domestici, III, 12, 14.

Movere dicitur, qui cum exercitu proficiscitur, quod castra moveat, II, 8, 8.—*Movere* etiam de tempestate dicitur; sic, in Hispania se movit Punici belli tempestas, (h. e. coepit in Hisp.) II, 6, 9.—repetitione Lysimachiae, veluti sidere, *mota* Asiatici belli tempestas, II, 8, 8.—*movere* agris (pro pellere), III, 14, 6.—urbem loco (pro transferre, in alium locum), II, 15, 6. —*movere* res (pro turbare), III, 17, 9. —Sic, movetur Thessalis, IV, 3, 3.

Mvcivs (C. Cordus Scaevola) eius virtus, I, 10, 5.

Mvcivs (Q. Scaevola) pontifex, III, 21, 21.

Mulieris imperio perire, indignum, II, 5, 3.—*mulierum* Cimbrarum feritas, III, 3, 17.—item Alpinarum, IV, 12, 5.

Multare aliquem exultatione, I, 22, 3.—morte, I, 26, 7.—cupiditas Crassi strage exercitus *multata*, III, 11, 2.

Multus (pro assiduo, diligente), IV, 2, 50. Ita Ovid. Trist. IV, 10, 128: « In toto plurimus orbe legor ». Sallust. Iug. XCVI, 3: « Ad vigilias multus esse ». Et LXXXIV, 1: « Tum vero « multus atque ferox instare ». Cic. Offic. II, 18. « Multus in laudanda ma- « gnificentia ». Nazar. in Paneg. Constant. c. 26: « Saevissimo hosti multus « instares ». Vide Dousae Praecid. in Arbitr. III. 1.—*multam* esse caedem non decet, etiamsi iusta sit, IV, 6, 6.

Mvlvcha (urbs), III, 1, 14.

Mvmmivs (L.) Achaeos vincit, II, 16, 4.

Mvnda (urbs), IV, 2, 87.—obsidetur, IV, 2, 85.—non ostenditur in triumpho Caesaris, IV, 2, 89.

Munerator, qui munera edit, III, 20, 9. Augustus, apud Quintilian. VIII, 3, 22, *munerarium* primus dixit; quo vocabulo deinde usus Seneca, Controv. IV, procemio epit.

Municipalia prodigia, III, 18, 6. Vide *P*.

Municipia Italiae splendissima sub hasta vendita, III, 21, 27.

Munitiones novae urbis sanguine Remi consecratae, I, 1, 8.

Munus gladiatorium (pro spectaculo), III, 3, 21.

Murmur freti, II, 8, 9.

Murus triplex Carthagine, II, 15, 11.—Syracusis, II, 6, 30.— Nullus Numantiae, II, 18, 2.

Mvsvlanii (pop.). IV, 12, 40.

Mvtina (urbs), III, 20, 10. — obsidetur, IV, 4, 4.

Mutinense bellum, IV, 4.

Mutuo metu tenentur potentes, IV, 2, 13.—vulnere super hostem expirare, I, 10, 8.—*mutuis* viribus in suum quisque decus nititur, IV, 2, 12.

Myndvs (urbs), II, 20, 4.

Myoparones (navigia piratica), III, 6, 4.

Mysi (pop.), IV, 12, 3.—vincuntur a Crasso, IV, 12, 14;

Nabis (Lacedaemonius), II, 7, 12.

Nar (fl.), I, 15, 2.

Nascens Italia, (h. e. incipiens), II, 6, 51.

Natalis soli amor, I, 1, 5.

Natura gentium locorumque diversa, III, 10; 6.

Naufragium Romanorum, II, 2, 31. —improbam classem *naufragio* castigat Oceanus, III, 10, 17.—*naufragio* classem caedit Oceanus, IV, 2, 75.—*naufragium* belli (pro clade), IV, 11, 7.—Sic, *naufragia* sua latius trahere, I, 13, 19.—*naufragae* partes (victae), IV, 2, 64.

Nauticus populus Rhodii, II, 7, 8. Hodie in Batavos competeret.

Navale bellum, I, 11, 10; III, 10, 5.

Navalia (Ital. *arsenale*), IV, 2, 59.

Naves Antonianae, IV, 11, 5.—Venetorum, III, 10, 5. — *navium* inopia rates factae, I, 2, 32.—*naves* equi marini, II, 2, 35. In pugna ad Actium « erant Caesariani equitibus similes, « modo irruentibus, modo se recipien- « tibus, eo quod appellere subinde, ac « retro abducere naves ipsi suas tantum « poterant » scribit Dio, fine lib. L; hoc autem est, « ad similitudinem « equestris pugnae » ut noster loquitur: nempe *sumtis tergis et redditis*, ut Sallust. Incert. V, 24; aut *frontis et tergi vice*, ut Tacitus, VI, 35, 3. Sic veterum Impp. decretis equites exercebantur, « ut ad equestrem me- « ditationem interdum sequerentur, « interdum cederent ». Vegetius, I, 27. Apud Livium XXXI, 35, 3: « Cre- « didere regii genus pugnae, cui as- « sueverant, fore; ut equites invicem « insequentes fugientesque, nunc telis « uterentur, nunc terga darent ». Ex quibus intelligas, quid sibi velit idem auctor, XXII, 42, 1, quum pugnatum ad Cannas scribit *minime equestris praelii more*.

Navigare (dicitur) bellum, II, 2, 17. Vide *B.*—Sic, ordo victoriarum, II, 8, 1.

Navigium speculatorium, IV, 2, 37.

Ne quid desit, IV, 2, 52. (Ita Plin. XXXVI, 15, ubi de domo Neronis). —malis, III, 19, 6.—turpitudini, II, 19, 5. Sic Velleius, II, 26, 2: « Ne « quid usquam malia publicis deesset». Ita Iustinus.

Neapolis (urbs), I, 16, 6.

Nebulosus dies, III, 3, 15.

Nec magnus, IV, 10, 3.—*nec* opinatus, III, 5, 25.

Necessitas virtutem auget, III, 3, 8.

Nectere moras, IV, 2, 42. Vide etiam *M.*

Nefas, pro scelere, facinore; sic, *nefas* corruptae legationis, III, 1, 6.—Horatii legibus citatum, I, 3, 6.—inchoatum perficitur, III, 1, 5. Interdum cum exclamatione interiicitur orationi; ut cum socia (*nefas!*) dimicatum est, III, 19, 1; quod putabant etiam factum IV, 2, 81; minus recte.

Negationes duae non semper affirmant. Sic, III, 17, 9, minus desierunt, pro desierunt tantum; cuius rei exempla conquisivit Nonius in *duae negationes*; quomodo etiam putem defendi posse vulgatam olim lectionem Ovidii, de Arte, I, 1, 3: « Quod si nulla tibi « non si legisse voluptas ».

Negatus triumphus (non autem pernegatus), II, 11, 2.

Nemeae ludi, II, 17, 14.

Nemus Aricinium, I, 11, 8. — *nemora* odorata, III, 5, 29.

Neoptolemus, Archelai praefectus, III, 5, 8.

Nero (Tib.), Pompeii legatus, III, 6, 9.

Nertobriges, (pop.), II, 17, 10.

Nervus reip. aerarium, III, 13, 4. Haec ipsa verba a nostro mutuatur Barclaius, Arg. lib. IV, in verbis Poliarchi ad Hyanisben.

Notare nomen epistolae II, 12, 10. Vide etiam *E.*

Novacula cotem secat Tarquinius, I, 5, 4.

Novissima coninratio Galliarum (h. e. ultima), III, 10, 20.

Novissime, pro ad extremum, I, 10, 2; I, 13, 17; II, 18, 2 et 14; III, 19, 8; IV, 2, 84 et 94; IV, 10, 8. Agellius, X, 21; scribit, Ciceronem hoc verbo noluisse uti: Sed falsum eum animadvertit magnus ille Cuiacius, III observat. 36. Item Beroaldus ad Sueton Caes. LXXXIII, 3.

Novitas rei terret, II, 2, 4.

Novitas vulneris (h. e. insolentia, vulneris forma non usitata), IV, 2, 46. Sic novi generis edictum, III, 21, 3. —Nova caedes (alia praeter eam quam iam commiserat), III, 16, 6.

Nox concubia, IV, 2, 37, a concubando, quod omnia animalia tum cubent et dormiant. Ennius, « Qua Galli « furtim noctu summa arcia adorti « Concubia ».

Nvceria (urbs), III, 18, 11.—occupatur et diripitur a Spartaco, III, 20, 5.

Nudo pede sacra comitantur Vestales, I, 13, 12.—*nudum* imperii latus (h. e. indefensum), III, 5, 4. Vide etiam *L.*

Nullius, pro nullius rei, I, 26, 6.—Ita, *nullo* magis exprimi potest, III, 10, 13. Sic Horatius, in arte, versu 329: « Praeter laudem nullius avaris ». Sic etiam ullius vice usus Livius, II, 59, 3: *Nemo ullius nisi fugae memor.* Observaverat ista et Vinetus. Sic, *nullis obstantibus*, Lucan. III, 364; *Nullius incommodo*, Victor de Caesare, cap. 3. Marcellin. XVII, 12; Sen. de benef. II, 25, 1: *nullo magis Caes. Augustum demeruit.*

Nvma Pompilius, rex Romanorum, I, 2.—Ianum Geminum cludit, IV, 12, 64.

Nvmantia (urbs), I, 11, 9; II, 17, 1. —eversa, II, 18.—*Numantiae* excidium, III, 12, 3.

Nvmantini, II, 17, 13.

Numero rotundo usi auctores, Praef. I et 5; I, 12, 9. Sic Plinius, XXXVI, 15: « Nonagentorumque annorum do« ciles scrutari vias ». Et hoc quidem in collectione seu recapitulatione quadam, secus enim ubi certum aliquod factum suo tempori reddere volunt.

Numida (h. e. Iugurtha), III, 1, 15.

Nvmidae (pop.), II, 15, 3.

Nvmidia subacta, III, 1.

Numinum contumacia (de diis, Iovi non cedentibus, resistentibus), I, 7, 8.

Nvmitor, I, 1, 4.

Nvmitorivs uncia trahitur, III, 21, 15.

Nuncius cladis vix relatus, III, 11, 10. Cicero pro L. Manil. cap. 9: « Tanta « Clades, ut eam non ex praelio nun« cius, sed ex fama rumor afferret ». Livius, IV, 10, 4: *Vix nunciis caedis relictis*: et XXVII, 51, 8: « Supersint « aliqui nuncii, et hostium cladis, et « nostrae virtutis ». Iustinus, I, 8, 12: « Ne nuncius quidem tantae cladis su« perfuit ». Adde Zwingeri theatrum, pag. 512, f. 1. Paneg. Maximian. 5, f. —*nuncii* victoriae Castores, III, 3, 20. —*nunciorum* artificiosa celeritas, III, 3, 20.

Nuncupare vota in Capitolio, I, 11, 7.

Nuper (pro aliquam multis annis), IV, 12, 2. Ita Plinius, XXXV, 50: *Fuit et nuper*, h. e. ante annos plus minus decem. Nam de Neronis temporibus loquitur, cum ipse sub Vespasianis scriberet; sic Livius, IV, 15, 4. Seneca, de Benef. IV, 30, 2: « Cinnam « nuper, quae res ad consulatum re« cepit? » nuper h. e. ante annos circiter L. Cinna quippe cos. fuit anno V. C. DCCLVII. Seneca, de Benef. sub Nerone scripsisse putatur. Ita *modo* de CX annis dixit Cicero, Offic. II,

21, et de aliquot saeculis Arnobius, lib. I, pag. 7. Livius IX, 17, 6: « Si« cut magnum modo Pompeium ». At certe scripsit haec Livius annis utique aliquot post pugnam Actiacam, ut ex ipso, I, 19, 3, apparet. Sed ab ea pugna retro ad Pompeii bellum colliguntur anni XVIII. Vide etiam Bernecc. ad Iustin. XXXVIII, 6, 6: « Scias au« tem haec ita non reperiri nude po« sita, sed semper in comparatione « vetustiorum: quomodo et ea quae « reipsa magna sunt, cum maioribus « collata, parva dicimus ».

Nutare in fugam (h. e. inclinare in fugam), III, 10, 4.

Nutriti a feris, I, 1, 3. Vide etiam *Ferae*.

OBS OCC

Obducere castra hostilia vallo, IV, 2, 39.

Obequitare, IV, 2, 50.

Obligare quasi mediterraneis agris, III, 6, 14. Hoc vocabulo videtur usus, ut Plautus, Menaechm. I, 1, *vinciendi* verbo. Nam Pompeius pirstis agros dederat, quibus tolerare vitam possent.

Obliquus adversus potentes (h. e. iniquus potentibus), IV, 2, 9.

Oblitus rubigine ensis, IV, 2, 32.

Oblivionis flumen, II, 17, 12.

Obnoxius, IV, 1, 2. Ita Liv. XLII, 46, 3; Ovid. Am. II, 2, 17; vide Agellium, VII, 17; Plaut. Bacch. V, 2.

Oborta tempestas, I, 1, 17, h. e. forte exorta; hanc enim vim quandoque in compositionibus habet *ob* particula. Sic apud Livium, XXIII, 19, 10: *Obnata ripis salicta*.

Obrepere non est ex arte ducis, IV, 10, 2.

Obrogare, pro intercedere rogationi, III, 15, 4; III, 17, 8.

Obruere amnem ingesta silva, III, 3, 12. — incendium, III, 21, 9.

Obscoena contumelia (pro turpi et pudenda), I, 18, 5.

Obscuritas generis, III, 1, 13.—ad altiora nitenti obstaculo, I, 6, 1.

Observare portam, III, 6, 10. Hoc sensu *servare* est, IV, 2, 70; et apud Livium, XXIII, 19, 10.

Obsessor ipse obsidetur, IV, 2, 27,

Obsidere, pro occupare, insidere, II, 17, 4.

Obsides dati Porsenae a Romanis, I, 10, 7.—feminae, I, 10, 7.—duci iubentur, III, 21, 27.—*obsidibus* adstringere, IV, 22, 52.

Obsidio: ab *obsidione* excutere hostem, II, 6, 29.

Obsidium, pro obsidione, II, 2, 21; II, 6, 5 et 36; II, 16, 4; IV, 12, 50. Vtuntur hoc vocabulo Tacit. III, 39, 2; et Agell. XV, 21, ubi male notatur in editione Coloniensi, Agellium hoc nove dixisse. Ad eam formam est *collusium* pro *collusione*, in lib. VIII, § 1, mandati.

Obsidius, Frentanae turmae praefectus, I, 18, 7. Est autem nomen hoc quale *Auxilius*, in quem ludit Ausonius, Epigr. 128; sic *Adiutorius* est in vet. inscript. apud Gruter III, 7; *Alimentus*, apud Liv. XXI, 38, 3; *Sarmentus*, apud Quintilian. VI, 3, 48.

Obstrepere actis alicuius (h. e. ea suggillare, eorumque rescissionem suadere), IV, 2, 9.

Obstricta gemmis vestis, IV, 11, 3.

Obterere: uno praelio Pharnacem *obtrivit* Caesar, IV, 2, 63.

Obtorta gula, IV, 17, 8. « Obtorto collo in ius trahi » Hieron. Epist. II, 9.

Obundatio, fluminis, IV, 2, 27.

Occasio invitat ad facinora, III, 5, 4; IV, 1, 1. « Occasione rei bene ge-

« rendae invitatus », Epist. Liv. VIII, 9. — in *occasionem* arripere aliquid, IV, 2, 84.

Occidere (antepenultima brevi, h. e. cadere, perire), IV, 8, 1.

Occupare, pro praevenire, praecipere; sic, occupare fugam alicuius ferro, est caedere priusquam fugiat, III, 11, 9.—*occupare* manu mortem, IV, 2, 83. II. e. praecipere, priusquam inferatur ab inimicis.—Hoc sensu, *occupare* ferrum, IV, 11, 9. *Occupare* enim est priorem aliquid facere, ut explicat Cato apud Agell. VII, 3: « Id nos priores « facere occupabimus ». Sic Plin. paneg. cap. 10: « Occupavit, primusque « fecit, quod omnes facturi erant ». Ita Curtius, VIII, 6, 7: « Quum aprum « telo occupasset, quem rex ferire de- « atinaverat ». Statius Thebaid, X, 666: « I precor, accelera, ne prosi- « mus occupet Æmon. » *Occupare*, pro subito supervenire alicui, quomodo *deprehendere* dicimus, III, 10, 22. Adde Iustini Indicem, Curt. III, 1, 19.

Occurrere venienti bello, IV, 11, 4.

Oceanvs omnia cingens, I, 13, 5. —furorem civium castigat, IV, 2, 75. —classes naufragio caedit, III, 10, 17; IV, 2, 75.—*Oceani* effigies aurea in triumpho Caesaris, IV, 2, 88.—maria, IV, 12, 49.—ora, II, 17, 7; III, 6, 8.— ostium, IV, 2, 75.—cum *Oceano* maior, quam cum navibus, rixa, III, 10, 5.

Ocricvlvm (urbs), III, 18, 11.

Octavivs (Cn.) trib. pl. III, 14, 5.

Octavivs (Cn.) cos. III, 21, 9.

Octavivs (M.) Pompei legatus, IV, 2, 31.

Octavivs Caesar. Vide Avgvstvs.

Oculi caussarum patronis eruti, IV, 12, 37.—*oculi* militum ardentes, I, 16, 12. Sic apud Homerum, Iliad. XV, 607: « Hectori fulgebant oculi torvia « sub superciliis ». — *oculos* Numantinorum Romani non ferunt, II, 18, 5. —*oculos* Caesaris tentat Cleopatra, IV, 11, 9. II. e. tentavit utrum et Caesarem in amorem sui perlicere posset, ut alios: tentavit igitur oculos, quod nempe.... *sint in amore duces*; hinc illud Alexandri apud Plutarch. in Vita, cap. 36: « Magni dolores oculorum Persides ». — *oculos* publici doloris ferre (Curtius, IX, 7, 25, *coniectum oculorum* vocat, Ital. *occhiate*), IV, 7, 6.—*oculi* Iovis cruore respersi, III, 21, 16. Vult dicere, Merulam velut in conspectu Iovis cecidisse.

Odia partium non finiuntur cum bello, IV, 2, 7.

Odores, pro odoramentis, IV, 11, 11. Sic Columella, XII, 20; Tac. III, 2, 2; sic *colores* supra; et *sopores*, pro *soporiferis*, apud Senec. de Benef. V, 13, 5.

OEnomavs gladiator, III, 20, 3.

Officia, pro opificiis, et aliis artibus, I, 6, 3.

Officinae armorum, II, 15, 10.

Offocare fauces (h. e. strangulare), II, 11, 6.

Olbia (urbs), II, 2, 16. Vide Val. Max. V, 1, 2.

Oleo se fovere, II, 6, 12. Hoc enim conferre putabant ad robur corporis; hinc « recreans membra olei liquor » est apud Plinium, XII, 1, 4, et apud Plut. Alex. cap. 101, vates respondent: « ad labores, a deo datum hominibus « oleum, lenimentum ». Hinc ille creber usus in gymnasiis, etc.

Olympos (urbs), III, 6, 5.

Olympva (mons), II, 11, 5.

Omen eversionis, I, 12, 7.—victoriae, II, 6, 39.—*omen* accipere. Vide *A*. — *omina* ex similitudine rerum interpretationem capiunt, I, 7, 8.

Ominosae voces vitatae, III, 11, 3.

Omnis pro toto, III, 18, 3. Sic, *cuncta moenia*, Sallust. Iug. LVII, 2. Contra *totus*, pro *omni* reperitur, ut apud Apulei. lib. X: « Toti nunc iu- « dices sententias suas pretio nundi- « nantur ».

Operae pretium, Praefat. 3.

Operis nudatus portus, II, 15, 11. Hoc ego non satis capio; forte *operae* pro *operibus* ponuntur; forte vitium in scriptura est, et legendum *operibus*, sicut apud Caes. de Bell. Gall. II, 6: « Murusque defensoribus nudatus est»; forte *nudare operis* dicitur, sicut *liberare culpae* apud Livium.

Opertus catenis, III, 1, 17.

Opes Albae Romam translatae, I, 3, 9.—totius mundi Ostia receptae, I, 4, 3.—privatae in medium collatae, II, 6, 24.—*opibus* suis fretus Antiochus Annibalis consilia despicit, II, 8, 6.—*opibus* aggredi invictum armis, III, 1, 2.—*opes* pro potentia, II, 18, 1; IV, 2, 14. Ita Iustinus.

Opima spolia: prima, I, 1, 11.—secunda, I, 12, 9.—tertia, II, 4, 5.—*opima* (pro spoliis egregiis aliis, laxiore significatu), II, 17, 11. Dicuntur autem fere *opima*, non addita voce spoliorum, intellecta tamen: ita Seneca, Herc. Fur. vers. 48: « Opima « victi regis ad superos refert ».

Opimius (L.) cos. III, 15, 5.

Opiteacini (pop.), IV, 2, 33.

Oportere: quod sub gladiatore duce *oportuit*, III, 20, 14. Plautus, Rud. II, 2, 7, exprimit, *ut aequum est*.

Opportunus iniuriae, IV, 1, 2. Ita de Adherbale Sallust. Iug. IX, 3.

Opprimere consilia, IV, 12, 55. Iustino est *discutere*.

Opulentia parit egestatem, III, 12, 12.

Opulentissimus, pro ditissimo, I, 21, 1; sic, *opulentissima* praeda, II, 2, 2.—urbs, II, 16, 7.—*opulentissimae* gentes, I, 18, 25.

Opus, pro κτίσματι, structura quacunque; sic *opus* Iuli Alba, I, 1, 4.—Lacedaemoniorum Tarentus, I, 18, 2.—pro labore quocunque; ut officiis membrorum, I, 23, 2.—pro laboribus militaribus, ad usum militiae pertinentibus; sic, *operibus* attriti ignavi milites, II, 18, 10.—labore rustico, I, 11, 13.—*opera* pro rebus gestis; sic, *opera* gerere (pro res gerere), Praefat. 1. Ita Vellei. II, 106, 1: « Quanti « voluminis opera gessimus? » Hoc sensu *divina opera Caesaris* reperias apud Val. Max. IX, 2, 4; et eumdem, III, 2, 24: « C. Caesar non contentus « opera sua Oceani claudere litoribus».

Oracula, IV, 1, 8.

Orbis imperium societate trium principum occupatur, IV, 2, 12.—*orbis* possessor pop. Romanus, III, 13, 2.—*orbis* terrarum lultus pop. Rom. II, 18, 16; IV, 3, 8. Intelligenda autem haec de *orbe Romano*; ut distinguit lib. XVII de Statu hom.; et Marcellinus, XIX, 3 f. 26, 10, p. 26, 12, m. Minus igitur vere Dionys. I, 3, 4.—*orbis* alter Britannia, III, 10, 16.—*orbe* toto divisa Britannia, III, 10, 2.—*orbis* imperium paribus votis ac viribus Romanus et Poenus agitant, II, 2, 3. Polybius, I, 64: « Observari potest, « ambas hasce resp. pares animis intee « se fuisse: tum audacia in suscipien- « dis consiliis, tum magnanimitate; « maxime autem de principatu con- « tentione obstinata ».

Orchomenos (urbs), III, 5, 11.

Ordinare imperium (constituere remp.), IV, 3, 5.—provinciam (formare, statum ei aliquem imponere), II, 16, 3; IV, 2, 22. Curtius, VII, 3, 5: « gentem Evergetarum ordinavit ».—rempublicam, I, 1, 16; I, 6, 3; IV, 7, 5.—Sic, *ordinatis* omnibus, IV, 2, 36.—*ordinare* sub signis (h. e. componere per signa), III, 19, 9.

Orgiagontis uxor, II, 11, 17.

Oricum (urbs), IV, 2, 37.—vastatur, IV, 2, 41.

Oriens, II, 8, 2.—suetus regibus, II, 20, 4.—*Orientis* totius robur in partibus Pompeii, IV, 2, 5.

Oriundus (qui originem habet), I, 5, 1.

Ornamenta Tarquinii pop. Romano dignitatem addiderunt, I, 8, 5.

Orodes (Albanus), III, 5, 28.

Orodes (Colchus), III, 5, 28.

Orontes (fl.), IV, 9, 5.

Os causidici sutum, IV, 12, 37. — sub ipso *ore* Vrbis (h. e. in conspectu), II, 15, 7. Ita Sallust. Incert. IV, 10: « Quo cupidius in ore ducis sese quis« que bonum et strenuum ostentantes». Item Iug. XXXI, 12: *incedunt per ora vestra magnifici*. Ita Iustinus. — in *ora* mittere (h. e. in faciem), IV, 12, 5.— in *ora* avarorum, aurum; crudelium, sanguis infusus, etc., III, 11, 11. — *ora* Oceani (pro ostiis), II, 17, 7. — et Ponti III, 6, 8. Sic Tacitus, II, 6. 8.

Os: in *ossibus* capitum bibere, III, 4, 2.

Osca (urbs), III, 22, 9.

Ostentare, III, 5, 7. Hoc verbo fortassis usus Tacitus, I, 16, 1. — *ostentata* spe pacis, III, 21, 9.

Ostia (urbs). I, 4, 2. — diripitur, III, 21, 12.

Ostium Oceani, IV, 2, 75. — Tiberinum, III, 9, 5.

Otia maris, portus, I, 16, 4.

Otiosus: apud *otiosos* facilis invidia, IV, 2, 8.

Ovatio pedester triumphus, III, 19, 8. Symmachus tamen, Epistol. X, 22, equo vectos scribere non dubitat *ovantes*: sicut et Servius, quem videre licet ad Æn. IV, 543.

Oxyi (pop.), II, 3, 5.

PAN PAR

Pacare, pro subigere, domare, Praefat. 7; IV, 2, 1; IV, 12, 61. Hoc sensu *pacare silvas*, Hor. Epist. I, 2, 45.

Pacorus (Parthus), IV, 9, 4. — interficitur, IV, 9, 6.

Pactio, pro pacto convento, IV, 12, 21. — pro induciis, IV, 12, 64.

Padus (fl.), I, 13, 5; II, 6, 10.

Palantes, h. e. dispersi, I, 17, 5.

Palatinus mons, I, 1, 6.

Pales Pastoris, I, 20, 2.

Palladium, I, 2, 3.

Palmatae tunicae, I, 5, 6.

Paludamentum Caesaris in fluctibus relictum, IV, 2, 59 — *paludamentorum* apud Rom. origo, I, 5, 6.

Palus Capreæ, I, 1, 16. — in *paludes* diffugiunt Germani, III, 10, 14.

Palustria virgulta, II, 6, 13.

Pamphylium mare, III, 6, 11.

Panares (Cretensis), III, 7, 6.

Panis usus ignotus Cimbris, III, 3, 18. — *panes* in summa fame in hostes coniecti, I, 13, 16. Adde Caesar. de Bell. Civ. III, 48.

Pannonii (pop.), IV, 12, 3. — vincuntur a Vibio (vel potius Tiberio), IV, 12, 8.

Panormus (urbs), II, 2, 12 et 27.

Papaverum eminentia capita decussa, I, 7, 6. Vide etiam *Eminentissimus*.

Papirii Samnitium domitores, I, 16, 8.

Papirius (L. Cursor) Samnites vincit, I, 16, 12.

Par debitum poscit fortuna, IV, 2, 35. Deducta locutio a gladiatoribus, qui ita comparabantur. Vide Ind. Iust. in eo verbo; sic Lucan. VII, 695: «..... par, quod semper habemus, Libertas et Caesar... » — Ita, *par* calamitatis, II, 2, 23. — *par* omnibus pop. Romanus, I, 17, 1. — *par* orbi terrarum, II, 1, 1. Sic, « Alexandro « *par* Manlius Torquatus » Liv. IX, 17, 11. Vide etiam Iustinum. — *par*

pro aequali; sic, *parem* non fert Pompeius, IV, 2, 14. — inter *pares* crebra aemulatio, III, 17, 4. — *pari* clamore et impetu (ac ante trepidatione), I, 13, 14. — *pari* vecordia (ac ante veneratione), I, 13, 14. — *pari* tumultu atque terrore (ac ante frater), III, 15, 2. — *pari* temeritate (sicut astutia), II, 17, 14. — *pari* (cum Numa) ingenio Ancus, I, 4, 1. — *pari* robore comminuti Albani Romanique, I, 3, 3. Confer Sallust. Iug. LXXIX, 4 : « Pari « audacia et venit Romam, et compe- « titorem imperii conficit Iugurtha » III, 1, 8.

Paraetonium (urbs), IV, 11, 9.

Parce civibus (vox Caesaris), IV, 2, 50. — *parce* ferro (vox Annibalis), II, 6, 17. — *parcentis* maior gloria, II, 17, 10: IV, 12, 57.

Parens Romae Alba, I, 3, 9. — *parens* frugum Athenae (h. e. inventrix), III, 5, 10. — *parens* Italicorum quorumdam Roma, III, 18, 5. Hoc loco *parens*, si recte capio, valet *propinquam*, *consanguineam*. Roma dicitur *Italiae mater et parens*: *mater* ad colonias pertinet; *parens* ad reliquas urbes, nationesque. Hoc sensu *parentes* hodieque pro consanguineis efferunt Galli, Hispani, Itali: quod et Latinum esse ostendit exemplum Curtii VI, 10, 30; Apuleii, pr. lib. II: « Quin, « inquit, etiam ipse parentem tuam « accedis et salutas ». Et lib. III: « Ro- « gat te, ait, tua parens Byrrhaena ». Petron. *cruciarii unius parentes*. Adde Hotomani verba feudalia: Liv. XXXIV, 32, 10.

Parentalia fercula, IV, 2, 69.

Parentare Manibus alicuius (h. e. iusta exsolvere), II, 6, 8. — sibi in antecessum, III, 21, 20.

Parricidae (qui adversus patriam coniurant), IV, 1, 10.

Parricidiale bellum (pro civili, quia contra patriam communem parentem; etiam quia inter ipsam belli moram multa parricidia perpetrantur), III, 21, 1.

Parricidium Bruti, I, 9, 5. — Horatii, I, 3, 5. — publicum Saguntinorum, II, 6, 8. Diverso sensu *publicum parricidium* appellat Val. Max. I, 8, 8, Caesaris necem, quod ille publicus parens fuerit. — *parricidium* pro caede principis, IV, 7, 1. Sic apud Curt. V, 12, 4; Senecam, de Clem. I, 9, 12, et Iustinum.

Partes (pro factione, altero dissentientis civitatis membro), IV, 2, 57, 64, 70, 73 et 74; IV, 7, 10; IV, 9, 1. Inde ad alia quoque translatum; sic, in *partibus* (h. e. ab altera partium) Luna, III, 5, 23. — Tribuni, III, 13, 4. — senatus, IV, 2, 5. — in pacis *partes* promtus, IV, 12, 59.

Parthi, III, 5, 31. — Crassum vincunt, III, 11. — vincuntur a Ventidio, IV, 9. — vincunt Antonium, IV, 11. — Augusto signa Crassiana remittunt, IV, 12, 63.

Parthi, pro regione Parthorum, IV, 2, 51. Sic etiam loquitur Iustinus.

Parthicus equitatus, IV, 9, 5. — *Parthicam* expeditionem meditatur Caesar, IV, 2, 94.

Partus gravidarum extorti, III, 4, 2. Hic *partus* ponuntur pro *embryonibus*.

Pastor nutritius Romuli, I, 1, 3. — quasi *pastor* greges in stabula; sic Helvetios in sedes suas deducit Caesar, III, 10, 3. — *pastores* varii in novam Vrbem confluunt, I, 1, 9. — *pastorum* casas abscondit Vrbis incendium, I, 13, 18. — ex *pastoribus* feritas, I, 22, 1.

Pastorius populus (Romani), II, 2, 4. — *pastorio* habitu speculari itinera, I, 17, 4. — *pastoria* Pales, I, 20, 2. — *pastoriae* sectae innoxia integritas sine flagitio priores Vrbis annos exigit, III, 12, 2.

Pater Romulus (h. e. conditor populi), II, 1, 5. — *pater* patriae Caesar,

IV, 2, 91. — Augustus, IV, 12, 66. — super cruentum *patrem* carpento vecta Tullia, I, 7, 3. — *patres* patriae, I, 1, 15. — *patres* Senatus appellatio, unde, I, 1, 15. Adde Sallust. Cat. V, 10, et Dion. lib. LIII, pag. 583. — *patres* qui liberos occiderunt, I, 26, 7. Vide etiam *Filius*.

Patere dicitur aetas (h. e. habere tot annos, per tot annos extendi), Praefat. 6. Ita *patet tempus*, Senec. Consol. ad Marc. cap. 24. — imperium, (h. e. extenditur, porrigitur), IV, 2, 3. Sic Iustinus, Suet. Tib. XVI, 4, et sic *patescere* apud Tacit. H. II, 81, 1. — corpora maiora magis *patent* ferro (h. e. opportuna sunt), III, 10, 11. — vulnera *patent* ultra mortem. Vide *M*.

Patratum bellum (h. e. finitum), II, 15, 1. De hoc verbo Quintilian. VIII, 3, 31.

Patria altera (urbs caritate proxima post veram patriam), II, 6, 12. Virg. XI, 24: « quae sanguine nobis Hanc « patriam peperere suo ». Adde Tacit. IV, 43, 5: « Patriam hostium manibus « everti malunt Carthaginienses, quam « suis » II, 15, 9. — qui *patriam* suam seque ipsi perdiderint, II, 6, 4; II, 15, 18; II, 18, 15.

Patricius exercitus (h. e. constans ex patriciis), I, 12, 2. — sanguis, I, 26, 2. — vir, I, 11, 12.

Patrii soli desiderium, I, 1, 5; II, 6, 35. — *patria* potestas, I, 26, 7.

Patrimonium imperii (pro reditibus et pecuniis publicis), III, 13, 4. Sic, *patrimonium* pop. Romani, IV, 2. 21. Diversum est *pecunia populi*, in lib. VI, de Contr. impt. Ita *patrimonium reip.* in lib. IX, § 5, de Iur. et Fact. ign. — *patrimoniorum* discrimina in tabulis, I, 6, 3.

Patroni caussarum, IV, 12, 37.

Pavllvs (L. Æmilius) proscribitur a fratre Lepido, IV, 6, 4.

Pavllvs (L. Æmilius) cos. ad Cannas, II, 6, 17. — comparatur cum Varo, IV, 12, 35.

Pavllvs (L. Æmilius) cos., II, 12, 7. — Macedonicus, II, 15, 12.

Pax et pactio differunt, posterius intelligo de induciis, IV, 12, 66. — *pax* nova infida, IV, 12, 2. — *pacis* ac belli fides Ianus, I, 2, 3. — *pacem* agere, II, 20, 1. — dare, II, 7, 12; II, 8, 18. — emere, III, 1, 7. — habere, I, 19, 1. — *pacem* non intelligunt Sarmatae, IV, 12, 20. — *pace* et bello promtus, I, 5, 5. — *pax* fluminis (pro quiete, cum desiit exundare, et in suum alveum rediit), IV, 2, 28.

Pecudum in morem clamorem tollere, III, 8, 6. — more sub iugum mittere, I, 11, 13. — *pecudum* more inultum cadere. Vide *I*.

Peculari remp. (h. e. intercipere pecuniam publicam), III, 17, 3.

Pecunia mersa ne periret, II, 12, 6. — sparsa in fuga, III, 5, 18. — *pecunia* Senatus in sententiam Iugurthae pertractus, III, 1, 4.

Pellis: sub *pellibus* hyematum I, 12, 8. Tacitus, XIII, 35, 4: *hyems acta sub pellibus*. Hieron. Epist II, 6; Vulcat. Avidio Cassio, cap. 6; Dio apud Vales. pag. 650: « Retentusque omnis « exercitus sub pellibus, quamvis « hyeme saeva ». Livius XXIII: « Vbi « primum sub pellibus haberi coepti « sunt ». *Pelles* igitur ponuntur pro *tentoriis* ex pellibus confectis. Hinc apud Val. Max. II, 7, 15, inter poenas militares recensetur, « ne quis tento- « rium ex pellibus haberet ». Vide Lips. de M. R. V, 5.

Pelvsivm (urbs), IV, 11, 9.

Pelusium litus, IV, 2, 52.

Penates: in *penatibus* domorum suarum, III, 21, 14.

Pendere: sex mensibus Galli circa unum montem *pependerunt* (h. e. haeserunt, morati sunt), I, 13, 15. Sic

Virg. Æn. VI, 151: « nostroque in limine pendes ».

Penes senes consilium reip I, 1, 15.

Penetrare Caucasum, Rhodopen (h. e. iter per illos montes facere), III, 4, 5.

Peninsula, IV, 2, 59.

Pensare, parta facere; sic, Antonianarum navium magnitudo, numerum Caesarianarum *pensavit*, IV, 11, 5. — Crassianam cladem Pacori caede *pensavimus*, IV, 9, 7. Quomodo Nero apud Silium, XV, 806: « Cannas pen- « savimus, inquit ». — Caput Gracchi percussoribus auro *pensatum*, III, 15, 6. H. e. tantum auri datum iis, quantum penderet caput.

Per aliquando transitum significat; ut, *per* flumen, I, 10, 7. — medias hostium custodias, I, 13, 16. — Aliquando ponitur pro *inter*; sic, *per* noctem, IV, 7, 8. — Aliquando arguit rationem, quomodo quid gestum sit; et quarto casui iungitur, explicaturque per sextum absolutum; ut, *per* adulationem, IV, 12, 28. — fraudem, II, 17, 17. — defectionem, III, 5, 26. — insidias, I, 10, 5. — *per* sacrificia, cohortes, manipulos, describere (valet, in Sacr. coh. man.), I, 2, 3; sic, *per* tribus dividere, I, 1, 15. — *per* alios atque alios duces (h. e. aliorum atque aliorum ducum opera), I, 12, 3.

Peractum bellum, IV, 2, 19 et 53 (h. e. confectum). — urbis excidium (h. e. absolutum, perpetratum), I, 12, 9. Sic Sueton. Claud. cap. 11: *marmoreum arcum peregit*. Iustinus, XXXII, 3, 3: *peregissetque ultionem*.

Peragrare, proprie de terrestri itinere dictum, ad marinum etiam transfertur; sic, *peragrare* mare, II, 7, 6. — litus, II, 17, 12. Sic Sueton. Cal XXXVII, 3.

Percaedere, pro ad internecionem caedere, III, 20, 10; IV, 12, 7. Sic *perdelere* est apud Veget. III, 10.

Percellere admiratione, I, 10, 2. — dolo, III, 10, 8. — animos hostis, IV, 2, 84. — exercitum, II, 18, 2. *Percellere* igitur valet attonare, attonitum reddere.

Percensere, h. e. ad finem usque recensere, Praefat. 4.

Percucurrit, IV, 12, 23. Suet. Ner. cap. 3: *percucurrit amplissimos honores*. Vide etiam *Concurrere*.

Perculsum imperii corpus (h. e. convulsum, concussum), IV, 3, 5.

Percussores Pompeii, IV, 2, 58. — domestici, II, 17, 17. — *percussoribus* C. Gracchi caput auro pensatum, III, 15, 6. — *percussores* immittere, I, 7, 2. Vide Ind. Iustin.

Percutere foedua, III, 11, 4; IV, 10, 1.

Perditi homines, pro desperatis, II, 15, 15. — latrones, III, 6, 2.

Perdomare, h. e. omnino domare: IV, 12, 12. Ita

Perdomitus, IV, 12, 17.

Peregrinantur arma Romana (h. e. in longe dissitis regionibus absunt), IV, 1, 1.

Peregrinus ad regnum Romanum admissus, I, 5, 1. Sic Athenienses saepius peregrinis ducibus usos meminit, opinor, Ælianus in Variis; Livius IV, 3, 11; Vopisc. Aureliano, cap. 3; Rutilius pr. Itinerarii; Plut. Demosth. princ.; Tacitus, XI, 24. Apulei. in Apolog. « Non enim ubi prognatus, « sed uti moratus quisque sit, spectan- « dum: nec qua regione, sed qua ra- « tione vitam vivere inierit, conside- « randum ». Auson. de Severo Imp.; Lamprid. Alex. cap. 65. Leviter emendo Claudianum in simili sententia; locus est de Laud. Stilic. II, 122: « lectos ex omnibus oris Evehis, et « numquam meriti cunabula quaeris; « Sed qualis, non unde satus »; prius legebatur: *Et qualis*, vitioso sensu. Legem Lycurgi, qua peregrinos civitate arcet, eleganter exponit Agis apud

Plut. in Vita, cap. 13 Quaeque ex rigida observatione legis istius incommoda secuta sint, latius exsequitur Dionysius, II, 17. Sensit hanc invidiam Gregor. Nazianzen. Constantinopoli. Socrat. Hist. Eccles. V, 7.

Perfidia Punica, II, 2, 11. Vide etiam *Punica*.

Perfidum glacie flumen, III, 4, 5.

Pergameni (pop.), II, 7, 8.

Pericula periculis explicanda, I, 17, 5. — *periculis* augustiores duces, IV, 12, 7.

Perinde, I, 13, 4; III, 2, 2, h. e. similiter, aeque.

Peritus, pro experto, III, 1, 7. — *peritus* avaritiae Romanae Mithridates, III, 5, 18. Sic, *peritus hostis et regionum*, apud Livium, XXV, 19, 9.

Perlitare, IV, 2, 11. Quum laeta exta erant, et accepta diis videbatur victima *perlitatum* esse dicebatur; *egregie litare* vocat Liv. IX, 14, 4. De verbo *litandi* vide Salmas. in Solinum, pag. 11.

Permadefacere, III, 18, 12.

Permiscere, pro confundere, I, 18, 12.

Permittere, pro committere, concedere, I, 3, 3. Sic, « classis permissa omnibus ventis » Plin. Paneg. cap 35.

Permitto : non *permittere* pugnam (h. e. detrectare pugnam), II, 18, 13

Pernices equi, I, 3, 8.

Perorare in aliquem (orationem habere in aliquem), IV, 1, 7.

Perpacare, idem est, quod *perdomare*, IV, 12, 4.

Perperna (M.) Aristonicum vincit, II, 20, 6.

Perperna servos vincit, III, 19, 8.

Perperna Sertorianus vincitur a Pompeio, III, 22, 9.

Perpetrare coepta, h. e. perficere, III, 11, 6.

Perpetuitas, III, 6, 15.

Perpetuus dictator Caesar, IV, 2, 91. — Augustus, IV, 12, 66.

Persae, II, 8, 2. — *Persae* septem, III, 5, 1.

Perses (Macedo), II, 12, 2.

Persici arcus, II, 8, 17.

Pertinacia Samnitium, I, 16, 7.

Perusia (urbs), IV, 6, 3. — obsidetur, IV, 5, 3.

Perusinum bellum, IV, 5.

Pervicacissimi hostes, I, 11, 11.

Pes: ad *pedes* alicuius provolvi, IV, 11, 9.

Pessumdare, pro perdere, III, 12, 7.

Pestilentia ex fame, III, 5, 17.

Pestis (pro hominibus noxiis, ut hoc loco pro piratis), III, 6, 7. Sic dicitur *clades*. Latro in Catilinaria, « Vigent « enim in illa clade res diversissimae»; Catilinam intelligit. Ita *scelus* Plauto, Amphitryone, II, 1, 7. Graecis κάθαρμα, ut Synesio, Epist. 4 : ἀλλ' ἐξεπεκώρει τὸ κάθαρμα. *Pestis* autem saepius. Idem Latro, in Cat. « omitto « pestis huius impurissimas voces ». Cicero, Philipp. V, 6: « Hanc pestem « agmen armatorum sequebatur »; et Philipp. VIII, 3: « omnes Caphones, « omnes Saxae, caeteraeque pestes, « quae sequuntur Antonium ». Sic apud nostrum *portenta* et *prodigia*.

Petreius dux Pompeianus IV, 2, 26. — Iubam et se interficit, IV, 2, 69.

Phalerae, I, 5, 6.

Pharnaces (Ponticus), III, 5, 26. — vincitur a Caesare, IV, 2, 56. — de *Pharnace* triumphus, IV, 2, 89. *Pharnaces* autem dicitur etiam Ciceroni ad Atticum, XI, 21, 4; alii efferunt *Pharnax*; sicut et gentile Καππαδόκης Latinis est *Cappadox*, etiam Graecis Καππάδοξ est auctore Stephano; sic *Pollux* Plauto, Bacchid. IV, 8, 53, est *Polluces*. Non enim pluralis est ut putabat Sitzmannus in Rutilium, va. 155.

Pharos (ins.), IV, 2, 59. — in ferculis Ægyptii triumphi, IV, 2, 88.

Pharsalia (pro regione ad Pharsa-

lum: aut forsan ipsa urbe), IV, 2, 64, 66 et 89.

PHASELIS (urbs), III, 6, 5.

PHILIPPICI campi, IV, 2, 43.

PHILIPPVS (L. Marcius) cos. III, 17, 8. — ambitus postulatus, III, 17, 5. Vide etiam *Marcius Philippus*.

PHILIPPVS (Macedo), II, 7, 2, etc.

PHRYGES in Italiam veniunt, I, 1, 9.

PICENTES (pop.), I, 19, 2.

PICENTIA (urbs), III, 18, 11.

PICENVM (regio Picentium), III, 18, 5.

Pictae togae, I, 5, 6.

Pignus (dicitur omne quod rem aut caussam securam facit, quoniam ea pignoris proprie dicti virtus est); sic, *pignus* annonae, IV, 2, 22. — coniurationis, IV, 1, 4. — imperii, I, 2, 3; et Liv. V, 52, 5, et XXVI, 27, 12. Ita Capitolium *pignus imperii* vocat Tacitus, H. III, 72, 2; supercilium consulis, *pignus reip.* Cicero pro Sextio, cap. 8; Rutilius, Itiner. II, 55: « Æterni fatalia pignora regni ». Ovid. Fast. VI, 445: « Pignora virgineis fatalia tollite palmis ». Seneca, I Controv. III, de Incesta de Saxo: « Veniet ad colen- « dum imperii Romani pignus, etiamsi « non stupro, at certe carnificis manu « incesta ».

Piissimus, IV, 7, 15.

Pila ingentia, II, 7, 9. — in elephantos congesta, I, 18, 18.

PIRAEVS, III, 6, 3. — *Piraei* portus, III, 5, 10.

Pirata navalis, IV, 8, 2. — *piratae* communes gentium hostes, III, 6, 1.

Piratica rabies, III, 8, 2. — *piraticum* bellum, III, 6.

PISO (L. Calpurnius) Thraces vincit, III, 4, 6; IV, 12, 17.

PISO praetor vincitur a servis, III, 19, 7.

Pistrix (marinus piscis), III, 5, 16.

Plaga, pro regione, I, 16, 3; III, 2, 2; III, 5, 15. — pro vulnere, IV, 2, 72; IV, 12, 3.

Plana loca: in *plana* deducti Ligures, II, 3, 5. — descendere iussi Astures, IV, 12, 59. — Orodes, III, 5, 28. — in *plana* submittere aedes (h. e. quae in excelso loco positae erant, demoliri, et in planitie aedificare), I, 9, 4.

Plane quasi, I, 10, 8. Vide *Quasi*.

PLATO, IV, 2, 71.

Plaudit populus succumbente gladiatore, III, 3, 21.

Plaustra Cimbrorum, III, 3, 16.

Plausus Graecorum, recepta libertate, II, 7, 14. — *plausus* supplicantium signum, III, 6, 13. *Plausus* est complosio, h. e. concussio manuum; unde et nomen habet.

Plebeii magistratus, h. e. ex plebe desumti, I, 26, 1.

Plebes, pro plebs, I, 25; I, 26, 1.

Plena dignitas, h. e. adulta, perfecta, IV, 4, 2.

Plurimus pulvis, II, 6, 16. — *plurimum* quantum (sicut immane quantum), IV, 2, 74.

Plus est in imperio, quam in victoria (h. e. maius emolumentum), I, 14, 2. — in utro *plus* esset (hominibus captis, an agris), nec ipse victor aestimare potest, I, 15, 3. — *plus* est provinciam retinere, quam facere (h. e. maioris operae), II, 17, 8. — *plus* negotii cum semiruta Carthagine, quam integra, II, 15, 13. — *plusquam* bellum, IV, 2, 4, H. e. quod non satis exprimi potest hoc nomine; sic Lucanus, VII, 639: « plus est quam vita salusque ».

PLOTIVS Pompeii legatus, III, 6, 8.

POENI in Hispania, II, 17, 5. — *Poenorum* metus disciplinam Romanam continet, III, 12, 2. Vide etiam *Carthaginienses*.

Pollicere dicuntur omina, quae colliguntur et sperantur ex iis; sic, victoriam laurus in praetoria nata, II, 7, 7. — *pollicentur* aves, Vrbem bellatricem fore, I, 1, 8. — numina, Romae firma

omnia et aeterna fore, I, 7,8. Ita *promittere*.

Pollux. Vide *Castor*.

Polyxenidas, Antiochi praefectus, II, 8, 12.

Pompeii (urbs), I, 16, 6.

Pompeii iuvenes (Magni filii) legati patris, III, 6, 9. — bellum contra Caesarem instaurant, IV, 2, 74. Horum natu maior.

Pompeius (Q) foedus init cum Numantinis, II, 18, 4.

Pompeius Strabo (Cn. Magni pater) rebelles Italos vincit, III, 18, 14.

Pompeius (Cn. Magnus), III, 12, 13. — piratas vincit; III. 6, 7, etc. — Cretenses in deditionem accipit, III, 7, 6. — Asiam subigit, III, 5, 31; III, 10, 1. — foedus cum Parthis ferit, III, 5, 31; III, 11, 4. — contra Sertorium mittitur, III, 22, 5. — Lepidum compescit, III, 23, 6. — fugit a Brundisio, IV, 2, 20. — trucidatur, IV, 2, 52. — Armenios rectores a Romanis accipere cogit, IV, 12, 43. — *Pompeius* et Brutus Cassiusque eodem in loco victi, IV, 7, 6. — *Pompeii* magnitudo, III, 5, 2. — potentia nimia, IV, 2, 8. — gesta bello Mithridatico, III, 5, 21, etc. — filia interficitur, IV, 2, 90.

Pompeius (Cn.) vincitur a Caesare, IV, 2, 78. — interficitur, IV, 2, 86. Minor

Pompeius, IV, 2, 87. — paterna repetit, IV, 3, 3. — eius bellum et interitus, IV, 8.

Pompilius Viriatum per insidias tollit, II, 17, 17.

Pomptinus ager, I, 13, 20.

Ponere castra, h. e. castra metari, II, 8, 15; III, 5, 28; III, 11, 4; IV, 2, 31, 37, 38 et 70; IV, 11, 11, 4. — poenas, pro abolere, desinere, III, 21, 27. — tentoria, pro figere, erigere, II, 8, 9 — Vrbem, pro condere, II, 8, 7. Quo loco malim legere *positam maioribus* quam *a maioribus*; sic apud Tacitum, VI, 41, 3: « urbes Macedonibus sitae »; sicut et eumdem scripsisse censeam, III, 38, 7: « Philippo« polim Macedoni Philippo sitam »; ita Noster, III, 1, 14: « urbem Herculi « conditam ». *Ponere* pro *condere* dixere praeter nostrum Tacitus, Velleius, Virgilius, Varro apud Nonium voce *lavit*. Hinc *positor* pro conditore. Ovid. Met. IX, 453: « . . . . in Aside « terra moenia constituis positoris ha« bentia nomen ».

Pons de cadaveribus, II, 6, 18. — Milvius, III, 23, 6. — navibus factus, III, 5, 22. — Rheni, III, 10, 15. — Rhodani, III, 10, 3. — sublicius, I, 10, 4. — *ponte* committitur Tiberinus, I, 4, 2. — iungitur urbs, I, 8, 4; IV, 12, 26. — iungi mare non potest, II, 2, 2. — *ponte* quasi iugo captus Rhenus, III, 10, 15. — *ponte* reciso, Tiberim transnatat Cocles, I, 10, 4.

Ponticae gentes, III, 5, 1. — *Ponticum* mare, III, 5, 1 et 18; III, 6, 10. — *Pontici* triumphi, Pompeii, IV, 2, 8. — Caesaris, IV, 2, 89.

Pontifex senes Romanos devovet, I, 13, 9. — *pontifices* a Numa instituti, I, 2, 2.

Pontius (Samnis), I, 16, 10.

Pontus (regio), III, 6, 8.

Popedius, III, 18, 6. — dux et auctor belli socialis, III, 18, 10.

Poplicola (scribendum, non *Publicola*), I, 9, 4.

Populari: ignis *populatus* incendio silvas, II, 2, 1.

Popularis (addictus et favens plebi), III, 14, 2. Sic, *facta popularia*, apud Liv. VI, 14, 2. His enim locis *populus* pro *plebe* accipitur: quemadmodum et apud Martialem, Epigr. VIII, 15 et 50; Suetonium saepius, quum alioquin differant. Vide §. 4, Inst. de I. N. G. et C.

Populus affectator quondam imperii, Macedones, II, 7, 2. — gentium victor, orbisque possessor, Romani,

III, 13, 2; III, 9, 3; IV, 12, 61. — victor omnium gentium *populus* (Arellius Fuscus, apud Senec. Controv. lib. II, controv. 9, *Martius* Romanus, III, 3, 2. — nauticus, Rhodii, III, 7, 8. — princeps, Rom. Praef. 3; I, 8, 5; I, 26, 5; II, 2, 32. — Albani, I, 3, 2. — princeps gentium, Rom. III, 19, 1; IV, 2, 1. — regum et gentium arbiter, III, 18, 7. — rudis et pastorius, Rom. II, 2, 1.

Populus Romanus. Vide *Romani.*

Populus virorum, I, 1, 10; h. e. constans tantum ex viris, sicut Amazones, si quae fuerunt, possis dicere *populum feminarum.* Non igitur videtur pertinere hoc exemplum ad illa, in quibus pro *multitudine* ponitur *populus;* sicut apud Corn. Nepotem de Bell. Troj. lib. VI, de Niobe: « ... quem « peperit populum, flevit ». Senec. Nat. quaest. VI, 32: « eommunes po« pulis cadentibus rogi »; aliosque quos observarunt ita locutos viri docti, quibus etiam lingua Germanica accedit. Vide Lips. ad Senecam, de Benef. lib. VI, not. 230.

Porcii Catilinae socii, IV, 1, 3.

Porcivs Cato, legatus Pompeii, III, 6, 10.

Porcivs Cato (M. Vticensis) Cyprias opes Romam vehit, III. 9, 5. Vide etiam *Cato.*

Porsena (Tuscus), I, 10.

Porta Collina, III, 21, 6 et 22. — Esquilina, III, 21, 6. — Scelerata, I, 12, 2. — *portia* paene apertis Carthago capta, II. 2, 18.

Portenta (pro hominibus prodigiose sceleratis), IV, 2, 60. Vide *Pestis.*

Portus fossitius Carthagine, II, 15, 14. — inclytus Brundisii, I, 20, 1. — marmoreus Cyzici, III, 5, 15. — Syracusis, II, 6, 31. — Misenus, III, 10, 16. — Pyraeei, III, 5, 10. Vide *Torrens Vergelli.* — Tarentinus, I, 18, 2, 4. — *portus* nobiles Campaniae, I, 16, 4. — *portuum* utilitas, I, 18, 2. Eam ostendit et Censorini cos. oratio apud Appianum in Punicis.

Posse: magis ut *poterat*, quam ut debebat, IV, 7, 5.

Post Annibalem quod timeretur, fuit in Iugurtha, III, 1, 2. — *post* Carthaginem bellum in Africa, III, 1, 1. Emphatice ista proferuntur, quasi diceret, neminem potuisse suspicari, hostem aliquem metuendum esse, victo Annibale; et quidem in Africa, Carthagine deleta, qui hostium maxime erant formidolosi et potentes: quum alias soleat fieri, ut validissimis domitis, reliqui sponte in potestatem veniant; quomodo: *post* Carthaginem neminem vinci pudet, II, 7, 1. — *post* Tarentum nemo Italorum bellum audet, I, 19, 1. — quid enim una *post* quinque legiones? IV, 2, 29. Itaque quum, *post* Macedonas Thraces rebellant, III, 4, 1, mirabundus addit: *si diis placet!* — *post* illa, II, 2, 14. Sic reponunt in versu Plautino Menaechm. II, 2, 67, Dousa pater in Arbitrum, II, 14, et Gulielmius. Et usurpat Plautus in eadem fabula, IV, 3, 11, et V, 9, 18.

Postremo, sicut *denique*, III, 18, 5.

Postvmivs. Vide *Albinus.*

Postvmivs (A. Regillensis) dictator Latinos vincit, I, 11, 2.

Postvmivs (Sp.) cos. Samnitibus deditur, I, 16, 12.

Postvmivs (M. Regillensis trib. mil. cons. pot.) ab exercitu lapidatur I, 22, 2.

Postvmivs (A. Albinus cos.) Ligures vincit, II, 3, 5.

Potentia nimia movet invidiam, IV, 2, 8. — facilius crescit quam incipit, II, 1, 2. — *potentia* quoque beneficiorum gravis liberis, IV, 2, 92. — *potentiae* cupidis facile convenit de invadenda rep. IV, 2, 11.

Potestas solitudine vel mora corrumpitur, I, 9, 2. — *potestas* Tribu-

PRÆ

Praesens (pro eo quod non differtur), I, 26, 7. — *praesentius* (h. e. quod certius demonstraret faventes deos), IV, 7, 9.

Praesidere regno (h. e regem esse), II, 7, 2.

Praesidia (Gall. *garnison*); ita, *praesidia* levia, IV, 2, 18. — *praesidia* detrahere (h. e. removere, expellere), II, 2, 12. — dissipare (fere idem), IV, 9, 4. — in tutelam provinciarum disponere, IV, 12, 26. — *praesidia* (pro qualicunque auxilio, subsidio); sic, *praesidia* dignitati paranda, IV, 2, 9.

Praesidis unius nutu, quasi anima, regitur imperium, IV, 3, 6.

Praesto esse (h. e. imperata promte facere), III, 5, 29.

Praeter spem omnium reviresceit imperium, Praef. 8. — *praeter* spem omnium rex fraude praecipuus, fraude capitur, III, 1, 2.

Praetexta, I, 5, 6.

Praetextatus filius Scipionis, II, 6, 10. — *praetextati* senes, I, 13, 14. Descendunt haec a verbo *praetexere*, quod vestes illae purpura *praetexerentur*. Eleganter usus est hoc verbo Virgilius Ciri, versu 319: « An nescis qua « lege patris de vertice summo Edita « candentes praetexat purpura canos?»

Praetoria (scilicet navis, Gall. *l'amiral*, ut Graeci ναυαρχίδα dicunt), II, 7, 7. — *praetoriae* navis lumen, IV, 8, 5.

Precibus negata, armis petere, III, 3, 3.

Premere terga cedentis (h. e. instare cedenti), II, 6, 30. — *premi* fame, II, 18, 13.

Prensare fugientes (pro comprehendere ut maneant), IV, 2, 82 Vide Val. Max. III, 2, 19. Est autem hoc orantis maxime, Tac. II, 31, 2.

Pretium (pro quacunque re, qua aliud quid comparatur et quasi emitur); ita, *pretium* proditionis, I, 1, 12. — victoriae, I, 17, 7; I, 20, 2. — *pretium* foederis Iugurtham facit Bocchus, III, 1, 16. — in *pretium* foederis arma deponere iussi Numantini, II, 18, 4. — in *pretium* libertatis nulla largitione corrumpitur pop. Romanus, I, 26, 5.

Prima acies (quae proxime hostem est), IV, 2, 82.

Princeps populus. Vide *Populus* — *principes* (pro primoribus cuiusque civitatis), III, 17, 3; sic, *princeps* Ætoliae Thoas, II, 8, 5. — *princeps* nobilitatis, III, 17, 5. Sic, *principes Senatus* et *Iuventutis*, dicti. Quae nomina honorem et praecellentiam, non autem potestatem, arguebant. Postea ab Augusti tempore, qui remp. nomine *principis* sub imperium accepit, nomen *principis* dominum significare coepit. Sic, *principum* discordiae, ministrorum exitio piantur, IV, 6, 4.

Principatus, pro dominatione, III, 12, 13.

Principia, III, 10, 12; IV, 2, 45. Erant autem loca castrorum, in quibus tribuni mil. ius dicebant, aliaque militaris iurisdictionis exercebant; ut in quaestorio quaestor, imperator in praetorio. Hinc Apuleius, de Mundo, sub fin. libri. « et (ut *expungo*) scitis eius « (legis de qua loquitur) magistratus « tribunalia, principia milites frequen- « tant, (ita velim, non *frequentabunt*)». Sic, *principia numerorum*, § 4 de Iustiniano Codice ad Mennam. Vide latius de his Sigonium, de Ant. Iur. provinc. II, 6; Donatum ad Sueton. Othon. cap. 6; Stewecb. ad Vegetium I, 20.

Prius, pro potiori, I, 16, 2.

Privatus consulem aggreditur, IV, 4, 4. — *privatum* bellum (h. e. quod privati gerunt, tamquam non concernens remp.), I, 12, 1. — *privatis* opibus subventum reip. II, 6, 24.

Pro, varias significationes habet; aliquando enim denotat *ante*, vel *in*,

ut, *pro* rostris, III, 21, 14; IV, 2, 94; quod idem *in rostris* dicit IV, 6, 5. — aliquando *secundum, iuxta*, ut, Caesar *pro* natura ferox, IV, 2, 38. — *pro* rei atrocitate, II, 15, 8. — *pro* scelere animadvertendum, IV, 1, 10. — non *pro* cetera felicitate, IV, 2, 78. — aliquando *loco*; ut, Romulus accipi se iubet *pro* numine, I, 1, 18. — *pro* dote, I, 1, 14. — saepius ad defensionem, *caussa, propter, de*, ut, pugnare *pro* finibus, gloria, imperio, libertate, sociis, I, 9, 6; I, 10, 1; I, 11, 5; I, 13, 6; I, 16, 1. — *pro* ultione alicuius (h. e. ad vindicandum eum), II, 2, 26. — *pro* victoria (h. e. ad consequendam victoriam), II, 2, 26.

Proboscis elephanto abscissa, I, 18, 9. Plinius VIII, 7: « Promuscidem eo« rum facillime amputari, Pyrrhi prae« liorum experimentis patuit » Ita ex Graecorum *proboscide, promoscis* et *promuscis* in plerisque Latinis exemplaribus. Dicta autem προβοσκίς, vel Nonio Marcello teste, quod ante depascat, composito nomine ex πρό et βόσκεσθαι. Elephanti nasus est, quo et pro manu utitur: unde *manum* etiam appellant: sicut Orosius, eamdem referens historiam. De *proboscide* plura Aristoteles, secundo *de partibus animalium*. Ista Vinetus.

Probris aliquem insectari, IV, 4, 2.

Procella belli, II, 6, 12. Ita, *procella equestris* apud Livium, XXIX, 2, 8, et XXX, 18, 4; item Tacitum, H III, 53, 4; sic, *procellae tribuniciae*, apud eumdem Livium, II, 1, 4. Eadem est metaphora quam notavimus supra in voce *nimbus*. Adde Polyb. apud Vales. pag. 182.

Proceritas Teutobochi, III, 3, 10.

Procurrere, pro prominere, sicut excurrere; ita, Clypea *procurrit* a Punico litore, II, 2, 19.

Prodigia, pro rebus insolitis, quibus aliquid portendi creditur, IV, 2, 45.— *prodigio* simile. Vide *S*. — *prodigia*, pro hominibus prodigiose, h. e. ultra modum mortalitatis affectis; ita, *prodigia Romana*, pro Romanis incredibilis fortitudinis, I, 10, 3. — *prodigia* municipalia (pro municipibus summe sceleratis), III, 18, 6. Vide supra *Pestis*. Quo pertinet etiam usus vocabuli *Lues*. Claudianus in Rufin. I, 24: « quo tanta lues eruperit ortu ». Seneca, Medea versu 184: « Abolere propere pessimam ferro luem ».

Proficere ad stabilitatem pacis (h. e. assequi quod conferat ad stabilem pacem), IV, 9, 1. — ad profligandam provinciam, IV, 6, 60.

Profligatum, pro effecto, et paene confecto; sic, *profligatum* bellum, II, 15, 2. — urbis excidium, II, 15, 12. — *profligata* provincia, II, 6, 40. Quo tamen sensu recte dici negat Agellius, XV, 5; quem oppugnat Lipsius ad Tacitum, H. II, 4, 5, et certe ita reperitur usurpatum aliis etiam non vulgaris notae auctoribus. Frontinus, II, 3, 2, *victoriam profligavit*. Ibidem, exemplo 20: « Quo genere, quum profligari nihil videret ». Seneca, de Benef. VII, 13, 2: « Haec quoque quae venit quae« stio, profligata est: in prioribus ita« que breviter perstringetur ». Ita aliquoties Tacitus. Porro eamdem distinctionem harum phrasium, « bellum « committere, profligare, conficere », qua noster II, 15, 2 utitur, reperias apud Livium XXI, 40, in fine capitis.

Profluens, pro fluvio praeterlabente, I, 1, 2; sic, *profluentes*, IV, 12, 9: ut dubium mihi sit an forte ita scripserit Livius I, 45, 9: « infima valle profluit Tiberis »; ubi vulgo legitur *praefluit*, eodem quidem sensu.

Profugus feralis tabulae, III, 22, 2. Ita supra *fugitivum regni* dixit. — *profugus* praelio, III, 19, 7; IV, 2, 86. — a praelio, IV, 2, 85.

Proludere, idem quod praeludere,

III, 22, 6. Seneca, Medea, versu 907: «... prolusit dolor per ista noster ».

Promittere, pro portendere, sicut supra *polliceri*; sic, aves et victima victoriam *promittunt*, IV, 7, 9. — caput in Capitolii fundamentis repertum, caput terrarum, I, 7, 8. — flamma circa caput Servii, clarum fore, I, 6, 2. — *promittere* templum diis, h. e. vovere, I, 11, 4.

Propagare bellum hereditarium in posteros, h. e. transmittere, III, 17, 2.

Propitius Oceanus (h. e. favens, bene affectus), III, 10, 19.

Propontis (sinus maris), III, 6, 10.

Propugnacula classis, II, 2, 34; h. e. turres; sic Horat. Epod. I, 1: « Ibis « Liburnis, inter alta navium, Amice, « propugnacula ».

Propugnare urbem, pro defendere, III, 10, 23.

Prorogare imperium, III, 14, 6. Vide Grucch. ad Poster. Sigon. Disput. Refut. num. 44.

Prorsus, ut, I, 11, 15. Sic supra *plane quasi*.

Proscriptionis Syllanae tabula, III, 21, 25. — iure belli proposita, III, 23, 3. — eius effectus, III, 22, 1. — *proscriptio* triumviralis, IV, 6, 3.

Prosperorum nimia continuatio suspecta, IV, 2, 79.

Provincia pop. Romani extrema, media facta, III, 5, 31. — *provinciam* facere, II, 17, 8; IV, 12, 22. Vide etiam *F*. — *provinciam* retinere, plus est, quam facere, II, 17, 8; IV, 12, 29. — ex *provincia* cognomen, IV, 12, 28. — *provinciae* antiquissimorum Romanorum quales, I, 11, 6. — *provinciae* quaedam, ut non in usum, ita ad speciem imperii acquisitae, III, 12, 4.

Provocare (subaudi, ad pugnam; lacessere), I, 3, 2. — *provocatus* est (pro provocavit), II, 17, 11.

Provocatio (h. e. appellatio) a coss. I, 9, 4.

Provolvi ad pedes, IV, 11, 9. — *provolvuntur* Cimbri in Italiam ruina (h. e. sponte a summis iugis ruunt, et se demittunt, ursorum more), III, 3, 11.

Pseudophilippus, II, 14, 3.

Ptolemaeus, rex Ægypti, IV, 2, 55. — Pompeium trucidari iubet, IV, 2, 52. — perit, IV, 2, 60.

Ptolemaeus, rex Cypri, III, 9, 2.

Publica fides, III, 1, 8. — *publicum* parricidium. Vide *Parricidium*.

Publice: Hispania non tuetur libertatem suam *publice*, II, 17, 3. H. e. coniunctis viribus; gentes enim Hispanas respectu totius corporis pro privatis habet: sicut habenda suot imperia regnaque in magna illa *rep. generis humani*, ut Senecae dicitur. Itaque ridicule facere videntur, qui scita gentium, ex iure aliquo civili aut firmare nituntur, aut infringere, quum ius civile in tali caussa non obtineat nisi locum privati testimonii.

Pudenda foedera, II, 18, 2.

Pudet: de Verulis et Bovillis, *pudet*! sed triumphavimus, I, 11, 6. Haec igitur vox in oratione suspendit vocem sensumve turpem, aut ominosum. Ita, pulsi fugatique, *pudet* dicere! hostes, III, 20, 12. Livius. VII, 40, 8: « in vos, « horreo dicere! hostes ». Ovidius, Metam. IX, 530, in nefariis Byblidis literis magno artificio in tertium usque versum nomen eius protelat: « Hanc tibi mittit amans, pudet! ah « pudet! edere nomen, etc. » Et in eadem fabula versu 569: «... feras fi« dissime nostro, Dixit et adiecit longo « post tempore, fratri ». Eodem tendit: « Pudor Curioni suadet, ut amis« sum exercitum morte sequatur » IV, 2, 34. Iunge exemplum Centenii apud Livium, XXV, 19, et Asdrubalis, XXVII, 49. — *pudor* Romanus, III, 1, 10; III, 20, 12. — o *pudor*, II, 6, 30. — *pudore* magis quam virtute resistere, IV, 2, 81.

Puellas captivas restituit Scipio, II, 6, 40.

Puer non dicendus Augustus, IV, 1, 1. Non tamen ignominiosa est haec appellatio, si vera sit, et non iniuriae caussa proferatur, h. e. ut simul exprobrentur pueriles ineptiae, quae rebus agendis obstant. Ita Propert. IV, 6, 82: Augustus « Differat in pueros ista trophæa suos ». Ovidius, de Arte, I, 182, de Caesare, nt opinor : « Bella« que non puero tractat agenda puer». Quid Horatius? qui Carm. IV, 4, 28, Drusum et Tiberium *pueros* vocat iam multarum gentium victores, et adolescentes 30 circiter annorum; ille enim: « Augusti paternus in pueros animus « Nerones ». Sed puto poetam pueri nomine uti pro filio, Graecorum more: sicut puer Veneris apud Virg. et alios. — *pueros* captivos restituit Scipio, II, 6, 40.

Pugna Augusti cum Antonio, IV, 4, 4 — navalis, IV, 11, 6. — cum Cassio et Bruto, IV, 7, 10. — cum Sex Pompeio, IV, 8, 3. — cum Illyriis, IV, 12, 7. — Caesaris cum Ægyptiis, IV, 2, 60. — cum Pharnace, IV, 2, 63. — cum Pompeio, IV, 2, 43. — cum Pompeio iuvene, IV, 2, 78. — cum Scipione et Iuba, IV, 2, 66. — Caesarianorum cum Pompeianis, navalis, IV, 2, 75. — Curionis cum Iuba, IV, 2, 34. — Romanorum cum Achaeis, II, 16, 3 et 5. — cum Annibale, II, 6, 10, 12, 13, 15 et 60. — cum Antiocho, II, 8, 15. — cum ipsius praefectis, navalis, II, 8, 12. — cum Aristonico, II, 20, 5. — cum Asturibus, IV, 12, 54. — cum Balearibus, navalis, III, 8, 4. — cum Belgis, III, 10, 4. — cum Britannis, III, 10, 17. — cum Cheruscis, Suevis et Sicambris, IV, 12, 24. — cum Cimbris, III, 3, 14. — cum eorum mulieribus. III, 3, 16 — cum Germanis, III, 10, 13; IV, 12, 34. — cum Latinis, I, 11, 2. — cum Mithridate, III, 5, 11, 17 et 23. — cum Mysis, IV, 12, 13. — cum Numantinis, II, 18, 11. — cum Parthis, III, 11, 8; IV, 9, 5; IV, 10, 3 et 6. — cum Picentibus, I, 19, 2. — cum Poenis, navalis, II, 2, 8 et 33. — cum Pyrrho, I, 18, 7, 9 et 11. — cum Sabinis, I, 1, 13. — cum Sallentinis, I, 20, 2. — cum Samnitibus, I, 16, 12. — cum Sertorio, III, 22, 7. — Syllae cum Marianis, III, 21, 19. — *pugna* prospera exitii caussa, II, 10, 2. Plutarchus Crasso cap. 21: « Haec victo« ria, quod nimios spiritus fecisset fu« gitivis, perdidit Spartacum ».

Pugnare cum morituris non oportet, II, 18, 13. — *pugnare* ex necessitate, quod deprehensus sis, III, 6, 12.

Pulcherrimus exitus (pro laetissimo, felicissimo), II, 2, 14. — *pulcherrima* terrarum Campania, I, 16, 3.

Pulchritudini victae urbis parcitur, II, 6, 34.

Pullum, scilicet amiculum, IV, 2, 45.

Pullus (elephanti), I, 18, 12. — *pulli* (gallinarum) auspiciorum caussa, II, 2, 19.

Punica fraus, II, 6, 13 et 36; II, 17, 6. — perfidia, II, 2, 11. Hinc Val. Max. IX, 6, 1 ext. Carthaginem *ipsum fontem perfidiae* vocat. — *Punicum* bellum primum, II, 2. — secundum, II, 6. — tertium, II, 15. — *Punici* belli tempestas, II, 6, 9. — *Punici* maris nomine deficiunt quidam, II, 2, 17. Sic Sidon. Ep. VIII, 12: « Quamlibet sola « hyemalium mensium nomina tre« mas ».

Puppis, pro navi, III, 7, 7; IV, 11, 8.

Purpura (pro consulatu, quod vestes consulares purpura praetextae), III, 21, 17. — *purpura* fulgentes elephanti, II, 8, 16.

Purpuratus (ita vocantur amicorum regiorum principes), I, 10, 5. Hac voce saepissime pro satrapis utitur Curtius et de amicis Alexandri loquens.

Purpurea vestis regibus, III, 19, 10; IV, 11, 3. — *purpureum* velum in navi Cleopatrae, IV, 11, 8.

Putare, Praefat. 1.—Caesariani dum se vincere *putant*, vicere, IV, 2, 81.

Pyteoli (urbs), I, 16, 6.

Pyra (rogus), IV, 12, 45.

Pyrenaeus (mons), II, 17, 3; IV, 12, 46. — *Pyrenaeum* iugum, II, 17, 6.— *Pyrenaei* montes, II, 6, 38.

Pyrrhus (Epirotes), eiusque bellum cum Romanis, I, 18. — per quatuor annos, III, 5, 1. — minus vastavit Italiam, quam ipsi Itali, III, 18, 11; III, 21, 21. — *Pyrrhi* regia, II, 9, 2.

QVA

Qua (adverbialiter positum plerumque valet *ubi*): *qua* longissima Italia, II, 6, 52. Particulam hanc saepiuscule mutatam a librariis visus sum animadvertere, ut apud Curtium, III, 11, 12: « et qua (erat *quae*) cuique patebat ad « fugam via erumpunt ». Sic Marcellin. XVIII, 20; et ipse Curtius, V, 13, 25. Iterum Marcellin edit. Lindenbrog. pag. 194, 10, et forte 499, 29.

Quaerit Romanis hostes Annibal, II, 8, 4. Quod quidem expressum ex Livio, XXXIV, 19, 4. — *quaerendi* hostes, ut vincantur, III, 8, 6. Sic etiam Claudianus de Laudibus Stiliconis, III, v. 149: « Vincendos alio quaesivit in « orbe Britannos ».

Qualia erat, III, 10, 22. Ita Tibullus, I, 3: *Qualis eris*.

Quanti est imperator, tanti exercitus, II, 18, 11.

Quantum, immane *quantum*, plurimum *quantum*, IV, 2, 74.

Quasi (quum ut plurimum vocem hanc elegantibus sententiis et comparationibus addat auctor, visum est pleraque ea loca hic adnotare). Igitur, *quasi* in brevi tabella totam pop Romani imaginem amplecti, Praefat. 3. — *quasi* hominem considerare pop. Romanum, Praefat. 4. — *quasi* ad quemdam iuventae florem pervenit pop. Romanus, Praef. 4. — *quasi* quaedam robusta maturitas imperii, Praefat. 7. — *quasi* reddita iuventute reviresclt imperium, Praefat. 8. — ex variis *quasi* elementis congregat corpus unum Romulus, I, 1, 19. — *quasi* monitu deae, I, 2, 4. — substitutus in locum regia *quasi* ad tempus, I, 6, 2. — *quasi* infantia pop. Romani, I, 8, 1. — quodam *quasi* instinctu deorum concitatus, I, 9, 1. — *quasi* contagione quadam per singulos itum, I, 9, 8. — plane *quasi* adulterum ad inferos usque sequeretur, I, 10, 8. — *quasi* in regis ultionem, I, 11, 1. — plane *quasi* stipendium commilitonibus diis. I, 11, 4. — *quasi* praesentem Iovem, I, 13, 13. — *quasi* in terrigenas e caelo ac nubibus tela mitterentur, I, 17, 6. — *quasi* vindicaret, exsiluit, I, 18, 12. — decem pondo argenti, *quasi* luxuriam damnavit, I, 13, 22. — *quasi* quotidie triumpharet, II, 2, 10. — in classe *quasi* tota Carthago, II, 2, 34. — quodam *quasi* aestu et torrente fortunae, II, 7, 1. — quodam casu, *quasi* industria, sic adgubernante fortuna, II, 8, 1. — epulia *quasi* inferiis impleti, II, 18, 12. — *quasi* templa et arae possent defendere, quem nec montes sui, nec arma potuissent, II, 12, 9. — de Andrisco, *quasi* vero rege, triumphatum, II, 14, 5. — *quasi* enata subito classis erumpit, II, 15, 14. — *quasi* subita de cineribus flamma, II, 15, 15. — *quasi* saeculum illud eversionibus urbium curreret, II, 16, 1. — *quasi* hic Romanis orbis non sufficeret, III, 10, 16. — *quasi*

subsidio insederat Alpium tumulos, III, 3, 18. — Oceanus *quasi* imparem se fatetur, III, 10, 19. — nomine *quasi* ad terrorem composito Vercingetorix, III, 10, 20. — mersa vitiis suis, *quasi* sentina resp. III, 12, 7. — *quasi* iure oppressus, III, 14, 7. — *quasi* secundum hominum genus servi, III, 20, 1. — Spartacus *quasi* imperator occisus, III, 20, 14. — *quasi* non esset usquam dimicatum, sic arma rursus et partes, IV, 2; 73. — rates, captae *quasi* per indaginem, IV, 2, 32. — *quasi* vicisset, qui evaserat, IV, 10, 10. — *quasi* bene gestis rebus, IV, 11, 1. — *quasi* lacilior esset Partho Romanus, IV, 11, 1. — morte *quasi* somno soluta, IV, 11, 11. — efferam gentem, ritu ferarum, *quasi* indagine, debellabat, IV, 12, 48.

Quatere hastam, II, 17, 14. — urbem machinis, II, 9, 2. — *quatere* omnia navibus, equis virisque, II, 7, 8. Plinius, II, 27: « Quum rex Philippus Graeciam quateret ».

Quatenus, pro quoniam, sive *quatinus*, I, 5, 2. Idem enim esse vocabulum puto, et scriptione tantum, non etiam sono, nec origine, aut significatione, differre. Accidit enim huic voci, ut *E* litera sonum illum nanciscatur, quem nec *E* literae, nec *I*, plene adscripseris, qualia notat et Lipsius de lingua Lat. cap. 7. Vide tamen Acidal. ad Vellei. II, 68, 4; Vinetum ad auctorem nostrum, II, 2, 2; et Casaub. ad Suetonium, Claud. XXVI, 7; Ovid. Trist. V, 6: « Quatenus et non est « in caro coniuge felix ».

Querela, I, 18, 5. Est expostulatio de iniuria, utque ea luatur, petitio. Sic, *queri*, II, 6, 5. — *querelae* dicuntur etiam, quum socii, aut subditi, ab aliis infestari se nuntiant, contraque eos auxilium orant, III, 2, 4. — ita dicitur, *queri* de aliquo, III, 10, 14. — de incursionibus hostium, III, 2, 3; III, 10, 17. — *queri* de diis, II, 6, 14. — de fortuna, III, 11, 2. H. e. conqueri de iniquitate deorum aut fortunae.

Quiddam indomitum, I, 22, 2. — *quiddam* simile navibus, II, 4, 2.

Qvinctilivs Varus (P.), IV, 12, 31.

Qvinctivs (L. Cincinnatus) dictator, I, 11, 12; I, 26, 7.

Qvirinvs, I, 1, 18. Iulianus, princ. de Caesaribus: « Quirinus, quo quidem « nomine ille nobis, si quidem deûm « responsis paremus, appellandus est». — *Quirinalis* (unus e septem Romae montibus), I, 13, 16.

Quis, aut unde, I, 18, 4. Videtur haec formula usitatâ fuisse in contemtu et fastidio, quum etiam notos per superbiam se non noscere simularent. Sic Ovidius, Epist. Phyllidis versu 106: « Hei mihi, si quae sim Phyllis, « et unde, rogas ». Alias etiam ignotos ita compellare solebant: « Quis genus? unde domo? » Virg. Æn. VIII, 114. Vide Savaronem ad Sidonium, Epist. I, 11.

Quomodocumque, III, 23, 4.

Quotidiani hostes, I, 11, 1; II, 3, 3.

Quum maxime. Vide *Maximo*.

Rabies Mariana Cinnanaque, IV, 2, 2. — Numantinorum, II, 18, 15. — piratica, III, 8, 2. — pugnandi, IV, 2, 46. — Samnitium, I, 16, 7. — Thracum, IV, 12, 17. — victorum, IV, 2, 85. Vide etiam *Furor.*

Radiare (radiis distinguere); quasi de industria prospera adversis *radiarentur*, IV, 2, 30.

Radices Alpium, II, 5, 1; III, 3, 7. — Vesuvii, III, 20, 4.

Radiis distincta corona, IV, 2, 91.

Rapere (semper celeritatem notat, et violentiam; de flumine dictum, pro haurire), III, 11, 3. — *rapere*, pro occupare, corripere. Sic, *rapere* castra subito impetu, III, 20, 4. — improviso adorti castra *rapiunt*, IV, 12, 31. — primus impetus belli Bithyniam *rapuit*, III, 5, 6. — *rapta* impetu Hispania, II, 17, 6. Ita Curtius, IV, 14, 1: « Syriam Ægyptumque praetereunti« bus raptas ». — *raptos* (tamen dicit) Veientes, I, 12, 4; qui decenni obsidio vix subacti sunt. — *rapere* regnum (h. e. vi invadere, nondum debitum), I, 7, 1. Sic, censum, imperium, patrimonium, IV, 2, 21. — pro eripere; sic, *rapta* iure belli repetere, III, 5, 13. — *rapere* scutum de manu, IV, 12, 7. — quo quemque *rapuit* fuga (h. e. quo quisque se fuga proripuit), III, 11, 10.

Rates Balearium, III, 8, 3. — *rates* ex cratibus, III, 20, 13. — *rates* inopia navium factae, IV, 2, 32.

Ratio reip. (h. e. conditio, utilitas, quam hodieque italice *la ragion di stato* appellant), I, 8, 1. — *rationes* thesaurorum continens libellus. IV, 12, 44. Sic apud Livium, XXXVIII, 55, 9, est *liber rationis.*

RAVDIVS Campus, III, 3, 14.

RAVENNA (urbs), III, 10, 22.

Receptator hostium Rhenus, III, 10, 9.

Recens et integer, III, 1, 13.

Recipere, pro accipere, capere; sic, totius orbis opes Ostia *recipit*, I, 4, 3. — pro admittere, suscipere; sic, *receptus* Gabiis Tarquinius, I, 7, 7. — *recipere* se, plerumque cedentium est, et locum munitiorem quaerentium, Gall. *se retirer*; sic, Aquitani in speluncas se *recipiunt*, III, 10, 6. — C. Gracchus in Aventinum se *recipit*, III, 15, 5. Interdum *recipere se* dicuntur, qui etiam non fugiendi gratia iter faciunt; ut, IV, 7, 12. — *recipere*, pro occupare, capere, de iis, quae numquam in potestate fuerunt; sic, Cypros *recepta* sine bello, III, 9, 1. — Hispania *recepta*, IV, 2, 29. Ita Livius, XLIV, 32, 1, *Anicius Scodra recepta* Caes. Civ. I, 16, *recepto Asculo.* Similem significationem verborum *redire*, *reddere*, etc., observat Salmasius ille ad Spart. Adrian. cap. 2; sic infra *redigere.* — *recipere* spiritum. II, 3, 1. Desumtum a luctatoribus, aliisque, qui vehementer exerciti, difficulter respirant: et ita ad recipiendum spiritum interquiescere coguntur.

Reciprocantes aquae (h. e per aestum huc illud iactatae), II, 8, 9.

Reciso ponte, I, 10, 4. Editio Boxhorniana habet *rescisso.*

Recoquere ferrum (h. e. iterum immittere igni, et ad alios usus formare), III, 20, 6.

Redigere (pro subigere nondum possessa, ut videatur ea eorum censu esse verbum hoc, de quibus modo in *recipere* diximus); sic, pop. Romanus totam Italiam sub se *redigit*, I, 9, 8. — *redigere* in deditionem, III, 10, 25. — in ditionem, I, 18, 23. — in potestatem, I, 15, 3. — *redigere* intra urbes (h. e. compellere), III, 7, 4. — intra muros, IV, 5, 3. — eo *redegit* populum (h e. eo deduxit pop.), I, 2, 4. — *redigere* consecrationem suam in pretium victoriae (h. e. consecratio-

nem suam pretium victoriae facere), I, 17, 7.

Redimita frons regium in morem (h.e. diademate revincta), III, 19, 10.

Redire rursus. Vide *Rursus*. — in perniciem (h. e. verti in pern., fieri perniciosum), III, 13, 4. — *redierat*, pro rediisset, IV, 3, 2. Vide etiam *Erat*.

Referre ad populum, III, 21, 9; h. e. legem ferre ad populum. — *referre* populum in censum, discrimina officiorum, etc., in tabulas, I, 6, 3.

Regere se ipsum non potest arbiter regum et gentium populus, III, 18, 7.

Regilli lacus, I, 11, 2.

Regionum nomina constructa ut urbium, II, 2, 15; III, 10, 16.

Regius furor (appellatur auctori, dominandi cupido in decemviris, qui regiam potestatem, etiam nudo nomine odiosissimam, captabant), I, 24, 1. Hinc ubi quid insolentius gerebatur; aut ubi quis alterius potentiam ad invidiam vocabat, *regnandi* et *dominandi* verbo utebantur. Sic in Nostro *regnum* iudiciorum, III, 13, 3. — et *regnare* iudiciariis legibus, III, 12, 9, dicuntur equites immani illa potestate suboi ai. Apud Livium, VI, 40, 6, Claudius tribunos pl. exagitans: « Tantum « licentiae, novem annis, quibus re- « gnant, sumsisse »; et violentus ille Coriolanus apud eumdem scriptorem, II, 34, 10: « Tarquinium regem qui « non tulerim, Sicinium feram? » Atque ita aliis locis plurimis. Sallust. Hist. I, 1, 12: « Servili imperio patres « plebem exercere, de vita atque tergo « regio more consulere ». — *regium* in morem redimita frons (h. e. diademate revincta), III, 19, 10. — *regio* nomine fretus Antiochus Annibalis consilia negligit, II, 8, 6. — *regia* insignia sumit servus, III, 19, 6.

Regnare iudiciariis legibus, III, 12, 9. Sic *regnum iudiciale* dixit Cicero ad Attic. I, 1. Vide *Regius*.

Regnum in honorem virtutis ultro delatum, I, 3, 1. — dolo partum industrie agitur, I, 6, 2. — a Tarquinio ultro petitum, I, 5, 1. — *regni* cupiditate fratres interfeeti, III, 1, 3. — *regni* insignia oblata Caesari, IV, 2, 91. — *regno* praesidere, h. e. regem esse, II, 7, 2. — *regnum* invadere, pro condere, inchoare, I, 8, 2. — rapere mavult Tarquinius, quam exspectare, I, 7, 2. — *regna* testamentis relicta, II, 20, 2. — *regna* donare consuetus pop. Romanus, III, 9, 3. — *regna* pro regibus, I, 10, 1. Vide etiam *Dominatio*.

Regyrare (h. e. revolvi, quasi in orbem redire), IV, 2, 6.

Religare, pro ligare, alligare, I, 3, 8; III, 7, 3; III, 19, 8.

Religio (h. e. sanctitas), Numae inclyta, I, 2, 1. — foederum summa Romanis, II, 6, 5. — publica privatis affectibus antecellere debet, I, 13, 12. — *religionis* auxilio incolumis, I, 13, 16. — *religione* et iustitia gubernanda imperia, I, 2, 4.

Religiosus, qui religiones sancte colit; ita, quid Numa religiosius? I, 8, 3. Alii *religiosum* esse in culpa ponunt, ut *superstitiosum*; unde versus apud Agell. IV, 9: « Religentem esse opor- « tet, religiosum; nefas ». — *religiosissimum* (h. e. quod maxima religione colitur, sanctissimum), I, 13, 11.

Reliqua, pro reliquiis, III, 10, 1. *Reliqua corporis*, Victor de Caesare, cap. 20 f.

Reliquiae Asiae rebelles (h. e. reliqui Asiaticorum rebellium), III, 5, 17. — Gallorum, I, 13, 21. — latronum, III, 19, 8. — naufragarum partium, IV, 2, 64. — *reliquiae* Veiorum nullae (h. e. vestigia), I, 12, 11.

Remeare, pro recedere, I, 12, 8.

Remittere exercitum, pro dimittere, non detinere, IV, 2, 17.

Remorum ordines, IV, 11, 5.

Remunerari, III, 5, 28: h. e. vicissim dona dare.

Remus, I, 1, 6. — occiditur, I, 1, 8.

Remus (fl.). Vide Rhenus.

Repercussus (nempe solis, pro reflexione), III, 3, 15.

Reprimere, amnem (h. e. coërcere, et coutrahere), I, 1, 3.

Repurgare aurum venis, IV, 12, 12.

Requirere, pro quaerere, investigare; sic, Samnium in ipso Samnio *requiritur*, I, 16, 8. — pro interrogare, IV, 2, 68.

Res mira dictu, I, 7, 7. — *res* poscit, I, 8, 3. — *res* unius aetatis, populus virorum, I, 1, 10. — in *re* esse (h. e. revera esse, existere), IV, 7, 11. — *res* motae, III, 17, 9. — *rerum* novarum cupidus (h. e. turbarum), III, 23, 2. — quatuor anni belli, pro clade *rerum* breve tempus, IV, 2, 6. — *rebus* suis diffidere, III, 1, 16. — *rebus* arctis, afflictis, II, 6, 31. — deploratis, II, 15, 16. — perditis, IV, 8, 4. — *res*, pro rep.; sic, *res* Romana, III, 22, 5. — Veientium, I, 12, 8. Ita saepissime auctores.

Res familiaris (pro substantia, bonis cuiusque), IV, 1, 1.

Res publica etiam hostibus recipiendis augenda, I, 1, 14. — cum *rei* publicae clade nihil movendum, III, 23, 2. — *rei* publicae aegrae sauciaeque expedit quiescere, III, 23, 4. — de *re* publica invadenda facile convenit potentiae cupidis, IV, 2, 11.

Rescindere acta, h. e. abrogare, III, 23, 2. — domus, tecta, pro demoliri, II, 15, 10. — pontem, III, 10, 3. — plagam (h. e. rursus aperire iam coalescentem), IV, 2, 72. Hoc sensu, vulnera interdum ipsa curatione *rescinduntur*, III, 23, 4.

Residuum nihil est crudelitatis, III, 4, 2.

Resignare, pro rescindere, IV, 7, 14. Cic. pro Archia.

Resilire ab imposito iugo, IV, 12, 2. — in aquas, III, 6, 6.

Respirare, II, 6, 23. — *respirat* insula, III, 19, 9. Vide *Recipere spiritum*.

Responsum superbum Crassi, III, 11, 5. — Tarquinii, I, 7, 7.

Restare (pro manere); restitere Iuventas et Terminus, I, 7, 7. — pro superesse, III, 10, 1 et 2.

Resurgere in aliquem, h. e. rursus insurgere, I, 13, 19.

Retinere amnem manibus et clypeis, III, 3, 12.

Retro dare gradum, h. e. loco pelli, retro cedere, IV, 2, 81.

Reus ambitus, III, 17, 5. — in praesentem *reum* peroratum, IV, 1, 7.

Revellere, pro avellere; sic, *revulsa* aquila, IV, 12, 38. — *revulsa* Italiae Sicilia, II, 2, 2.

Reverens, tam de eo dicitur, qui meretur revereotiam, quam qui exhibet; ut, *reverentius* visum est nomen Augusti, IV, 12, 66; et *reverentior* captae maiestatis nemo fuit, II, 12, 11.

Reverentia par inter Parthos et Romanos, IV, 10, 1.

Revereri oportet fortunam, cui tantum licet, II, 12, 11.

Revirescit imperium, Praefat. 8. Vide *I*.

Reviviscit imperium, II, 6, 27. — *reviviscunt* incendia, translative, III, 5, 14.

Revomere: Histri cum sanguine et spiritu male partam *revomuere* victoriam, II, 10, 3. Dictum de ebriis interemtis, ad instar illius Virgiliani, Æn. IX, 349: « Purpuream vomit ille animam, et cum sanguine mista Vina refert morieos », — Maria *revomunt* spolia (h. e. hausta reciprocant, et reiiciunt ad litora), IV, 11, 7.

Rex appellatur Apuleius, III, 16, 4. — *rex* hostium captus maximum

victoriae decus, III, 2,5; III, 3, 10; III, 10, 26 et ibi Nota. — *rex* vilissimus Ptolemaeus, IV, 2, 52. — *regem* se vocat supplex Perses, II, 12, 10. — in *regem* desciscit Antonius, IV, 3, 4; IV, 11, 3. — *reges* auxilia petunt a Romanis, II, 7, 5. — *regibus* parere consuetae urbes, II, 20, 4; III, 5, 6.

Rhea Silvia, I, 1, 1.

Rhenus (fl.), III, 10, 2. — transitur a Caesare, III, 10, 14. — ponte iungitur, III, 10, 15. — imperii terminus, IV, 12, 39 et 61. — bis traiectus a Caesare, IV, 12, 22. — *Rheni* effigies in triumpho Caesaris, IV, 2, 88. — per *Rheni* ripam L amplius castella a Druso directa, IV, 12, 26.

Rhodanus (fl.), III, 2, 4. — Helvetiorum terminus, III, 10, 2. — *Rhodani* effigies in triumpho Caesaris, IV, 2, 88.

Rhodii nauticus populus, II, 7, 8. — Antiochi classem vincunt, II, 8, 12. — pro Ætolis deprecantur, II, 9, 3. — *Rhodiorum* classes, III, 6, 8.

Rhodope (mons), III, 4, 6.

Rhodus (ins.), III, 5, 8.

Rictus oris, III, 11, 11.

Ripa, pro litore, IV, 11, 7. Quum alias *ripae* dicantur esse fluminum, *litora* maris. Hinc § 4, Inst. de Rer. Div. « Riparum quoque usus publicus « est, sicut ipsius fluminis ». Et § 5: « Litorum quoque usus publicus est, « sicut et ipsius maris ».

Rixa, pro pugna, III, 10,5.

Robur pop. Romani, II, 2, 1. — *robur* elanguet clementia soli caelique, III, 3, 13. — *robur* Hispaniae Celtiberi (h. e. fortissimi Hispanorum), II, 17, 9. Sic, *robur* Italici sanguinis, IV, 2, 5. — Orientis, IV, 2, 5. — sociorum, III, 18, 6. — *robora* gentium, III, 5, 22. Ita saepe Tacitus et alii.

Robustus populus, II, 1, 2. — *robusta* imperii maturitas, Praefat. 7. — *robustissima* oppida (pro munitissimis), I, 12, 3.

Rogare leges, III, 16, 2. h. e. ferre ad populum; rogandus enim erat populus utrum vellet eam legem, et iuberet.

Rogatio, pro lege, III, 14, 4; III, 17, 8.

Rogus (strues lignorum ad cremanda corpora), III, 20, 9; III, 23, 1.

Roma mater ac parens Italiae, III, 18, 5. — victrix Asiae Europaeque, III, 18, 7. Similes eius titulos largiter congessit Merula, Cosmogr. part. II, lib. 2, post enumeratas Vrbis regiones; ubi vide. — *Roma* conditur, I, 1, 7. — obsidetur a Porsena, I, 10, 2. — occupatur a Gallis, I, 13, 14. — a Sylla, III, 21, 6. — a Marin, III, 21, 13. — a Caesare, IV, 2, 21. — civitas hominum ac deorum domicilio destinata, I, 13, 18. — inter tres maximas urbes, I, 16, 6. — templo comparatur, I, 18, 20. — *Romam* convertitur Annibal, II, 6, 42. — de *Roma* invadenda deliberat Spartacus, III, 20, 11.

Romana avaritia, III, 5, 18; III, 9, 2. — dominatio, IV, 3, 8. — *Romanum* imperium. Vide *I*.

Romanus (pro Romani): *Romanus* populus comparatur homini, Praef. 4. — princeps *Romanus* populus. Vide *P*. — *Romani* barbari, I, 2, 4. — *Romani* gentium domini, IV, 3, 8; IV, 12, 14. — Etruscos, Latinos, Sabinos sibi miscuerunt, III, 18, 1. — *Romanorum* fortitudo, I, 18, 18. — *Romanis* sacer auguratus, I, 5, 4. — a *Romanis* gentes regesque praesidia petunt, II, 7, 5.

Romulus, I, 1. — *Romulus* pater, II, 4, 5. — *Romulum* vocari voluerunt Augustum, quod condidisset imperium, IV, 12, 66. Sic opinor nostrum, II, 17, 15, Viriatum dicere *Hispaniae Romulum*.

Rosae per hiememe collatae, II, 8, 9.

Rostra, I, 11, 20. — *rostris* collegam depellit Gracchus, III, 14, 5. — pro *rostris* exposita capita proscriptorum,

III, 21, 14; IV, 6, 15. — pro *rostris* oblata Caesari regni insignia, IV, 2, 91.

Rubiginem sentiunt arma, II, 8, 2.

Rudes bellorum elephanti, IV, 2, 67.

Ruere in praelium, II, 18, 12. — *ruens* ulterius hostis, III, 5, 9.

Rufinus (P. Cornelius) notatur a Censore, I, 18, 22.

Ruina provoluti in Italiam Cimbri, III, 3, 11. — *ruina* belli (dicitur quod vicina plerumque secum trahat, ut accidere solet in ruinis aedificiorum), II, 11, 1; II, 12, 1. — bellum Tarentinum regem Pyrrhum, totamque fere Italiam una *ruina* involvit, I, 18, 1. — Mithridates totum paene Orientem et Occidentem sua *ruina* involvit, III, 5, 21. — *ruina* incendium suum restinguere vult Catilina, IV, 1, 7. Claudian. in Rufin. II, 17: « Quid restat, nisi cuncta « novo confundere luctu, Insontesque « meae populos miscere ruinae? » Forte secutus Lucanum, VII, 654: «. . . trahere omnia secum, Mersa iuvat, « gentesque suae miscere ruinae ».

Rumpere fidem, IV, 2, 16. — foedus, I, 16, 7; II, 6, 4; III, 6, 1. — vallum (pro caedere), IV, 2, 24.

Ruptor foederis punitus, I, 3, 8.

Rursus redire, I, 3, 9; I, 11, 14. (Suffecerat *redire*, sed gaudent interdum hoc pleonasmo scriptores; sic *rursus repetere* est apud Sueton. Caes. cap. 2, ubi Casaubonus; et XVII, 1: *recidit rursus in discrimen aliud*. Claudian. in Rufin. I, 357: . . . . *revocataque saecula rursus*; *rursum recipere* ap. Iustin. V, 4, 12; et XLII, 2, 12; ita *rursum denuo* coniungit Plautus, Prologo Casinae, versu 33; et extremis Menaechmis « Venibit uxor quoque etiam »; quod et in lib. I, §. 1 de Iust. et Iur. « verum etiam praemiorum quoque ». Sic Livius, XLI, 24, 17: « Legati deinde postea missi ». Ita Prol. Iustini, XXVII: « Antiochus insidiantem sibi effugit « Artamenem; dein postea custodes « Tryphonis »).

Rutilius (P. Rufus) damnatur, III, 17, 3.

Rutilius (P. Lupus) vincitur a sociis, III, 18, 12.

SAC

Sabaei (pop.), IV, 11, 7.

Sabini (pop.), I, 1, 12. — Romam demigrant, I, 1, 14. — vincuntur a Romanis, I, 15. — Romanis misti, III, 18, 1. — triumphi de *Sabinis*, I, 18, 26.

Sacer (mons), I, 23, 1. Alius sacer mons est apud Antigonum, Hist. mirabil. 144, *Athos*, ut opinor, qui etiamnum incolis ἅγιον ὄρος, teste Bellonio, Observ. I, 35; alius item apud Philostratum in Apollonio. Alius etiam apud Strabonem, lib. VII: παρὰ δὲ τοῖς Γέταις ὁ ἱερεὺς ὠνομάζετο Θεός, καὶ τὸ ὄρος ὑπελήφθη ἱερόν, καὶ προσαγορεύουσιν οὕτως.

Sacerdos (pro Vestali), I, 1, 2. Ita, *sacerdotium* petunt Cimbrae, III, 3, 17. Orosius aliter hoc profert, V, 16: « si « inviolata castitate, virginibus sacris « ac diis serviendum esset ». Hoc enim modo non sacerdotium tantum, sed et libertatem illis adimit, qua re moveor, ut credam auctoris, aut librarii, incuriane dicam, an inscitia, vocem *virginibus* additam, qua remota, constaret idem cum nostro sensus.

Sacramentum militiae, II, 6, 23; IV, 2, 65. Eleganter hoc verbum transfert auctor ad quamcumque necessitatem, qua quis ad bellum gerendum adigitur. Sic de incensis urbibus Helvetiorum, III, 10, 2. — de trucidatis legatis a sociis, III, 18, 9. — de crematis centurionibus a Germanis, IV, 12, 24. Ita Seneca, de Brev. Vitae, V, 6; « Iuvenes « adulterio, velut sacramento, adacti ».

Sanctum aerarium, IV, 2, 21. — *sanctius* foedus, pro arctiore, I, 16, 2. — *sanctius* et reverentius visum, IV, 12, 66. Coniungit ista et Tacitus, Germ. XXXIV, 7. — *sanctissimae* animae Bruti et Cassii, IV, 7, 15.

Sanguis humanus pignus coniurationis, IV, 1, 4. Multa ad hanc rem lo. Guilielmus Stuckius, convivalium lib. I, fol. 105. — *sanguinis* Gallici inundatione incendia urbis deleta, I, 13, 17. — *sanguinis* sui semita iter ad victoriam aperit Decius, I, 14, 3. — *sanguinem* humanum litant Thraces, III, 4, 2. — *sanguine* suo curiam implet, qui civili terrarum orbem impleverat, IV, 2, 95. — *sanguine* speciosiores duces, IV, 12, 7. — *sanguis*, pro genere, I, 26, 2. — Sic, unum *sanguinem* ducere (eiusdem originis esse), III, 18, 1. — *sanguinis* ius, pro iure affinitatis, III, 1, 15. — *sanguine* nihil scripsisse, II, 2, 14.

Sapiente dignum est, laetum accire mortem, IV, 2, 70.

Sapientia seniorum, I, 16, 10.

Sarcinae superfluae ab exercitu remotae, II, 18, 10.

Sardinia pignus annonae, IV, 2, 22. — occupatur a Romanis, II, 2, 15. — a Caesare, IV, 2, 22. — a Sex. Pompeio, IV, 8, 1. — in *Sardinia* bellum, II, 6, 32 et 35. — in *Sardinia* mortuus Lepidus, III, 23, 7. *Sardegna* vocatur Leandro: Hispanis *Cerdegna*. Sic Sueyro in versione Velleii.

Sarmatae (pop.), III, 4, 6. — vincuntur a Lentulo, IV, 12, 20. — amicitiam Augusti ambiunt; IV, 12, 62.

Satelles, III, 16, 4; IV, 1, 3. Per irrisum ita vocantur plerumque alienae potentiae ministri. Iustinianus ita vocavit ministros suos in condendo iure, §. 1. Const. de confirmat. Dig.

Satis insolenter, I, 26, 3. — *satis* superque idonea clades, I, 12, 2.

Satisfacere, IV, 12, 45. Civiliter sumtum, valet excusare errorem, deprecari culpam, etc.; ut omnis illa satisfactio in verbis videatur consistere: Noster autem de poena hoc accepit, sicut Iustinus, XV, 3, 9.

Satius, pro melius, III, 12, 6.

Satricum (urbs), I, 11, 6.

Savus (fl.), IV, 12, 8.

Saxa (Decidius), legatus Antonii, IV, 9, 4.

Scaeva (M. Caesius) centurio Caesaris, IV, 2, 40.

Scaurus (M. Aemilius), III, 1, 5. — ambitus postulatur, III, 17, 5. Immo repetundarum. Vide Pighium, ad annum Urbis conditae DCLXII.

Scelerata porta, I, 12, 2. Ita *scelerata castra* apud Sueton. Claud. I, 7.

Scelus Catilinae, IV, 1, 6. — *scelus* per amorem, II, 18, 14, — *scelus* summum civilis belli caedes Pompeii, IV, 2, 55. — *scelere* domestico oppressus Drusus, III, 18, 4. — *scelere* alieno, iudicio suo uti, IV, 7, 15. — *scelera* non latent diu, III, 1, 6. — *scelera* plebeiorum quam nobilium, malorum quam bonorum, aequiore animo feruntur, III, 21, 2. — *scelera* in tabulis Antonii (h. e. proscriptio virorum illustrium), IV, 6, 6. Ita Seneca, Nat. quaest. VI, 23, de rebus Alexandri: « Nihil tam magnum « erit, quam scelus Callisthenes »; nempe occisus. — *scelerum* furor, IV, 9, 3.

Scenicus rex, II, 14, 4; h. e. non verus, sed quales solent introduci in dramatibus. Vide Bourdelotium ad illa Satyrici: « Grex agit in scena mimum: « Pater ille vocatur; Filius hic; no- « men Divitis ille tenet » ad illa verba *nomen Divitis*. Alio sensu *scenicus* appellatur Nero apud Tacitum, Annalium lib. XV, cap. 59, 3, quod scenis gauderet, et ipse fabulas cantaret.

Scilicet per ironiam dictum, III, 21, 16.

Scipio (P. Cornelius Africani pater),

II, 6, 10. — occiditur, II, 6, 36; II, 17, 6.

Scipio (Cn. Cornelius, Africani patruus), II, 6, 36; II, 17, 6.

Scipio (P. Cornelius Africanus) patrem servat, II, 6, 10. — Hispaniam recipit, II, 6, 38; II, 17, 7. — Africam invadit, II, 6, 55. — legatus fratris, II, 8, 14. — primus nomine victae gentis nobilitatus, I, 11, 9. Idem dicit Silius, fine operis.

Scipio (L. Cornelius, Africani frater) Antiochum vincit, II, 8, 14.

Scipio (L. Corn.) Corsicam et Sardiniam invadit, II, 2, 15.

Scipio (P. Cornelius Æmilianus) hostem ex provocatione vincit, II, 17, 11. — Carthaginem evertit, II, 15, 12. — et Numantiam, II, 18, 8.

Scipio Nasica (P. Cornelius) Carthaginis excidium dissuadet, II, 15, 4. — Tib. Gracchum interficit, III, 14, 7.

Scipio (L. Cornelius) cos. (anno V. C. DCLXX), III, 21, 18.

Scipio (Q. Caecilius Metellus) Pompeianarum partium dux, IV, 2, 65. — mortem sibi consciscit, IV, 2, 68.

Scipionum nomen Africae fatale, II, 15, 12.

Scopulus securitatis publicae (h. e. ad quem, allisa naufragium faceret sicut navigia in veris scopulis). IV, 9, 1. Ita Pisonem et Gabinium *voragines et scopulos reip.* vocat Cicero in Pison. cap. 18, sicut et *scopulum patrimonii*, et *voraginem bonorum*, de Orat. III, 40; *scopulum libidinis*, de Orat. II, 37: Sic Petronius, in Carm. de B. Civ. vs. 240, Pompeium vocat *piratarum scopulum*: et apud Val. Max. III, 7, 9: *Cassii tribunal scopulus reorum dicebatur.* Alludit vetus poeta apud Scalig. in Catalectis, pag. 190 f. « Maximus « hic scopulus, non tamen unus erat ».

Scordisci (pop.), III, 4, 3.

Scorta ab exercitu remota, II, 18, 10.

Scribae, II, 6, 25.

Scutum e fugientis manu rapit Caesar, III, 10, 4. — in *scuto* Scaevae 120 tela, IV, 2, 40. — *scutis* super capita elatis tegi, III, 10, 13; IV, 10, 6. — *scutum* imperii Fabius, II, 6, 27.

Scythae (pop.), IV, 12, 62.

Scythicus Septemtrio, III, 5, 28.

Secreta imperii pignora, Ancilia atque Palladium, I, 2, 3. Nam illa maxime abscondebantur, nec tractabantur nisi rare, et ab hominibus ei rei sacris.

Secta pastoria, III, 12, 2; h. e. modus et ratio vivendi; sic, *temporum suorum sectam* aliquoties dicunt Impp.

Sector (qui bona hastae subiecta simul emit), II, 6, 48. Vide Barth. Advers. V, 4. Plinius inde femininum deducit, XXXVI, 15 m. *Metella proscriptionum sectrix*.

Secundus, pro favente. III, 15, 3. — *secundum* hominum genus, III, 20, 1. Cic. Offic. III: « Quasi secunda quae« dam honesta esse dicunt ». Tertullian. pag 195, 1, edit. Rigalt. « femina « genus secundi honoris ».

Securi, quam gladio, percuti, atrocius, III, 5, 3. — *securi* percussi liberi Bruti imperio patris, I, 9, 5. — *securi* districta, II, 2, 17. — *secures* in principum colla strictae, II, 5, 4.

Sedere, pro placere, fixum obstinatumque esse; sic, *sedet* bellum, II, 15, 4. — consilium fugae, II, 18, 14. Sic Sidonius, carm. VII, 337; Marcellinus, XIV, 2; XVIII, 2; XIX, 15; XXVIII, 29: « Quicquid Caesaris implacabili« tati sedisset ». Lib. VII in fin. qui satisd. cog. *si iudici sederit*. Adde lib. III, C. de Coss. lib. XII. — *sedet* sententia, II, 15, 9. Claudian. de Bel. Gild. 415. *Ut visum est atque sedit*, Arnob. lib. IV, pag. 173 f. — *sedere*, de telis dictum pro incidere, pervenire; sic, in scuto Scaevae 120 tela *sedere*, IV, 2, 40.

Sedes belli, pro loco ubi geritur, IV,

(1) Quis non sentit, commodiorem magisque perspicuam characterum aldinorum distinctionem esse praeferendam millibus huiusmodi commatibus «. . . . » quae ab editore Parisino perpetuo adhibita sunt? Innumera quoque parentheseos signa, quibus abs re hunc indicem concinnando idem editor usus est, sustuli *Typ. Taur.*

Sententia, pro partibus: traxit in *sententiam* suam senatum, III, 1, 4.

Sentina: vitiis suis, quasi *sentina*, mersa resp., III, 12, 7.

Sepire, pro cingere: septae ignibus latebrae, II, 3, 5.

Septemtrione nihil infestius, III, 2, 2; IV, 12, 3.— *septemtrio* Scythicus, III, 5, 28.

Septimius (L.) Pompeium interfecit, IV, 2, 52.

Sepulcrum: ad *sepulcra* caesorum mactati inimici, III, 21, 26; IV, 6, 2. — in *sepulcra* saevire est contra ius belli, II, 7, 4.

Sequani (pop.), III, 10, 20.

Sequi, pro succedere, I, 18, 1.— pro persequi, I, 10, 8; IV, 2, 50.

Seres (pop.), IV, 12, 62.

Serica tentoria, II, 8, 9.

Serpentes ad venas admovet Cleopatra, IV, 11, 11.

Serpit bellum, II, 2, 15; II, 9, 4.

Sertorianum bellum, III, 22.

Sertorius, III, 5, 4. — dux Marianus, III, 21, 13.— domestica fraude opprimitur, III, 22, 9.

Servare, IV, 2, 70. Vide *Observare*. Sic Virg. Æn., II, 567: «... limina Ve« stae servantem...» Plaut. Mostell. II, 2, 20: « Natus nemo in aedibus servat ». Vide Gruteri Suspic. V, 1.

Servi quasi secundum hominum genus, III, 20, 1. — *servi* rebelles in *servos* infestius saeviunt, quasi transfugas (nempe quod communem caussam prodereot), III, 19, 10. — *servi* Volsiniensium dominos opprimunt, I, 21, 2. Ita Mamaluchi in Ægypto.— *Serva* mater Servii, I, 6, 1.

Servilis inscriptio dignitatem triumphi violat, III, 19, 8. H. e. ita inscribatur: *Triumphus de Servis*.— *servilia* bella, III, 19. — eorum caussa, III, 12, 10. — *servilia* opera, h. e. servis digna, II, 18, 10.

Serviliter in terga saevire, I, 23, 1. Vide Bernecc. in Iustin. I, 5, 2.

Servilius Ahala (C.) mag. equ. I, 26, 7.

Servilius (P. Vatia) Isauricus, III, 6, 4.

Servilius praetor vincitur a servis, III, 19, 11.

Servilius Caepio (Q.), III, 17, 4. Vide etiam *Caepio*.

Servitia militant, II, 6, 23. — auxilium pudendum, II, 6, 30. Primum qui memoratur servos armasse, crediderim fuisse Miltiadem bello Persico. Pausanias in Achaicis· « Diaeus, quod « Miltiades ante pugnam Marathoniam « fecerat, imitatus; vocatis ad pileum « servis » etc.

Servitus: ad *servitutem* confugere salutis caussa, IV, 3, 4. — *servitute* multata Macedonia, II, 14, 5.

Servius rex Rom. I, 6. — utilis pop. Romano, I, 8, 6.

Si credere fas est, III, 3, 19. Constat mihi scripsisse Florum: *sic credere fas est*. — *si* diis placet, III, 4, 1. Sic Quinctilianus, VIII, 3, 31: « dicta « sancte et antique, ridentur a nobis, « si diis placet ». Liv. XLIV, 22, 6.

Sibi, pro ei, aut illi, I, 12, 5. Sic in querela Mali eleganti epigrammate, quod non merebatur obscoenis inseri: « Nec venti, pluviseque, sicci« tasve, Quod de se quererer, malum « dederunt ». — *sibi* h. e. in suam utilitatem; ita, bellum Samniticum pop. Romanus *sibi* gessit, I, 16, 2.— Parthi sub auxilii specie *sibi* vincunt, IV, 9, 5. — sub specie partium *se* vindicant Samnitium duces, III, 21, 22. Sic intelligendus Seneca, de Benef. I, 13, 3: *Hercules nihil sibi vicit*. Lucan. X, 13: .... *Magnumque perisse Non sibi*... et X. 81: *dum, non sibi, vincere mavult*. Iustinus, II, 8, 6: *quasi sibi, non patriae vicisset*. Curtius, VI, 11, 29: *non enim sibi, sed hosti esse occi-*

suros Alexandrum. Cicero, Philipp. I, 29: *num sibi soli vicit?* Apud Senecam autem, de Beuef. VI, 31, 12, liceat mihi dissentire a magno interprete, qui verba illa, *qui non dicebat sibi*, hoc in quo sumus modo exponit. Sed videntur nimirum aliud sibi velle; et in ipsum Demaratum torqueri suspicionem movent illa: « Dignus erat praemio, antequam peteret ». Quod dictum est, sicut apud Tacit. H. I, 49, 9: « omnium consensu capax imperii, nisi imperasset ». Ideoque interpretarer, Demaratum verum dixisse Xersi, eius potentiam non esse tantam ut vinci non posset: non autem dixisse sibi, se tam stultum esse, ut praemium hoc extremae vanitatis peteret. Vt autem verbo *sibi* utuntur, sic etiam dicunt *mihi, tibi, nobis, illi*, etc. Lucan. V, 35, 7: « Iam certe mibi bella geram ». Argutatur in hoc sensu Plautus Menaechm. IV, 2, 82; ubi Taubman. Seneca Medea, versu 276: «.... illi Pelia, non nobis iacet »; et mox « Toties nocens sum facta, sed numquam mihi ».

Sibilare (serpentum proprium ad caussidicos translatum), IV, 12, 37.

Sibyllini versus, IV, 1, 8. *Sibyllini libri* Vopisc. in Aureliano, cap. 18.

Sic, optantis, I, 1, 18.—*sic*, quasi, frequenter iunguntur; ut, III, 6, 1 et 10; III, 10, 15; III, 21, 20; IV, 7, 1. —et *sic* usurpari solet quum intervenit actui quoddam impedimentum, non tamen ad eum tollendum sufficiens; ita, II, 2, 32. — Eodem sensu, *sic* quoque, III, 11, 14; IV, 10, 5. Ita Statius, XII, 258; Livius, XLV, 38, 11; Martialis, Epigr. I, 16; Seneca, Troadib. versu 1118.

Sicambri (pop.), IV, 12, 24.

Sicilia (ins.), I, 18, 3. — occupatur a Romanis, II, 2. — a Sex. Pompeo, IV, 8, 1. — multo cruentius vastata servili, quam Punico bello, III, 19, 2. — frugum ferax, III, 19, 3. — in *Sicilia* bellum, II, 6, 32. — *Sicilia* contenti debuerant esse Romani, III, 12, 6.

Sicoris (fl.), IV, 2, 26.

Siculum fretum, IV, 8, 3. — mare, III, 6, 8.

Sidus Herculis, I, 18, 9. — *sidera*, pro uno Sole videtur positum, IV, 3, 8. Sic apud Marcellinum, XVIII, 17, et XXII, 35. Vide Bernecc ad Iustin. XIII, 7, 10, sicut in iis, ubi « velut sideribus mota belli tempestas » II, 8, 8, et « quasi sideribus agitatum bellum » III, 21, 3, dicitur, quod ut Sol tempestates, ita illae caussae bella conciverint; ita Claudianus, in Eutrop. II, 424, pro tempestate posuit *sidus*, caussam nempe pro effectis: « Fertur in abruptum casu, non sidere puppis ».

Signifer (pro aquilifero), aquilam Augusto tradit moriens, IV, 4, 5. — aquilam intra baltei sui latebras abscondit, IV, 12, 38. — *signifer* dicitur etiam qui praecipue factionem aliquam iuvat; quomodo et *Antesignani* dicuntur; ita, *signiferi* et duces Sillanae dominationis, III, 23, 6.

Signum, pro omine, IV, 7, 7. — pro argumento, IV, 8. 3. — *signum* dare, III, 21, 13. Solebat autem militibus pugnam inituris *signum dari*, quando concurrerent; de quo Lips. M. Rom. IV, 12. — *signa* militaria Parthorum, III, 11, 8. — *signa* in hostes iaculari, I, 11, 2. Ad notam pertinet Seneca, Epist. XCV: « Primum militiae vinculum est religio, et signorum amor, et deserendi nefas ». — *signa* Crassi haurit Euphrates, III, 11, 3. — *signa* canunt. Vide *C.* — sub *signis* ordinare, III, 19, 9. Vide etiam *O.* — *signa* pro copiis saepe ponuntur aut ipsa acie; sic, infesta quatuor agminum *signa* per Etruriam volitant, I, 17, 2. — *signa* circumferre est exercitum circumducere, III, 5, 29. — inferre (exercitum

admovere), I, 22, 3; IV, 1, 8, II, 17, 6. — Ita, *signa* convertere, II, 6, 51; II, 17, 12. — *signis* Pompeianis omnis fere Asia tenetur, III, 5, 31. — collatis *signis* dimicare, est iusta acie, iusto praelio, II, 6, 52 et 58. — *signa* (pro statuis, imaginibus) Corinthia, II, 16, 6. Sic Ovid. Am. III, Eleg. 6: . . . *inutile signum*. Sallust. Catil. XI, 3, *signa mirari*.

Silanus (M. Iunius) vincitur a Cimbris, III, 3, 2.

Silentium subitum inter medium praelium, IV, 2, 80.

Sillaces, praefectus regis Parthorum, III, 11. 8.

Silvae Calydoniae, III, 10, 18. — Hercyniae, III, 10, 14. Vide etiam *Saltus*. — turis et balsami, III, 5, 29. Ita Solinus, cap. 35, *balsami silvam* appellat, et *lucos*; quod posterius inepte dictum arguit magnus interpres; possit tamen videri, ubi *silvae* vox conveniat, non male etiam *lucum* dici. — in *silvas* dilapsi Morini, III, 10, 6.

Silvestres homines, III, 8, 2. Vide etiam *Feri*.

Similis exitus belli Punici, initio, II, 6, 8. — *similior* victo populus, qui vicit, II, 6, 8. — *simile* prodigio, III, 4, 4. Ita *simile portenti* Cicero, Philipp II, 27: *monstri simile* Val. Max. IX, 11, 1. — *simile* quiddam cum nivibus suis habent alpina corpora, II, 4, 2. Sic pr. Inst. de publ. iud.

Simulacrum, pro exemplo, similitudine, I, 2, 3; IV, 2, 88.

Simulatus furor fanaticus, III, 19, 4. — metus, IV, 9, 6; IV, 10, 3. — *simulata* fuga, I, 3, 4. — proditio, IV, 12, 44. — stultitia, I, 9, 1. — *simulatum* colloquium, II, 2, 11. — transfugium, I, 7, 5; III, 11, 7. — *simulati* ludi equestres, I, 1, 10.

Sine missione pugnare. Vide *M*.

Singulare certamen Manlii, I, 13, 20. — Scipionis, II, 17, 11.

Singularis pro plurali saepissime ponitur. Vide Quintilian. IX, 3. Sic in nostro. Barbarus, III, 10, 13. — Bruttius, Apulus, Lucanus, I, 18, 26. — eques, II, 6, 13; III, 17, 4. — Germanus, III, 10, 14. — Macedo, II, 14, 2. — miles, I, 12, 8; II, 18, 11; IV, 2, 43; IV, 2, 50. — Romanus, II, 13, 1; III, 3, 9. — Tarentinus, II, 6, 42.

Sinus, recessum et cavitatem significat; ita, *sinus* vallis, I, 17, 7. — *sinus* ultimus Italiae (pro angulo), II, 6, 46. — in *sinu* bellum et pacem porto, II, 6, 7. Hinc *sinus* geographis dicitur, ubi mare terris utrinque abscedentibus, quasi in gremium admittitur. — Ita, *sinus* Ambracius, IV, 11, 4. — Gallicus, Ligusticus, III, 6, 8. — Maleus, III, 6, 3. — Sic e contrario terra fluminibus intercepta, ut, *sinus* inter Euphratem et Orontem, IV, 9, 5.

Sipylus mons, II, 8, 15.

Siti ad deditionem compulsi, IV, 2, 28.

Situm sentiunt arma, III, 2, 3; h. e. squallorem ex situ contractum; ita Virg. Æn. VI, 462, *loca senta situ*.

Socialis classis, III, 6, 8. — *sociale* bellum, III, 18. — eius caussa, III, 12, 9; III, 17, 9. — *sociale* non potest dici bellum Caesaris et Pompeii, IV, 2, 1.

Sociare opes, I, 1, 11. — sibi aliquem foedere, II, 7, 4.

Societatis inter hos et illos duces poenas dant miserae civitates, III, 22, 8; IV, 2, 77. — *societate* trium principum orbis imperium occupatur, IV, 2, 12.

Socii fortissimi fidelissimique, III, 18, 6. — *socii* Pompeii moram increpant, IV, 2, 43. — *socios* hostium persequi, I, 19, 1. — in *sociis* etiam nostrum animum perdimus, IV, 2, 29; IV, 7, 14. — pro *sociis* intervenit pop. Rom. I, 13, 6. Livius tamen, V, 35, 5, expresse scribit, Clusinis « adversus

« Romanos nullum ius societatis ami- « citiaeve fuisse ».

Socius rea confiscatus, III, 9, 3.

Sol in maria cadens, II, 17, 12. — *solis* defectio, I, 1, 17. — a *sole* venire, II, 6, 12. — sub ipso *sole* habitare, IV, 12, 62. — *soles* Campaniae, II, 6, 22; h. e. calor, quo gaudebant Afri. Sic Ovid. Epist. V, 111 : « arista Quae « levis assiduis *solibus* us'a riget ».

Solat um est posse transferre in alium culpam cladis, III, 11, 2.

Solenne sacrum, I, 13, 16. Quod certis temporibus fit, ut explicat Festus. Sic Veget. IV, 40, *diem solennem* vocat, quem paullo ante *statutum* dixerat.

Solertia Tullii, I, 6, 3.

Solicitare urbes, nationes, est in suas partes velle pertrahere, II, 20, 4, III, 5, 21. — *solicitare* in auxilium, IV, 9, 3. — in colloquium, III, 11, 9. — Marius provinciam Syllae decretam Sulpicia lege *solicitat* (h. e hoc agit, ut sibi decernatur), III, 21, 16.

Solidus: in *solido* decernere (q. terrestri praelio), II, 2, 9.

Solitudo Romae, I, 13, 14. — *solitudinem* Vrbi minatur plebs, I, 22, 5. — *solitudine* (h. e. ubi unus imperat) corrumpitur potestas, I, 9, 2. Contra Asinius Gallus apud Tacitum, I, 12, 4: a Vnum esse reip. corpus atque unius « animo regendum ». Et incommoda communis imperii ex Scipionis quoque verbis patent, relatis a Val. Max. VI, 4, 2: « se ex maiestate reip. om- « nia gesturum, si sibi cives vel dedis- « sent collegam, vel non dedissent ». Plut. Sylla cap. 33: « Hostes, nec alias « ducibus, quod plures haberent, pa- « rentes ».

Solium, pro loculo, ubi conduntur mortui, IV, 11, 11.

Solum: *soli* caelique elementia robur elanguet, III, 3, 13. — *solo* exaequare urbem, I, 13, 14. — *solo* mutato frugum semina degenerant, II, 11, 4.

Solvere fidem, h. e. praestare quod promiseris, I, 1, 12. Livius, III, 19, 1: « ut P. Valerii fidem exsolverent ». — *solvere*, de navibus dicitur iter auspicantibus, III, 10, 16. — *solvi* morte, h. e. in mortem solvi, mori, IV, 11, 11. Ita *somno*. Ibidem Ovid. Am. II, Eleg. 10, *solvi* pro mori absolute dixit.

Somnium medici de Augusto, IV, 7, 9.

Sonare ample, IV, 2, 65. Vide etiam *A*.

Sora (urbs), I, 11, 6.

Soranvs praetor occiditur, III, 21, 26.

Sortis ultimae vir, h. e. infimae conditionis, II, 14, 3.

Spadones Ægyptii, IV, 2, 52.

Sparsae magis quam oppressae vires, IV, 2, 65.

Spartacium bellum, III, 20.

Spartacvs, III, 20, 2. — de invadenda Roma deliberat, III, 20, 11.

Species belli, pro forma praelii, I, 17, 6. — *speciem* caesorum praebent Romani testudine tecti, IV, 10, 6. — *speciem* viventium praebent rostra Rom. navium, II, 2, 35. — ad *speciem* fiduciae panes a Capitolio iaculantur Romani, I, 13, 16. In quibusdam impressis est, *ad spem fiduciae*, errore ex compendio scripturae orto: ad *spem*, b. e. *ad speciem*. Sic apud Livium, XXVIII, 24, 9: « Forma tamen Rom. « castrorum constabat una ex spe », vetustiores edd. *constabat ea una spe*; quis dubitet scriptum fuisse *spe*; legendum *specie*? — magna nomina, ut non in usum, ita ad *speciem* imperii acquisiisse, decorum, III, 12, 4. — *species*, pro praetextu obtentu; ita *specie* iuvandi socios, mare ingreditur pop. Romanus, II, 2, 4. — sub *specie* partium se vindicant Samnitium duces, III, 21, 22. — sub *specie* falsa bella movere, I, 11, 1; II, 2, 4.

Speciosa mors, pro pulchra, conspi-

cua, III, 3, 16. — *speciosiora* vitia, h. e. quae maiorem speciem habent, III, 12, 11.

Spectaculum, sc. ludorum, I, 1, 10. — *spectaculo* quasi exposita urbs, II, 16, 1. Laudat pulchritudinem Corinthi. — *spectaculis* indulgent Romani, III, 12, 10. — *spectaculum* belli, I, 18, 8. — praelii, I, 11, 4.

Spectatio gentis, II, 7, 3.

Specula Africae Clypea, II, 2, 19. — veluti ultima septemtrionis *specula*, III, 5, 5. — *speculae* Herculis, pro columnis, IV, 2, 76.

Speculari, pro explorare, I, 17, 4.

Speculator, IV, 7, 13.

Speculatorium navigium, IV, 2, 37.

Spelunca: in *speluncis* includi Aquitanos iubet Caesar, III, 10, 6.

Sperare semper, indolis magnae signum, IV, 8, 3. — *sperare* (ἀκύρως, ut Virg. *sperare dolorem*), III, 1, 1.

Spirare altius, II, 2, 27. — quiddam indomitum, I, 22, 1.

Spiritus, pro magno animo, II, 6, 31; III, 10, 20; IV, 2, 10. — *spiritum* expellere, h. e. vitam, III, 5, 26. — recipere, II, 3, 1. Vide etiam *R.*

Spoletium (urbs), III, 21, 27.

Spolia (nautica) in suggestu fori suffixa, I, 11, 10. *Rostra* intelligit: ea enim hac appellatione fere veniunt. Vide Bernecc, ad Sueton. Aug. XVIII, 3. Adde Liv. X, 2, 14. — *spolia* opima. Vide *O.* — *spolia* praeferre, II, 7, 7. — suffigere, I, 11, 10.

Sponsor foederis, III, 14, 2. De foederibus per sponsionem late Livius, IX, 9.

Stare pro adesse: pro uno duos *stare* Pompeios, IV, 2, 74. — *stat* pro partibus fortuna, h. e. militat, IV, 7, 10. — imperium *stat* in ripa Rheni, IV, 12, 39; h. e. subsistit, ultra non progreditur; sic Quinctilian Declam. III: « Gens maiorem terrarum partem « victoriis pervagata, tantum in Mario « stetit ». — *stans* urbs, pro salva, non diruta ab hoste, incolumi, IV, 12, 57.

Statim capta Carthago, nempe eodem die quo obsessa, II, 17, 7. — *statim* ac sine mora, II, 2, 6; II, 3, 2. — *statim* et e vestigio, II, 8, 12.

Stator Iupiter, I, 1, 14.

Status Asiae a Sylla datus, III, 5, 12. — Graeciae antiquus redditus, II, 7, 13. — reip. a Romulo impositus, I, 1, 15. — mutatus, I, 9, 3.

Status sacrificii dies, h. e. solennis, I, 13, 16. Pro hoc vocabulo saepius reperias *statutus*, nescio an probe.

Stellis iter sequi, III, 5, 28. Curtius, VII, 4, 28: « Qui transeunt campos (in « Bactrianis), navigantium modo no- « ctu sidera observant, ad quorum « cursum iter dirigunt ».

Stipendiarius Thrax, III, 20, 8; h. e. auctoratus gladiator. — *stipendiaria* provincia (quae stipendium pendit), II, 17, 7.

Stipendiorum origo, I, 12, 8. Vlpianus vocis huius etymon recte deducit, lib. XVII, de V. S. « Stipendium a « stipe appellatum est, quod per sti- « pes, id est, modica aera, colligatur » quamvis eo loco non de stipendio militari, sed provinciarum loquatur; sed et ipsum militare, quod alteri postea nomen dedit, ita confectum. Vide Livium, II, 60. Est igitur *stipendium* a pendenda stipe, quod tum pecunia non numerabatur, sed appendebatur. Vide Plinium, XXXIII, 3. — *stipendii* loco terra petita, III, 3, 2. — templa promittit Postumius, quasi *stipendium* diis commilitonibus, I, 11, 4.

Stoliditas barbarica, III, 3, 12. — Domitii centurionis, IV, 12, 17.

Stolo (C. Licinius) trib. pl. I, 26, 4.

Strabo Pompeius. Vide *P.*

Strangulati in carcere Catilinae socii, IV, 1, 10. Hoc supplicio fere duces hostium triumphatos afficiebant.

Strategema Annibalis, II, 6, 12, 13

et 16. — Caesaris, III, 10, 3; IV, 2, 84. — Claudii Neronis, II, 6, 52. — Cossi, I, 11, 3. — Duillii, II, 2, 9. — Horatii, I, 3, 4. — Manlii, I, 13, 16. — Marcii Philippi, II, 12, 7. — Marii, III, 3, 8 et 15. — Parthorum, III, 11, 7; IV, 10, 3. — Postumii, I, 11, 2. — Spartaci, III, 20, 4, 6 et 13. — Tarquinii, I, 7, 6. — Tulli Hostilii, I, 3, 7. — Ventidii, IV, 9, 6.

Stringere bellum, III, 21, 1; ubi tamen melius totidem literis legas *ferrum*, hoc enim *stringendi* verbo melius convenit; aut *telum*, quam vocem etiam in Liviana Epitome in *bellum* transisse notavi, III, 16, 7. — *stringere* gladium, III, 21, 25. — *stringere*, pro vulnerare, IV, 12, 11.

Studere nomini provinciae, III, 10, 19. — revocandis regibus, I, 9, 5.

Studium, pro favore, III, 13, 1.

Stultitia simulata, I, 9, 1.

Stupens occasione, I, 16, 10.

Stuprum Lucretiae refugii caussa, I, 7, 10. — Virginiae destinatum, decemviratus sublati caussa, I, 24, 3. — *stuprum* suum egregie ulciscitur Orgiagontis uxor, II, 11, 7.

Sub silvis, pro in silvis, aut propter silvas, IV, 12, 10.

Subducere: Antonium metus *subducit* a praelio, IV, 7, 10. — aestibus *subducitur* Oceanus, III, 10, 5. Habet igitur significationem paullatim et prope sine sensu rei subtrahendi. Velleius, II, 72, 6: « quos praesenti periculo « fortuna subduxerat ».

Subigere, pro domare; ita, pop. Romanus *subigit* Italiam, Praefat. 6; I, 26, 9. — Samnites, I, 16, 8. — continuis caedibus aliquem *subigere*, II, 18, 5.

Subire, I, 13, 15. Habet significationem appropinquandi, interdum etiam scandendi, quam et in hodierno idiomate Hispano retinet.

Subitus evadit, pro subito evadit, IV, 2, 59. — *subita* belli, I, 1, 11. Ita Liv. XXV, 15, 19.

Submittere aedes, h. e. in plana transferre, I, 9, 4. — fasces populo (h. e. imperium et potestatem consularem subiicere populo), I, 9, 4. — *submissis* cervicibus, h. e. inclinatis, I, 18, 28.

Submovere hostes, pro repellere, I, 10, 4; III, 10, 7; IV, 2, 59; IV, 12, 19. — *submovere* mari, pro pellere mari, III, 6, 5.

Subrogare, h. e. substituere per rogationem, III, 16, 1.

Substituere alicui, I, 9, 4. — in locum alicuius, I, 6, 2.

Subterranei doli, pro cuniculis, I, 12, 9.

Subtrahere se, pro subducere se; sic, Armenia ad Parthos se *subtrahit*, IV, 12, 42.

Suburbana pop. Romani 'provincia Sicilia; h. e. quae proxima est omnium provinciarum, et propemodum in conspectu Vrbis, II, 2, 15; III, 19, 3. — *suburbanum* Tibur (ob magnitudinem Vrbis eo usque protentae), I, 11, 7.

Succedere castris (prope accedere ad castra; eodem significatu est, quo verbum *subire*), IV, 9, 6.

Successio provincias obtinentium, IV, 2, 65.

Succingi in aliquem (h. e. expeditionem in aliquem sumere), IV, 7, 5. Deducto loquendi usu a militibus, quorum erat *cingi*. — cornua sinus Ambracii classe *succincta* (h. e. insessa et munita), IV, 11, 4.

Succlamare, pro acclamare, II, 6, 7.

Svcao (urbs), III, 22, 7.

Sudibus circumdata urbs hostilis, III, 10, 25. — *sudibus* pugnant Romani, III, 10, 25; III, 21, 7.

Sudor simulacrorum, II, 8, 3; Dio hoc loco citatus, et Plut. Coriol. cap. 57, disputant, hoc naturalibus ex caussis quandoque posse fieri.

Svevi (pop.), IV, 12, 24.

Suffigere spolia, I, 11, 10.

Suggerunt se caussae, h. e. ultro se offerunt, II, 8, 1.

Suggestus fori, I, 11, 10. Locus editus ubi concionabantur, dictus a suggerendo, h. e. aggerendo. — *suggestus* Caesaris in curia, IV, 2, 91.

SVLMO (urbs), III, 21, 28.

Sumere bellum, pro suscipere, IV, 12, 21. — expeditionem (et mandare, opposita), IV, 12, 6 et 48. Nam *mandare expeditionem*, est committere ducibus; *sumere*, per se id agere, et ipsum proficisci. — *sumere* impetum, IV, 12, 54. — *sumta* praelio Thessalia, h. e. electa, IV, 2, 43.

Summa rerum, h. e. summum arbitrium, IV, 3, 5.

Summovere. Vide *Submovere*.

Summus, pro excellentissimo in quaque re; ita *summus* astu, audacia, II, 17, 13. — augurio, I, 5, 2.: Sic Plinius, XXXV, 12, 9: *in omnibus his summus*, Apulei. lib. V in fine: *manduconem summum*. — *summa* fames, pro extrema, maxima, I, 13, 16. — religio foederum, II, 6, 5. — virtus, III, 22, 2. — *summum* nefas, IV, 1, 4. — *summa* rupes, pro apice rupis, I, 13, 15,

Sumtuosa largitio (quae nimios sumptus requirit), III, 12, 12.

Super, pro *in*: *super* cassidem foculus, IV, 12, 16. — *super* scuta salire, III, 10, 13. — *super* mensas et pocula, IV, 2, 69. — Curtius, VII, 4, 7: « debellaturus super mensa Alexandrum ».

Superata in una urbe Sicilia, II, 6, 33.

Superbia Ariovisti, III, 10, 11. — Tarquinii tolerata, I, 7, 10. — *superbia* crudelitate gravior bonis, I, 7, 4. — non minus exosa, quam saevitia, IV, 12, 31.

Superbus, Tarquinii cognomen, I, 7, 1.

Supergredi, pro superare, III, 21, 5.

Superior, pro victore, I, 10, 2.

Supervacuum, II, 2 37.

Supervivere expeditioni suae, II, 2, 14.

Suppetere, pro adesse, III, 20, 13.

Supplices, de iis, qui auxilium orant, II, 7, 5.

Supplicium de filio sumit pater Cassii, I, 26, 7. — *supplicio* nihil deformata maiestas Reguli, II, 2, 25. — *supplicia* quondam hostium, artem faciunt Romani, III, 12, 10. — *suppliciorum* metu voluntaria mors, III, 19, 11.

Supprimere vectigalia, pro intercipere, III, 13, 4.

Supra: Africa *supra* Thessaliam, IV, 2, 73. II. e. superavit Thessaliam, ea quidem re, de qua loquitur, nempe apparatu et crudelitate belli.

Suprema pugna, h. e. ultima, novissima, I, 18, 21.

SVRENAS, praefectus regis Parthorum, III, 11, 8.

Suscipere inexpiabile bellum, IV, 4, 1.

Suspensus utre (h. e. incumbens utri et super eum haerens), III, 5, 16.

Suspicere arma, mores, pro revereri, IV, 12, 30. — populum, I, 26, 5.

Suus eleganter ponitur, pro nativo, proprio, aut eo, quod quis affectu suum fecit; ut, *sua* fortuna, *sua* natura (h. e. quam quis in potestate habet), III, 5, 21. Not. Ovid. Epist. XII, 83: « Sed mihi « tam faciles unde deosque meos? » leg. *meosque deos*. — *sua* magnitudine praepedita Antiochi acies, II, 8, 17. — *sua* obsidio Gallos fatigat, I, 13, 17. — *suo* ebore fulgentes elephanti, II, 8, 16. — *suis* moribus domiti Thraces, III, 4, 7. — hostem *suis* artibus aggredi, III, 1, 10. — adversus hostem *suis* viribus uti, II, 6, 41. — *suis* viribus confectus pop. Romanus, III, 12, 6. — castra quasi iam *sua* circumvolant vultures, IV, 7, 7. Hoc fere modo Vellei. II, 75, 3: « fugiens mox futuri sui « Caesaris arma ». — adversus hostem

callidum *suis* consiliis pugnandum, II, 6, 26. Livius, XXII, 16, 4: « Nec Annibalem fefellit, suis se artibus peti». Plautus, Amphitr. I, 1, 113: « hunc « telo suo sibi, malitia, a foribus pel« lere ».

Sylla (L. Cornelius), III, 5, 4. — Iugurtha potitur, III, 1, 17. — Mithridatem vincit, III, 5, 2 et 9. — Samnites, III, 18, 13. — foedus cum Parthis ferit, III, 11, 4. — multos interficit, III, 21, 24. — decus saeculi sui, III, 21, 2.

Sylla Faustus, IV, 2, 90.

Syllæ in coniuratione Catilinae, IV, 1, 3.

Syllana proscriptio, III, 21, 25; IV, 6, 3. — tempestas, IV, 2, 2.

Syphax rex Numidarum, II, 6, 56.

Syracusæ (urbs), II, 6, 33.

Syria, III, 11, 10. — debellata, II, 8. — provincia Cassii, IV, 7, 4. — occupatur a Parthia, IV, 9, 5. — recipitur a Ventidio, IV, 9, 7. — prima corrupit Romanos, III, 12, 7. — *Syriae* laus, II, 8, 4.

Syria dea, III, 19, 4.

Syriaticus, pro Syriacus, II, 9, 1, et ita sane scribendum fuerat, II, 11, 1, et II, 12, 1.

Syrtes (Africae loca vadosa et arenosa, eaque exitiosa navigantibus), II, 2, 31.

Syrtium accolae domiti, IV, 12, 10.

Syrus quidam servus bellum concitat, III, 19, 4.

Tabernae Vrbis argentariae, II, 6, 48.

Tabula proscriptionis Syllanae, III, 21, 25. — feralis, III, 22, 2. — *tabulae* duodecim, I, 24, 1. — in *tabulas* referre, I, 6, 3. (Coel. ad Cic. in Epist. fam. VIII, 8, 8.) — *tabulae* (pro picturis) Corinthiae, II, 16, 6.

Tabulata navium, IV, 11, 5.

Tagus (fl.), II, 17, 15.

Tamquam viri occidi volunt Numantini, II, 18, 13.

Tanti est exercitus, quanti imperator, II, 18, 11. « Scilicet iu vulgus « manant exempla regentum; Vtque « ducum lituos, sic mores castra se« quuntur » Claudian. de Laud. Stilic. I, 168.

Tantum non (h. e. propemodum, parum abest), II, 6, 46; III, 21, 21. Sic Suetonius saepe, item Velleius, et ad eum Acidalius. Seneca, de Benef. V, 16, 4: « ut qui civem Romanum « occidisset, impunitatem, et pecu« niam (forte repetendum *et*) tantum « non civicam acciperet ». Adde Portum, in Xenoph. pag. 135 An sic leg. apud Cic. ad Q. frat. I, 1, 3, o ubi vulgo, « tantum iam ad nimiam levitatem? »

Tarchondimotus, IV, 2, 5.

Tarentinus, pro Tarentinis. Vide *Singul. pro plurali.* — *Tarentinum* bellum, I, 18. — *Tarentinae* deliciae, I, 18, 28.

Tarentus Lacedaemoniorum opus, I, 18, 2. — occupatur ab Annibale, II, 6, 21. — recipitur a Romanis, II, 6, 12.

Tarquinius Priscus rex Romanus, I, 5. — quid profuerit populo, I, 8, 5.

Tarquinius Superbus, rex Romanus (prioris nepos. Vide disputationem Laurentii Vallae, praefixam notis in Livium), I, 7. — quid profuerit populo, I, 8, 7.

Tarraco (urbs), IV, 12, 51.

Tatius (Sabinus), I, 1, 14.

Taurus (mons), IV, 12, 51.

Taxata dignitas equestris mensura (h. e. aestimata), II, 6, 18. — *taxata* stipendio hiberna, I, 12, 8. Vtitur hoc

verbo Iustinus. Seneca Consol. ad Marciam, XIX, 2: « Tanti quodque malum « est, quanti illud taxavimus ». Plinius, XXXV, 11: « Talentum Atticum « XVI M. taxat Varro ».

Tegumenta pecudum, pro coriis, III, 20, 6.

Telesinus, III, 18, 6. — opprimitur, III, 21, 23.

Tellus dea, I, 19, 2.

Temere, pro facile, I, 13, 7; I, 18, 26; II, 18, 3. Vtitur hoc modo Sueton. Aug. XVI, 6; et Tito, VI, 6; Quinctilian. I, 3: « Ingeniorum praecox genus « non temere pervenit ad frugem ». Eodem modo voce ῥᾳδίως utitur Herodianus, VI, 3 et 13.

Temeritas barbaris solita, IV, 12, 54. — felix, III, 10, 22. — Salondici, II, 17, 14.

Tempe, locus Thessaliae, IV, 2, 51.

Tempestas classem Mithridatis lacerat, III, 5, 18. — oboritur inter necem Romuli, I, 1, 17. — *tempestate* interceptus triumphus, II, 2, 31. — *tempestate* flexus suos significant sidera, IV, 3, 8. — *tempestas* belli Asiatici, II, 8, 8 — Punici, II, 6, 9. Sic Livius, XXXI, 10, 7. D. Hieron. ad Gerontiam de Monogam. in fine: « Annibal de Hispaniae finibus orta tem« pestas ». — *tempestas* Mariana et Syllana, III, 12, 11; IV, 2, 2.

Templum Iovis Statoris, I, 1, 13. — *templum* Tarquinio erectum de manubiis (Capitolium), I, 7, 7. — *templo* comparata Roma, I, 18, 20. — *templa* vota inter discrimen pugnae, I, 1, 13; I, 11, 4; I, 19, 2; I, 20, 2. — *templa* non possunt defendere, quem arma non potuerunt, II, 12, 9. — circa *templa* imagines Caesaris, IV, 2, 91. — *templis* detracta arma, II, 6, 23. « Pa« triis modo fixa revellunt Arma deis», Statius, Thebaid. XII, 709. Κεκόσμηται δὲ τοῖς ὅπλοις τὰ Θηβαίων ἱερὰ, Aristides, Orat. V, tom. II, pag. 95. Sic Argivae mulieres arma templis detraxerunt adventante Cleomene. Plut. in Apophth. Lacon. cap. 73. Nam in templis suspendi dedicarique solebant ab hostibus capta.

Tenere (variae significationis verbum est): *tenere* concordiam (valet continere, custodire), IV, 2, 13. — lacrymas, IV, 6, 5. Vt *tenere ora*, apud Virg. Æn. II, 1: et *risum*, apud Horat. de Arte, versu 5. — militem in castris, III, 3, 5. — regnum (pro habere, possidere), I, 7, 2.

Tentum, II, 12, 11. Vtitur hac voce unus, quod sciam antiquorum Horatius, Epodon XII, 12.

Tenue fretum, pro angusto, II, 9, 8.

Tenus valet usque ad, et ultimo casui iungitur: Colchis *tenus*, III, 5, 25. — Dacia *tenus*, III, 4, 6. — Adriatico *tenus* mari, I, 15, 2.

Tergeminorum fratrum pugna, I, 3, 4.

Tergum: a *tergo* ordinatis omnibus, IV, 12, 36.

Tergum: in *terga* serviliter saevire, I, 23, 1. Sallust. Hist. I, 1, 12: « de « vita ac tergo regio more consulere ». Servile enim supplicium hoc erat; unde nihil crebrius apud Comicos huiusmodi dictis: « omnem in tergo the« saurum gerit. Virgis dorsum depo« liet meum » etc.

Terme (urbs Hisp.) Forte rectius *Termes*, ut alii edunt; hinc enim deducti videntur *Termestini*, Tacit. IV, 45, 1.

Terminus deus non potest exaugurari, I, 7, 7.

Terrae recondere (sicut humi), I, 13, 11. — *terrarum* situs qui pingunt eos Florus in hoc opere imitatur, Praef. 3. Ad eius forte imitationem, alia, nec minus eleganti, comparatione opusculum suum orditur Sex. Rufus: « Mo« rem secutus calculatorum, qui in« gentes summas aere breviori expri-

« quam qui improbe tollunt ». Hoc modo Spartianus Adriano, cap. 5: « ad « rebellionem animos efferebant ». — *tollere* clamorem, pro clamare, III, 8, 6. — urbes, pro delere, III, 10, 23.

Tolostobogi (pop.), II, 11, 5.

Torqvatvs Pompeii legatus, III, 6, 9. — *Torquatorum* cognomen, unde, I, 13, 20.

Torques Gallorum, I, 18, 20; II, 4, 4.

Torrens fortunae, II, 7, 1. Arnobius, lib. I: « Vt modo Romani, velut aliquod « flumen torrens, cunctas submerge- « rent atque obruerent nationes ».

Torrens Vergelli, II, 6, 18. — Sic, fons Arethusae, II, 6, 34. Ita *oppidum Perusiae*, Epit. Liv. 126.

Trabeae, I, 5, 6. — in *trabeis* sunt senes Romani devoti, I, 13, 10. — insignia captis Rom. *trabeis* tropaea figit Viriatus, II, 17, 16.

Tractus, pro regione, I, 15, 2; III, 3, 13.

Tradere se consiliis alicuius, h. e. permittere, II, 8, 6. Sic *dare*, Ovid. Ep. XVI, 161: *Da modo te*. Terent. Adelph. V, 3, 52: *Da te hodie mihi*. Vbi nota Georgii Fabricii

Trahere, habet significationem involvendi, in societatem aut partes traducendi; ita, Macedonici belli contagio *traxit* Illyrios, II, 13, 1. — eadem fortuna *trahit* ducem et exercitum, IV, 2, 51. — *trahere* in vires suas, II, 12, 3. Ita saepius Tacitus, *trahere tot annos*, h. e. durare tot annos, IV, 2, 13. Sic *ducere* est apud Arnobium lib. II: « Roma annos ducit quinquaginta « et mille ». — *trahere* naufragia (h. e. circumferre), cladem, I, 13, 19.

Traianvs, Praefat. 8.

Transactum de partibus (h. e. actum), IV, 7, 13.

Transfugae simulati (Graecis ψευδαυτόμολοι), I, 7, 5; II, 6, 16; III, 11, 7.

Transgredi flumen, III, 10, 14. Sic Sueton. Caes. cap. 35, de maritimo itinere: *in Macedoniam transgressus*. Et paullo post: *Ab Alexandria in Syriam transiit*. Hunc loquendi modum contra Asinii Pollionis sententiam defendit Agellius, X, 26.

Transilire amnem, III, 3, 12. — quaternos senosque equos, III, 3, 10. — per Thraciam, etc. h. e. raptim transgredi, III, 5, 25.

Transmarina aetas pop. Romani, II, 19, 2 — origo Tarquinii, I, 5, 1. — *transmarini*, I, 1, 9. — triumphi, I, 18, 1.

Transversum agere, h. e. alio impellere, IV, 2, 10. Retulit inter proverbia Erasmus, II, 8, 91. Sic *transversum auferre*, est apud Plin. XXVIII, 1.

Trasimenvs lacus, II, 6, 13.

Trebia (fl.), II, 6, 12.

Trepidantia carpenta, III, 10, 17; h. e. cum cura et metu festinantia; ita *non est trepidandum* dixit Seneca, Benef. VI, 13, 1.

Trepidare, I, 10, 6. — *trepidatum* est, II, 2, 11.

Trepidatio, pro victoria, III, 10, 17.

Treviri (pop.), III, 10, 7.

Tribunicia potestas seditionum caussa, III, 13, 1. — *tribuniciae* seditiones, III, 19, 2.

Tribunorum pl. origo, I, 23. — immanis potentia, III, 17, 8. — *tribuni* pl. sacrosancti, III, 15, 6. — *tribunus* pl. Crassum diris devovet, III, 11, 3. — a *tribunis* agros et cibaria flagitat populus, III, 12, 8.

Tribus institutae a Romulo, I, 1, 15. — homo sine *tribu*, III, 16, 1. Sumtum ex Homero, Iliad. IX, 63. — *tribus*, pro plebe, II, 6, 25.

Tributarius, qui tributum pendit, III, 4, 1.

Tridentina iuga, III, 3, 14.

Trifariam, pro tripartito, IV, 12, 51

Triginiaci (pop.), IV, 12, 55.

Tripertitus, III, 3, 6.

Triste praelium, pro periculoso, IV, 2, 78.

Triumphalis agricola, I, 11, 14. Ita, *triumphalis arator* apud Plin. XVIII, 3. — *triumphalis* ornatus, I, 5, 6.

Triumphans classis, II, 7, 6. — *triumphat* de fortuna Regulus, II, 2, 25. — *triumphatum* de parvis oppidis, I, 11, 6. — non *triumphatum* ex civilibus bellis, III, 22, 10.

Triumphatum mare, IV, 2, 20.

Triumphus, I, 5, 6. — Allobrogicus, III, 2, 5. — Iugurthinus, III, 1, 17. — Macedonicus, II, 12, 12. — maritimus primus, II, 2, 9. — Numantinus, II, 18, 17. — de Verulis et Bovillis, I, 11, 6. — *triumphi* dignitatem servili inscriptione violare veretur Perperna, III, 19, 8. — *triumphi* maximum decus captus imperator hostium, III, 2, 5. — *triumphi* Caesaris, IV, 2, 88. — viginti quatuor de Samnitibus, I, 16, 8. — *triumphos* contemnit Augustus, IV, 12, 53. — *triumphus* (pro re de qua triumphatur), II, 8, 17; II, 15, 18. — pro spoliis in triumpho ferendis, II, 2, 21, 31 et 32. — *triumphi*, pro victoriis, IV, 2, 8.

Triumviratus, IV, 6.

Triumviri constituendae reip. IV, 2, 12; IV, 7, 5. — dividundis agris, III, 14, 6.

Tropaeum (rectius quam Trophaeum) Flaminii ex torquibus Gallorum, II, 4, 4. — *tropaea* Domitii et Fabii, III, 2, 6. — Drusi, IV, 12, 23. — *tropaea* locis eminentibus fixa, II, 17 6. Sic apud Dionem, lib. LVI, pag. 667: « Augusto et Tiberio inter alios ho« nores duo fornices (ἀψῖδες) decreti, « quibus tropaea insisterent ». — *tropaea* erigere inusitatum Romanis ante Domitium, III, 2, 6. — super *tropaea* ipsa eminet Teutobochus, III, 3, 10. *Tropaea* hic intelligo de spoliis, quae praeferebantur triumphantibus.

Tubam non sustinere, IV, 12, 16. Alludit istud Virgilii, Æn. XI, 27: « .... cur ante tubam tremor occupat artus? » — *tuba* praecinente deleta Corinthus, II, 16, 6.

Tueor: quia *tueri* Saturninum non potest Marius, adversus illi redditur, III, 16, 5.

Tvllvs Hostilius. Vide *H*.

Tumultus magis quam bellum, III, 19, 2; III, 21, 3; IV, 12, 40. « Tumultus magis quam praelium fuit ». Curtius, VI, 5, 12.

Tumulus, pro edito colle, IV, 7, 12. — *tumuli*, III, 3, 6. — Alpium, III, 3, 18. — Cynocephalae, II, 7, 11. — montium, III, 10, 22.

Tunicae palmatae, I, 5, 6.

Turbantibus invicem copiis, IV, 2, 49.

Turbo belli, III, 5, 5. — civilis insaniae, III, 21, 18. — fluminis, III, 11, 3. — primi impetus, II, 6, 10. — saeculi, IV, 3, 2.

Tvrdvli (pop.), II, 17, 11.

Turis silvae, III, 5, 29.

Turpis fames, IV, 5, 3. Quinctilian. VIII, 6: « Illud quoque et poetis et ora« toribus frequens, quo eum qui efficit, « ex eo quod efficitur ostendimus; » et sic Virg. Æn. VI, 276: ... *turpis egestas*. Sic *obscoenam famem* dixit idem poeta, Æneid. V, 367.

Turpitudo foederis Caudini, I, 16, 12.

Turres elephantorum, I, 18, 10. — navium, IV, 11, 5.

Tvsci pastores Romam confluunt, I, 1, 9. — *Tuscum* mare, III, 6, 8.

Tuti locis, II, 3, 4. Sic *gentes* locis *tutissimas* Rhaetos et Vindelicos appellat Vellei. II, 95, 2.

Tvtia (urbs), III, 22, 9.

Tyranni bonis infensi, I, 7, 3. Tacitus, Agricol. cap. 3: « Multi fortui« tis casibus, promtissimus quisque « saevitia principis, interciderunt ».

Ubera admovere, I, 1, 3.

Ulcisci, pro punire, I, 1, 12; I, 5, 5.

Ultimum, sumitur pro extremo, summo, periculosissimo; sic, *ultimus* dies, II, 6, 19. — *ultima* specula septemtrionis, III, 5, 5. — *ultima* rabies, II, 18, 15. — *ultimae* sortis vir, II, 14, 3. Velleius, I, 11, 1, de hoc ipso: « se « Philippum, regiaeque stirpis ferebat, « quum esset ultimae ». — *ultimum* belli dedecus, III, 19, 7. — *ultimum* vulnus, II, 6, 15. H. e. quod plane iugulat: post quod alteri non est locus. — *ultima*, pro periculosissimis, I, 13, 12. — *ultimi* metus, II, 6, 43. — *ultimae* dirae, II, 6, 8. — ad *ultimum*, h. e. postremo, IV, 7, 15. Sed suspicor eo loco positum *ultimum* pro morte, sicut alibi *extrema* ».

Ultio ad aram iurata, II, 6, 2. — mandata a moriente, I, 9, 1. Ita apud Silium, II, 422: « ipsa pyram super « ingentem stans saucia Dido, Manda« bat Tyriis ultricia bella futuris ». — a populo, II, 9, 2; II, 16, 3; III, 1, 9. — *ultio* de rege, III, 10, 9. — in *ultionem* assurgere, III, 1, 10. — excandescere, II, 18, 8. — pro *ultione*, quam pro victoria, infestius pugnatum, II, 2, 26.

Ultra mortem patentia vulnera, II, 7, 9. — *ultra* putet aetatem pop. Romani, qui magnitudinem cum annis conferat, Praefat. 1.

Ultro; valet sponte, non lacessitum aut monitum; sic, *ultro* Numam in regem petunt Romani, I, 2, 1. — regnum datur Tullo, I, 3, 1. — regnum petit Tarquinius, I, 5, 1. — pueros Faliscorum remittit Camillus, I, 12, 5. — socios hostium persequuntur Romani, I, 19, 1. — victoriae pretium sibi poscit Pales, I, 20, 2. — navigat in Italiam Poenorum classis, II, 2, 30. — dona mittit Albanus, III, 5, 28. — patet igitur ita legendum quoque, III, 10, 14. Et in gemino loco Velleii, II, 120, 2: « ultro Rhenum cum exercitu transgreditur » hoc enim est, quod praemiserat de magnitudine Tiberii.

Umbri (pop.) vincuntur a Romanis, I, 17. — cum reliquis Italis contra Romanos conspirant, III, 18, 6.

Umbria, IV, 2, 9.

Uncis carnificum tracti, III, 21, 15.

Unus ducum, IV, 12, 14. — principum, IV, 12, 33. — e plebe, I, 13, 12. — *unus* vir Numantinus non fuit, qui in triumpho duceretur, II, 18, 17. — *unius* praesidia nutu, quasi anima, et mente, regitur imperium, IV, 3, 6. — *una* ex obsidibus, I, 10, 7. — *una* quasi manu facta strages, IV, 2, 49. — in *una* urbe tota insula superata, II, 6, 33. — in *unum* contrahere copias, IV, 2, 38. Iustinus aliquoties *adunare* dicit. — in *unum* vergere, IV, 2, 76. — *uno* praelio obtritus Pharnaces, IV, 2, 63.

Urbs, pro Roma, I, 13, 21. — *urbs* urbium, h. e. metropolis, II, 6, 35. — in una *urbe*, quasi binis castria dissidetur, III, 17, 5. — in una *urbe* tota insula superata, II, 6, 33. — *urbes* tres maximae, I, 16, 6. — Asiaticae regibus parere consuetae, II, 20, 1. — Celtiberorum CL eversae, II, 17, 9. — *urbes* miserae societatis inter hos et illos duces poenas dant, IV, 2, 77. — *urbium* caput, pro metropoli, I, 16, 6. — ad *urbium* excidia conversi duces, III, 22, 8. — circa *urbium* obsidiones discursum, IV, 2, 77.

Urere, h. e, esse dolori, II, 6, 2. Sic Ammianus pag. 191, 25; 241, 29; 489, 33. Edit. Lindenbr.

Urgere armis, fame, I, 10, 2 — obsidio, II, 2, 21, — *urget* fames, II, 18, 14.

Usipetes (pop.), IV, 12, 23.

Usque ad ambitum, I, 16, 7. — *usque* Caesarem, Praefat. 1. — *usque* (postpositum): fretum *usque*, II, 2, 1. — in Sarmatas *usque*, III, 4, 6.

Usus (pro commodo): ut non in *usum*, sic ad speciem imperii quaedam

provinciae acquisitae, III, 13, 4. — pro consuetudine, aut exemplo saltem; *usu* incognita clades, II, 2, 23. (Quae numquam *venit usu*. Cic. Fam. III, 8, 21).

Ut barbaris (h. e. ut solent barbari), IV, 12, 54. — Sic, *ut* in magno populo, I, 26, 6. — *ut* in tali discrimine (h. e. respectu talia discriminis), III, 17, 9. Ita Livius XX, 5, 1: « satis, ut in trepida re, impavidus ». Videatur Portus, in Xenoph. pag. 128. — *ut* ita dixerim, I, 11, 11. — *ut* sic dixerim, II, 6, 27; III, 21, 3; IV, 2, 63. Cicero, de Orat. III, 41: « Atque etiam si verere, ne « paullo durior translatio esse videa- « tur, mollienda est, praeposito saepe « verbo: ut, si olim M. Catone mortuo, « pupillum senatum quis relictum di- « ceret, paullo durius; sin, ut ita dicam, « pupillum, aliquanto mitius est ». Talia igitur passim advertas. Apuleius, pr. Florid. « in ipso, ut ita dixerim, « solo (an *solio*) aetheris ». Tacitus, Agr. III, 5: « ut ita dixerim, non modo « aliorum, sed etiam nostri superstites « sumus ». Caius in lib. I, de O. J. « in foro caussas dicentibus, nefas, ut « ita dixerim, videtur esse, nulla prae- « fatione facta, iudici rem exponere ». — *ut* non, ita, III, 12, 4.

Uterque: *utraeque* (pro utraque), III, 5, 21. — *utraque* (pro utrumque), III, 6, 8. — *utrisque* (pro utroque), IV, 12, 9. Ita Livius, XXIII, 21, 4: « Respon- « sum utrisque, non esse unde mitte- « rentur ». Iustinus, XLI, 2, 3: « Ser- « mo his inter Scythicum Medicum- « que medius, et (vel *ex*) utrisque mi- « xtus ».

Uti et *frui* differunt Vide *F*. — *uti*, pro nancisci: non alias tam incruenta victoria *usi* sumus, III, 6, 11.

Uxores Cimbrorum, III, 3, 16.

VAL VAR

Vaccaei (pop.), II, 17, 11. — infestantur a Cantabris, IV, 12, 47.

Vadere, de amne dictum, pro labi, fluere, II, 7, 10.

Vadimonis lacus, I, 13, 21.

Vadum: in *vadis* haeret pugna, III, 10, 5. Propter vada naves non possunt congredi.

Valentia (urbs), III, 22, 9.

Valere, pro posse, III, 5, 24.

Valerius (L. Corvinus), I, 13, 20.

Valerius (Poplicola), quomodo primus cos. I, 9, 4. Plin. XXXVI, 15: « Poplicola, qui primus cos. fuit cum L. Bruto ». Rutilius, Itin. versu 271: « Hic est qui primo seriem de consule « ducit, Vsque ad Poplicolas si redea- « mus avos ».

Valida oppida, I, 7, 5. — *validissimae* gentes, IV, 12, 46. — nationes, V, 12, 21.

Vallare, pro munire, protegere; ita, anguibus arenisque *vallata* Capsa, III, 1, 14. — armis ferroque Macedonia, II, 12, 4. — elephantis acies, II, 8, 16. — mari Pyrenaeoque Hispania, II, 17, 3. Ducta vox a vallo, quo muniri solent castra. Alludit vox Scipionis in Epit. Liv. LVII, 2: Quum gladio te vallare « scieris, vallum ferre desinito ». Cic. pro Archia; Pontus, etc.

Vallum Vrbis, I, 1, 8. — *vallum* ferre, II, 18, 10. — rumpere, IV, 2, 24. — *vallo* circumdata urbs hostilis, III, 10, 25. — *vallo* XVI millium obducta castra Pompeii, IV, 2, 39. Haec ratio includendi hostes dicebatur *circumvallare*.

Vanitas Antonii, IV, 10, 2.

Vargunteii Catilinae socii, IV, 1, 3.

Varius ingenio, IV, 7, 4, h. e. inconstans, alias *varius* valet varium,

dolosum, ut in lib. I, D. de dolo malo. — *varii* ingenio reges Romani, I, 1, 8; h. e. differentes, alius bellator, alius sacricola, etc. — *vario* eventu capta oppida (h. e. dispari), I, 12, 3. — *varium* bellum, pro ancipiti, IV, 12, 26.

Varro (C. Terentius) cos. II, 6, 17.

Varro cedit Hispania, IV, 2, 29. Vinetus hoc loco *Varum* reponit pro *Varrone*; male. Vide Caesarem.

Varvs (fl.), II, 3, 4; III, 2, 4.

Varvs (P. Actius), IV. 2, 34. — confligit cum Didio, IV, 2, 75.

Varvs (prioris filius) Germaniae procos. IV, 12, 31.

Vastare: Minucius Thraces toto *vastavit* Hebro (h. e. in utraque eius ripa), III, 4, 5. Sic apud Senec. Epist 113: « Alexander Persas, et Hyrcanos, « et Indos, et quicquid gentium in « Oceanum extendit Oriens, vastabat, « fugabatque ».

Vastatio Italiae bello Punico, II, 6, 8. — sociali, III, 18, 11. — Siciliae bello servili, III, 19, 2. — Thessaliae bello civili, IV, 2, 4.

Vastitas camporum, h. e. immensa planities, III, 11, 7.

Vates, I, 7, 9.

Vecordia mentis, IV, 10, 10. — *vecordiae* poenas dare, III, 7, 3.

Vectigalia, id est, imperii patrimonium, III, 13, 4. — in quaestu habita, III, 12, 9.

Veientes vincuntur a Romulo, I, 1, 11. — Fabios cedunt, I, 12, 2. — delentur, I, 12, 10.

Velato capite diis Manibus consecrat se Decius, I, 14, 3.

Velificare, h. e. vela facere, navigare, III, 7, 8.

Velificari favori civium (h. e. aucupari favorem civ.), I, 9, 5. Apud Cicer. Ep. fam. VIII, 10: *ne velificatus alicui dicaris.*

Velini fontes, I, 15, 2.

Velocitas Marii, III, 3, 7. — Pompeii, III, 6, 15. — Quinctii, I, 11, 14.

Velox genus Ligures, II, 3, 4.

Velum purpureum in navi Cleopatrae, IV, 11, 8. — *velis* opertum mare, II, 8, 2.

Venalis Vrbs, III, 1, 18. Petronius in carm. de Bello Civ. versu 41: *Venalis populus, venalis curia patrum.*

Venas exsolvit Merula, III, 21, 16. Hoc genere mortis, ut levissimo, multi exstincti leguntur.

Veneno se conficiunt Cantabri, IV, 12, 50. — Cretes, III, 7, 5. — Numantini, II, 18, 15. — Ptolemaeus rex Cypri, III, 9, 4. — *veneno* mori non potest Mithridates, III, 5, 26. — *veneno* misti fontes, II, 20, 7. Idem fecerunt Afri contra Curionem, apud Appian. Civ. lib. II, pag. 455, et Lucan. IV, 360.

Venerari deos, I, 11, 4.

Veneti (pop.), III, 10, 5.

Venetia, III, 3, 13.

Venienti bello occurrendum, IV, 11, 4.

Venire in catenas, IV, 8, 4. — in deditionem, IV, 2, 33. — in equis, IV, 2, 48. — in fidem, III, 22, 9. — in manus hostium, II, 2, 23; III, 19, 12; IV, 8, 4; IV, 12, 38. — in potestatem, IV, 9, 4.

Ventidivs Parthos vincit, IV, 9, 5.

Ventis remisque, II, 2, 18. — *ventorum* labor, IV, 11, 5.

Ventosus dies, III, 3, 15.

Veneri sacra Cypros, III, 9, 2.

Venvleivs, III, 21, 26.

Verbum: in *verbo* tantum virtus, IV, 7, 11. — Verba neutra passive usurpata, Praefat. 8. — in *verba* iurare, III, 16, 2.

Vercingetorix Gallus, III, 10, 20.

Vercelli torrens. Vide *T.*

Vergere in unum, h. e. prope concurrere, IV, 2, 76.

Vernat bis floribus Campania, I, 16, 3.

Vervlx (urbs), I, 11, 6.

Verus: si *verum* volumus, III, 18, 1. — si *vera* volumus noscere, III, 7, 1. Sic Caius in lib. LXIII, in fin. de Cond. et Demonstr. *si verum amamus*; Curtius, III, 2, 11: *verum et tu forsan audire nolis*, etc. Sic Matth. XI, 14.

Vestae focus, I, 2, 3. — sacerdotium, I, 13, 12.

Vestales arae, III, 21, 21. — virgines, I, 2, 3; I, 13, 12.

Vestigia Senonum Flori aevo nulla, I, 13, 19. — incendii romani gallici sanguinis inundatione deleta, I, 13, 17. — Veientium nulla, I, 12, 11. — *vestigiis* instare, IV, 11, 8. Deductum a cursoribus in stadio, quo in genere Homerus, Iliad. XXIII, 761: Ἴχνια τύπτε πόδεσσι, πάρος κόνιν ἀμφιχυθῆναι. Gallorum elegans in hunc sensum vox est, *talonner*.

Vesuvius mons, I, 16, 5; III, 20, 4.

Veterani, IV, 2, 81. — revocantur ad militiam, IV, 4, 4. — *veteranis* in pretium militiae agri dati, IV, 5, 1.

Veteres divitiae, III, 9, 2. Hac forma Ἀρχαιόπλουτος apud Graecos dicitur, et Παλαιόπλουτος ap. Ælian. Hist. Anim. XI, 20. Tacitus, XIV, 31, 1, vocat *longam opulentiam*: ad quam formam corrigendum puto Arnobium, lib. II, pag. 119: « Ac tamen ne caussam tam longa (legebatur *longam*) « prodere dissimulatione videamur ». Hactenus enim distulerat veri argumenti robur promere. Apud Caesar. de Bell. Civ. II, 35: *Egesaretus*, *veteris homo potentiae*.

Veto, vox tribunorum intercedentium, III, 14, 5.

Veturia Coriolani mater, I, 22, 3.

Veturius cos. Samnitibus deditur, I, 16, 12.

Vexat castra Romana serpens, II, 2, 20. Hoc verbo crebro utitur Iustinus.

Vexilla Parthorum, III, 11, 8.

Viator, qui trib. pl. apparet, ut lictor consuli, III, 17, 8.

Vibius, IV, 12, 8. — Dalmatas perdomat, IV, 12, 12. Vtrobique legendum *Tiberius* ut vere docuit Pighius.

Vibrare faces, I, 18, 10. — *vibrantia* vexilla, scilicet nitentia, fulgentia, micantia, III, 11, 8.

Vices, pro intervallis, II, 17, 2.

Victima novae Vrbis prima Remus, I, 1, 8. — *victimae* securi percussae, II, 5, 3. — victoriam promittunt, IV, 7, 9. — *victimarum* fuga, IV, 2, 45. — infulae, IV, 2, 92. — *victimis* centum non perlitat Caesar, IV, 2, 94.

Victor gentium. Vide *G*.

Victoria parricidio foedata, I, 3, 5. Sic Tacitus, IV, 19, 6. — fraude violata, II, 17, 17. — sanguine Decii emta, I, 14, 3. — magna de Poenis, II, 2, 37. — matura, sed infamis, II, 20, 7. — salva fide, et integra dignitate paranda, I, 12, 6. — *victoria* nova, non pugnare, II, 6, 27. — vera et sine exceptione, II, 18, 12. — *victoria* ex casu, I, 18, 11. Virg. Æn. V, 201: « Attulit « ipse viris optatum casus honorem ». — ex errore, IV, 7, 11. — *victoriae* monumentum pulchrius, stans urbs, quam incensa, IV, 12, 57. — pretium, consecratio Decii, I, 17, 7. — auspicium, comparatae classis velocitas, II, 2, 7. — ius, II, 7, 4. — maximum decus, captus rex hostium, III, 10, 25. — *victoriam* paciscitur a diis Postumius, I, 11, 4. — *victoriam* suam hostibus victis non exprobrant Romani, III, 2, 6. — *victoria* multiplex bellum, I, 18, 1. — *victoria* uti, II, 6, 19. — *victoriis* totum terrarum orbem peragrat pop. Romanus, II, 1, 2. — *victoria* pro manubiis ea victoria partis; ita, *victoria* tempestate intercipitur, II, 2, 32.

Victrix Asiae Europaeque Roma, III, 18, 7.

Victus Hiero priusquam hostem vidisset, II, 2, 6. — *victus* hostis ante quam visus, IV, 2, 64. — *victus* magis quam domitus, IV, 12, 30. — *victus* et

vinctus, III, 1, 18. Eadem haec coniuncta apud alios notavit Savaro, ad Sidonium, carm. II, 450. — *victo* similior populus, qui vicit, II, 6, 1. — *victis* solamen in splendore victorum, II, 8, 4. Eodem redit istud Livii, Praef. 4: « Si in tanta scriptorum turba mea « fama in obscuro sit; nobilitate ac « magnitudine eorum qui nomini offi- « cient meo me consoler »; ubi dubitare possis an potius *lumini* legendum sit.

Videntibus procul quasi marina pistrix evaserat, III, 5, 16. H. e. qui procul spectabant, iis apparebat quasi pistrix.

Vigilia prima, IV, 2, 71. — tertia, III, 10, 16. De *vigiliis* vide Lips. de M. R. V, 9, pag. 275.

Vilis morti gens, II, 6, 35. — *vilissimus* rex, IV, 2, 52.

Viminei clypei, III, 20, 6. — *viminea* vincula, III, 20, 4.

Vincere hostem non vult exercitus, quum posset, I, 22, 2.

Vinculum: in *vincula* dare, III, 10, 18. — in *vinculis* habere, II, 2, 22.

Vindelici (pop.), IV, 12, 4.

Vindelicus (fl.), III, 2, 4.

Vindex Capitolii Manlius, I, 16, 8. — *vindices* libertatis imperio ornati, I, 9, 1.

Vindicare, uno loco duplici significatu positum, I, 9, 1, et I, 26, 5: « Vin- « dicandum libertatis et pudicitiae de- « cus »; *libertatem* enim *vindicare*, est usurpare sibi, asserere se in libertatem: *pudicitiam*, est ulcisci, poenas ob eam laesam sumere. — *vindicare* iniuriam, I, 22, 3. — se a captivitate, IV, 12, 50. — supplices de hoste, I, 22, 4. — *vindicari* volebant servi, III, 20, 3.

Vini dulcedine mitigati Cimbri, III, 3, 13.

Vinnius mons, IV, 12, 49.

Violatur victoria subornatis percussoribus, II, 17, 17. — triumphi dignitas inscriptione servili, III, 19, 8. — *violantur* veneficiis arma Romana, II, 20, 7. — medici Catonem *violant* fomentis, IV, 2, 72. — *violare* manus propria caede nolunt Brutus et Cassius, IV, 7, 15. Apuleius in adlocuta Hermetis, in principio: « Ne tantae rei « religiosissimus sermo multorum in- « terventu praesentiaque violetur ».

Vipera sibilare desiste, IV, 12, 37.

Vir, plerumque significationem habet fortitudinis; ita, *viro* cum *viris* facile convenit, III, 22, 3. — *viris* toleranda imperari sibi volunt Numantini, II, 18, 12. — iidem orant Scipionem, ut se tamquam *viros* occideret, II, 18, 13. — digna *viris* mors (quae pugnando evenit), III, 20, 14. — *vir*, pro marito, I, 7, 3. — *viri*, de gladiatoribus dictum, III, 20, 3. Sic de Andrisco, II, 14, 4; qui et ipse dubii status erat. — *vir* saepius usurpatur, tamquam loco pronominis; ut tantum animorum *viro* Marius dabat, III, 16, 1. — adortus *virum*, IV, 12, 44. — ausi *virum* violare fomentis, IV, 2, 72. — Sic *virgo*. — *Vir* de sexu: *vir* unus Numantinus non fuit, qui in triumpho duceretur, II, 18, 17. — *viris* fortibus miserrimum mori ad arbitrium hostium, IV, 8, 4.

Virgae lictoriae, I, 26, 3; IV, 12, 31. — *virgis* liberos suos caedit Brutus, I, 9, 5.

Virgines vestales. Vide *Vestales*. — *virginum* raptus I, 1, 10. — *virginum* Romanarum virtus, I, 10, 7. — *virgo*, ut pronomen usurpatur, I, 3, 5. Sic *vir*.

Virginitatis integritas, II, 6, 10.

Virginius filiam interficit, I, 24, 3.

Virgulta palustria, II, 6, 13.

Viriatus (Lusitanus), II, 17, 15.

Viridomarus (Insuber), II, 4, 5.

Virilia: ne *virilia* quidem portenta (pro eunuchis), IV, 2, 60.

Virtus absque fortuna parum proficit, Praefat. 2. — *virtus* et fortuna ad

constituendum pop. Romanum contendunt, Praefat. 2. Similia fere concipit Plut. Demosthene, cap. 4: « si in certa« men natura et fortuna velut artifices « descenderint, haud expeditum sit, « haec negotiis, an moribus illa magis « eos adaequaverit, diiudicare ». — *virtus* acuitur ratione, I, 1, 3. — aufert parricidam (liberat a poena), I, 3, 5. —calamitatibus approbatur, I, 13, 8; II, 2, 22. — necessitate augetur, III, 3, 8. — minus efficax quam fortuna, IV, 7, 11. — non in re, sed in verbo tantum, IV, 7, 11. — *virtus* Calpurnii, II, 2, 13. — Numantinorum, II, 18, 1. — Quinctii, I, 11, 12. — *virginum* Romanarum, I, 10, 7. — *virtutis* nihil interest, equis an navibus, terra an mari dimicetur, II, 2. — *virtutis* summae, sed calamitosae, Sertorius, III, 22, 2. — in *virtutis* honorem regnum Tullo datum, I, 3, 1. — *virtutis* experimenta, I, 13, 2. — flos, I, 22, 1. — monstra, I, 10, 8. — *virtutis* suae ferrum Alpinis gentibus quasi cote acuit Romanus, II, 3, 3. — *virtuti* dolum addere, I, 3, 4; III, 3, 15. — in *virtute* fiducia, II, 2, 4. — pro *virtute* barbari habent impetum, III, 3, 5.

Vis romana (h. e arma rom.), III, 10, 14. Sic apud Tacitum. — *vis*, pro multitudine hominum, I, 1, 9; III, 17, 7. — hostium IV, 10, 5. — imbrium, II, 6, 45. — sanguinis, IV, 2, 72. Ita *vis magna gladiorum*, Liv. I, 51, 3: *hominum*, Liv. II, 5, 3; II, 34, 8; *Volscorum*, Liv. II, 35, 1. — *vis* belli, pro tota mole, II, 6, 9. — calamitatis, I, 13, 3. — *vi* partum imperium, I, 2, 4. — *vi* reposcens *vi* erepta, iure videtur agere, III, 21, 12. — *vires* industriam temperant, II, 12, 3. — sparsae magis, quam oppressae, IV, 2, 65. — *viribus* suis confectus pop. Romanus, III, 12, 6.

Viscera Italiae, II, 6, 41. — senatus, III, 21, 4.

Visurgis (fl.), IV, 12, 16.

Vitia crescunt cum magnitudine imperii, II, 19, 1. — Romanorum spem dant Mithridati, III, 5, 4. — *vitia* quam imperia Romanorum minus ferunt Germani, IV, 12, 22. — *vitiis*, quasi sentina, mersa resp. III, 12, 7. — *vitia* speciosiora, III, 12, 11.

Vitigineus, III, 20, 1.

Vittae discolores, serpentum in modum, I, 12, 7.

Vivere hostium aliqui debent, ut sint quibus imperemus, III, 21, 25.

Vivus in manus hostium venit Regulus, II, 2, 23. — et paene Crassus, III, 11, 9. — *vivum* sociumque regem confiscat pop. Romanus, III, 9, 3.

Vociferationes, II, 7, 14.

Volerao (Publius) seditionem concitat, I, 22, 2.

Volitare, significat discursare; ita, *volitant* per Etruriam infesta signa, I, 17, 2. — per Campaniam Apuliamque hostes, II, 6, 32. — trepidantia carpenta, III, 10, 17. — per diversa gentium Pompeius, III, 5, 27. — per totum agmen oculis, manibus, clamore Caesar, IV, 2, 82. Sic Livius, IV, 19, 2: *Volitantem tota acie*. Tacitus, II, 21, 1: *Tota volitante acie*. — *volitat* in primam aciem Caesar (h. e. celeriter accurrit), III, 10, 4.

Volsci (pop.) quotidiani Romanorum hostes, I, 11, 11. — triumphi de *Volscis*, I, 18, 26.

Volsini (pop.), I, 21.

Volucribus quoque invia, II, 12, 5. Ad notam pertinet quoque vox ominosa Nicephori apud Cedren. pag. 396: « Nemo nostrum perniciem evitabit, « ne si volucres quidem fiamus ».

Voluere urbem (h. e. tentare oppugnando), III, 1, 11.

Voluntaria deditio coss. I, 16, 12. — fuga Romanorum, III, 1, 9. — legatio Africani, II, 8, 11. — mors, metu suppliciorum, III, 19, 11.

*

TABULA

RERVM QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

LIBER PRIMVS.

LIBER SECVNDVS.

LIBER TERTIVS.

LIBER QVARTVS.

LVCIVS AMPELIVS.

FINIS.

Typothetarum specimina
P. A. Barossius emendabat.

Facultate obtenta.

EMENDANDA.

Pag. 64 in notis, col. 2. Seebode
488 in titulo addatur Anacephalaeosis
272 4. « Parce





